This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

~~F2 - W.C. 2 - 6~~

IIG
88
.S735

4036.

JURIS ROMANI
TABULAE NEGOTIORUM
SOLLEMNIUM,

MODO IN AERE, MODO IN MARMORE, MODO IN CHARTA

SUPERSTITES.

COLLEGIT, POST GRUTERI, MAFFEII, DONII, MARINII, ALIORUMQUE CURAS ITERUM RECENSUIT, ILLUSTRAVIT, NOTITIAM LITERARIAM, ET COMMENTARIOLUM DE MODO CONFICIENDI INSTRUMENTA APUD ROMANOS

PRAEMISIT

ERNESTUS SPANGENBERG,

J. U. D. Potentiss. Magnae Britanniae Hannoveraeque Regi a consiliis aulae et cancellariae juri dicundo Cellis constitutae.

LIPSIAE, 1822.

APUD CAROLUM CNORLOCH.

VIRO NOBILISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE

CAROLO GUILIELMO AUGUSTO

LIBERO BARONI

DE STRALENHEIM, J. U. D.

DYNASTAE IN IMBSHAUSEN,

MAJORIBUS ORDINIS GUELFICI INSIGNIBUS ORNATO,

SUMMI PROVOCATIONUM, QUOD CELLIS FLORET, TRIBUNALIS

PRAESIDI,

PATRONO ET FAUTORI SUO INDULGENTISSIMO

HANC SUAM QUALEMCUNQUE OPELLAM

SUMMAE VENERATIONIS MONUMENTUM

DICAT ATQUE CONSECRAT

AUCTOR.

I N D E X.

Pag.

I. Prooemium 1

II. Commentariolus de modo conficiendi instrumenta apud Romanos 11

CAPUT I.

Communia instrumentorum Romanorum, sive de eorum conficiendorum modo in genere . . 11

Sectio I. Materies, Modus scripturae, Forma externa, Lingua 12

Sectio II. Formula generalis enunciatorum, completio, absolutioque instrumentorum . 26

CAPUT II.

Peculiaria instrumentorum Romanorum, sive de eorum conficiendorum modo in specie . . 41

Sectio I. Modus conficiendi instrumenta coram Magistratu 44

Sectio II. Modus conficiendi instrumenta a Tabellionibus observatus 51

Sectio III. Modus conficiendi instrumenta, ab ipsis partibus, nullo adhibito Tabellione, observatus 53

Pag.

III. Juris Romani tabulae negotiorum sollemnium, modo in aere, modo in marmore, modo in charta superstites 55

Classis I. Testamenta 61
Classis II. Instrumenta ad rem tutelariam pertinentia 132
Classis III. Instrumenta donationum 153
Classis IV. Instrumenta venditionum 232
Classis V. Instrumenta emphyteuseos 293
Classis VI. Instrumenta rem judiciariam concernentia 298
Classis VII. Instrumenta varii argumenti 309
Classis VIII. Sententiae, decreta, interlocutiones 380
Omissa 387

INDEX

rerum memorabilium in notis explicatarum.

Adjutor numerariorum. 301.
Adoratores. 207. 283.
Agentes in rebus. 302.
Apparitor. 100.
Augustales. 62. 277.

Calator. 153.
Cancellarius. 211.
Capitularii. 188.
Cerearii. 277.
Chirocrista. 203.
Clamator. 104.
Classis. 179. 257.
Collectarii. 213.
Comes. 204.
Cubicularius. 204.
Cursores. 242.

Dendrophori. 62.
Diplomum vacuale. 238.
Domestici. 210.
Dominici nummi. 238.
Dromonarii. 237.

Fiscus barbaricus. 371.

Gunnarius. 105.

Horrearii. 128. 207.
Hypodectes. 216.

Jugatio caespitis. 253.

Lector. 200.
Libri polyptici. 172.

Navicularii. 375.
Noti. 106.
Numerarii. 97.

Obryziaci nummi. 239.
Olosiricoprata. 104.
Optio. 207.

Palatini. 274.
Praefectianus. 129.
Pittacium. 301.
Praerogativarii. 109.
Primicerius felicum. 202.
numeri. 231.
Proemptor. 105.

Rogatarius. 199.

Schola. 278.
Scholaris. 213. 229. 302.
Scribae. 229.
Scutarius. 237.
Silentiarius. 248.
Singulares. 303.
Sors barbarica. 246.
Spatarius. 203.
Spodeus. 269.
Sportulae. 372.
Susceptor. 207.

Tabularium. 253.
Talea. 255.
Temonarii. 237.
Tertiae. 246. 302.

Vasaria publica. 172.
Vestiarii. 244.

PROOEMIUM.

Operae pretium me facturum esse putabam, si juris Romani tabulas negotiorum sollemnium nobis adhuc superstites, in variis doctorum virorum libris hinc inde dispersas, colligerem et in unum quasi corpus conferrem. Nemo enim certe est, qui post ea, quae de earum praestantia monuerint summi viri HAUBOLDUS [1]), HUGO [2]) et SABINIACUS [3]), ignoret, quantam historiae juris Romani adferant utilitatem, quantaque lux adfundatur non solum rectae cognitioni de modo, quo in conficiendis instrumentis Romani utebantur, sed etiam ipsis quibusque Corporis juris locis, usque in hunc diem vel plane non intellectis, vel saltem in malam partem explicatis.

---

[1]) Institut. jur. Rom. literar. (1809.) T. I. p. 289 sqq. *Ejusd.* Anleitung zur genauern Quellenkunde des Röm. Rechts. (1818.) p. 6 et 26.

[2]) Lehrbuch der Geschichte des Röm. Rechts seit Justinian. (1818.) p. 413.

[3]) Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. I. p. XVIII. T. II. p. 177. not. 5.

Collectionem earum igitur in hunc modum adornatam, tibi nunc exhibeo, benigne lector, quod scilicet complecti debeat omnes juris Romani tabulas negotiorum sollemnes, modo in aere, modo in lapide, modo in charta vel in quacunque alia materia superstites; nec tamen solam, sed notulis quibusdam eo modo distinctam, ut insuper singulis quibusque monumentis argumenta, notitiaeque, quas vocant, literariae, addita, lacera eorum loca, quoad ejus fieri potuit, suppleta [1]), dubia et obscuriora explicata sint. Commentariolum praeterea praemisi, inscriptum *de modo conficiendi instrumenta apud Romanos*, ea scilicet explanantem, quae ad sensum intellectumque omnium generaliter illustrandum, quaedam conferre videbantur.

Finibus tamen certis collectionem meam circumscribendam esse, duxi.

Et quidem ratione temporis ea monumenta secludenda esse putavi, quae sextum aevi Christiani saeculum superarent, exceptis tamen iis, quae sub Exarchis Italiae usque ad plenam Graecorum dominatus eversionem confecta sint. Quamquam enim probe scio, et in iis imperii Romani partibus, quae postea sub dominio regum barbarorum, imperato-

[1]) Supplementa characteribus italicis, quas cursivas vocant, typis exprimenda duxi.

rum Germanorum, aeque ac papae fuerunt, jus Romanum semper valuisse, instrumentaque ibi secundum veteres ejus formulas conscripta fuisse, ea tamen omittenda esse duxi, quippe cum pro maxima eorum parte ad normam illarum formularum, sine sensu descripta sint, et haudquaquam puram, sed confusam legibusque indigenis obfuscatam tantummodo juris Romani speciem, prae se ferant.

Ratione vero scopi, non solum ea monumenta praetermisi, quae ne ipsum quidem instrumentorum tenorem, sed potius argumentum, vel brevem eorum notitiam exhibuerunt, sed et ea, quae jam in libris juris Romani excerpta vel indicata sunt. Prioris farinae monumentorum plenae sunt Collectiones Inscriptionum veterum, posterioris, autem generis instrumentis ipsum Corpus juris civilis abundat [1]).

---

[1]) En catalogum praecipuorum. *Instrumenta donationum* exhibent: fr. 57. D. XXIV. 1. *de donationib. inter V. et U.* fr. ult. D. XXXIX. 5. *de donat.* — *stipulationes:* fr. 37. §. 3. fr. 126. §. 2. D. XXXII. *de legatis in secundo.* — *Apochas* fr. 47. §. 1. D. II. 14. *de pactis*, fr. 4 D. XII. 1. *de reb. credit.* fr. 24. fr. ult. D. XIII. 5. *de constit. pec.* fr. ult. D. XIV. 3. *de institor. act.* fr. 24. fr. 28. D. XVI. 1. *Depositi;* fr. ult. D. XLIV. 7. *de Obl. et Act. Testamenta, Legata, Fideicommissa.* fr. 36. D. XXX. *de leg. in pr.* fr. 33. 34. D. XXXI. *de leg. in sec.* fr. 31. fr. 41. §. 2. 9. 12. D. XXXII. *de legat. in tertio.* fr. 32. §. 6. D. XXXIII. 2. *de Usu et*

Spuria denique et suspecta monumenta [2]), itidem me exclusisse, vix commemoratione opus erit.

Quod ad fontes attinet, e quibus collectionem meam hauriendam putavi, tres eorum classes constitui posse videntur.

Prima enim classis complectitur Corpora Inscriptionum, chartarumque, nullo ad jus civile

---

UF. leg. fr. 21. D. XXXIII. 5. *de opt. leg.* fr. 6. fr. 20. D. XXXIII. 7. *de instruct. vel instrum. leg.* fr. 5. D. XXXIV. 1. *de aliment. leg.* fr. 32. §. 4. D. XXXIV. 2. *de aur. arg.* fr. 20. fr. 28. D. XXXIV. 3. *de liberat. leg.* fr. 30. §. ult. D. XXXIV. 4. *de adim. leg.* fr. 27. D. XXXV. 2. *Ad Leg. Falcid.* fr. 32. D. XXXVI. 1. *Ad SC. Trebell.* fr. 44. D. XL. 4. *de manumiss.* fr. ult. D. XL. 5. *de fideic. libert.* fr. 47. D. XXIV. 7. *de adm. et per. tut.* (graece), fr. 34. fr. 37. D. XXXI. *de leg. in sec.* (gr.) fr. 37. §. 5. fr. 101. D. XXXII. *de leg. in tert.* (gr.) fr. 30. §. 3. D. XXXIV. 4. *de adim. leg.* fr. 74. D. XXXVI. *ad SC. Trebell.* (gr.) fr. 60. D. XL. 4. *de manumiss.* (gr.) fr. 41. §. 4. D. XL. 5. *de fideicomm.* (gr.) Novell. CLIX. (gr.)

[2]) In eorum censum veniunt: 1) *testamentum militare Galli Favonii*, ap. *Gruter.* p. DCCCLXXI. et ap. *Haenelium* Diss. I. de testam. militari (1815) p. 42. de cujus authentia jam *Brissonius* de formul. L. VII. cap. 157. dubitavit. — 2) *Testamentum militare Sempronii Tuciduni*, cujus falsitatem Brissonius l. c. probavit. — 3) *Testamentum Cuspidii*, figmentum *Pomponii Laeti*, ap. *Gruter.* Spur. p. XIX. 1. — 4) *Testamentum ludicrum Grunnii porcelli*, cujus jam Hieronymus in epistola ad Eustochium mentionem fecit; ap. *Gruter.* Spur. p. XVIII. 5. — 5) *Instrumentum venditionis Pascutii* ap. *Gruter.* Spur. p. IX. 5. — 6) *Testamentum S. Remigii* ap. Brisson., denique a vero modo signandi testamenta, ita abhorret, ut de ejus authentia valde dubitandum sit; falsitatis notam insuper augent exempla ejus merito suspecta, et mirum in modum diversa.

respectu habito, a viris doctis congesta. Pertinent huc:

1. *Inscriptiones sacrosanctae vetustatis*, non illae quidem romanae, sed totius fere orbis, studio ac maximis impensis terra marique conquisitae. Per PETRUM APIANUM. Ingolstadii in aedibus P. Apiani. 1534. fol.

In sunt testamenti fragmenta, et instrumenta donationum duo.

2. GEORGII FABRICII *Monimenta antiquitatis insignia, ex aere, marmore, et membranis collecta.* Ed. I. Basileae s. a. (ante 1549.) 8. Ed. II. Basileae intra annos 1549—1551. — Ed. III. Basil. 1557. Ed. IV. . . . . Ed. V. Basileae 1587. 8.

Exhibet Fabricius inter ea, testamenta octo, libellos quatuor, instrumentum unum, decreta quindecim, vera a falsis et confictis haud segregans.

3. MARTINI SMETII *Inscriptiones antiquae, quae passim per Europam inveniuntur.* Lugd. Bat. 1588. f.

Cui libro addendum: *Justi Lipsii Auctarium ad M. Smetii Inscriptt. antiq. librum.* Ib. eod. f.

4. *Inscriptiones antiquae totius orbis Romani in corpus absolutissimum redactae, cura* JANI GRUTERI. Heidelberg. 1603. f.

Optima absolutissimi hujus Corporis inscriptionum e Reinesio, Sponio, Fabretto, et al. suppleta editio, prodiit cum not. *Marquardi Gudii*, cura *Jo. Georgii Graevii.* Amstelod. 1707. II. Tom. fol. Illam secutus sum in recognoscendo textu nostrorum instrumentorum.

5. THOMAE REINESII *Syntagma inscriptionum antiquarum.* Lips. et Francof. 1682. f.

Nostrum ad scopum vel minimum quidem contulit.

6. JACOBI SPONII *Miscellanea eruditae antiquitatis.* Ed. I. Lugdun. 1679. f. Ed. II. Lugd. 1683. f. Ed. III. Lugdun. 1685. f.

Multa adtulit nostro scopo, e. g. instrumentum donationis Hildewarae, quod vero apud eum falso audit: *testamentum feminae christianae tertio saeculo exaratum in cortice Ravennae.*

7. GUIL. FLEETWOOD *Sylloge inscriptibnum antiquarum.* Londin. 1691. 8.

8. RAPHAELIS FABRETTI *Inscriptionum antiquarum Explicatio et Additamentum.* Romae 1699. fol.

9. Adpendix operis JOANNIS MABILLONII *de re diplomatica.* Paris 1681. f. juncto ejusdem: *Supplemento librorum de arte diplomatica.* Ibid. 1704 f. — Utrumque opus conflatum, prodiit cura *Theod. Ruinarti.* Paris 1709. f. et cum notis Marchionis *Bumbae Joh. Adimari.* Neapol. 1789. f. II. Tomi.

Mabillonius non ea instrumenta refert, quae lapidi incisa inveniuntur, sed ea tantummodo, quae in charta vel membrana exarata sunt.

10. Adpendix operis SCIPIONIS MAFFEII, inscripti: *Istoria diplomatica, che serve d'introduzione all' arte critica in tal materia.* Mant. 1727. 4.

Maffeius instrumenta solummodo papyracea exhibet.

11. JO. BAPT. DONII *Inscriptiones antiquae, nunc primum editae, notisque illustratae ab Anton. Franc. Gorio.* Florent. 1731. f.

Collegit praecipue instrumenta papyro inscripta.

12. LUD. ANTON. MURATORII *novus thesaurus veterum inscriptionum, in praecipuis earum collectionibus hactenus praetermissarum.* Mediol. 1739 — 1742. IV. Tomi. fol.

13. SCIPIONIS MAFFEII *Museum Veronense.* Veron. 1749. f.

14. *Veterum inscriptionum graecarum et latinarum novissimus thesaurus, sive supplementum Operis Muratoriani. Auctore Sebastiano Donato.* Lucae 1765 — 1775. fol.

15. *Diplomata, chartae, epistolae et alia documenta ad res Francicas spectantia . . . . ed. L. G. O. Feudrix de Brequigny, F. J. G. la Porte du Theil.* Tom. I. Paris 1791. fol.

16. *I papiri diplomatici raccolti ed illustrati dall' Abbate Gaetano Marini.* Romae 1805. fol.

Opus splendidissimum, multisque in aes incisis tabulis condecoratum, quod in recensendis chartis papyraceis, quarum solam collectionem continet, potissimum meae collectioni pro fundamento esse debuit. Instrumentis papyraceis jamjam editis non solum alia, noviter in lucem protracta addidit doctissimus Marinius, sed etiam ea, quae a prioribus editoribus nondum satis perspecta fuerunt, correxit, supplevit, emendavit, notulisque illustravit, ita ut nunc demum legibiliora reddita sint. Textum tamen haud omnibus numeris absolutum esse, *Koppius* vir clarissimus, in censura hujus libri, Ephemeridibus literariis Heidelbergensibus inserta [1]), docuit. Monendum etiam, literas, quae Marinius uncinis inclusit, dubiae lectionis esse, e. g. in verbo

[1]) Heidelberger Jahrbücher für Philologie, Historie, schöne Literatur und Kunst. Jahrg. II. (1809.) T. I. p. 19 — 39.

s (*r*) *apo*, ubi dubium est, utrum *sapo* legendum sit, an *rapo*; tum eum saepissime literis lacunisve interposuisse notas numerales arabicas, ut numerum literarum, syllabarum, lineolarumque, ut mihi quidem videtur, amissarum indicaret.

Secundam classem conficiunt Collectiones, intuitu juris civilis Romani compositae. In earum numerum veniunt:

1. *Probus, Leges XII. tabularum, Leges Pontificiae, Inscriptiones antiquae.* Venetiis in aedibus Tacuini 1525. 4.

Insunt fol. 62—68. formulae: fol. 68. 69. fragmenta legum. Tenuia sunt, quae ibi exhibentur, et a nostro quidem scopo fere aliena.

2. ANTONII AUGUSTINI *de Legibus et Senatusconsultis Liber. Adjunctis Legum antiquarum et Senatusconsultorum fragmentis, cum notis Fulvii Ursini.* Romae 1583. 4. novissime in *Graevii* Thesauro Antiquit. Roman. Tom. II. p. 1139 — 1378.

Nostro scopo inserviunt potissimum notae F. Ursini.

3. CAROLI SIGONII *libri II. de antiquo jure civium Romanorum; Libri III. de antiquo jure Italiae; Libri III. de antiquo jure provinciarum; Libri III. de judiciis.* Paris. 1576. f. rec. Francofurti 1593. f. Hanoviae 1609. f. et saepius.

Eduntur in his libris monumenta quaedam legalia, a nostro vero scopo plane aliena.

4. BARNABAE BRISSONII *de formulis et sollemnibus populi Romani verbis Libri VIII.* Paris. 1583. f. Saepius recusi, novissime, ex recensione *Franc.*

Carol. Conradi, cum notis *Joann. Aug. Bachii.* Lips. 1754. fol.

Opus vere classicum, cui omnia hujus generis monumenta, prout Brissonio cognita fuerint, insunt.

5. Adpendix libri ANTONII TERRASSONI, inscripti: *Histoire de la jurisprudence Romaine.* Paris. 1750. fol. — sub peculiari titulo:

Veteris jurisprudentiae Romanae monumenta, quae exstant, integra aut fere integra (numero CIX.) *seu Leges, Senatusconsulta, Plebiscita, Decreta, Interdicta, Formulae libellorum et contractuum, instrumenta et testamenta, quae in veteribus, quum ex aere, marmore et lapide, tum ex membrana et cortice monimentis reperiuntur.*

In hunc diem quidem absolutissima, sed variis mendis foedata collectio; spuria enim haud rite separata sunt, textus secundum pessima quaeque exempla est constitutus.

Tertiam constituunt classem libri omnes, qui ad singula quaeque monumenta quicquid utilitatis conferre videbantur, inprimis singulae singulorum monumentorum editiones. Eos hic enarrare supersedeo, cum eorum in argumentis singulis quibusque tabulis praemissis, pleniorem daturus sim notitiam.

Textum ipsum tabularum constitui, si instrumenta in charta papyracea confecta spectes, e *Marinio*; in lapideis monumentis novissimam *Gruteri* recognitionem sequendam esse duxi, nisi alia eaque

melior recensio, ut singulis annotavi, ad manus fuerit; in reliquis eam selegi, cui secundum regulas criseos major fides tribuenda videbatur. In eo tamen ab anterioribus editoribus recedendum putavi, quod textum monumentorum, instrumentorumque ipsum, secundum hodiernum morem interpungerem, ut vel exinde sensus clarior evaderet.

DE MODO CONFICIENDI INSTRUMENTA

APUD ROMANOS

COMMENTARIOLUS.

Cum in unoquoque instrumento, si de ejus confectione quaeras, non solum externus habitus, primo obtutui se praebens, sed etiam ea, quae continet tabula, in discrimen vocari debeant, certum est; omnibus quibuscunque instrumentis quaedam communia esse debere, quaedam vero peculiaria. Disserendum igitur de iis, quae instrumentis apud Romanos confectis, communia vel peculiaria erant.

CAPUT I.

Communia instrumentorum Romanorum, sive de eorum conficiendorum modo in genere.

Quae omnibus quibusque fere juris Romani instrumentis communia sunt, spectant *materiem*, in qua exarata sunt, *modum scripturae ipsius*, *formam instrumentorum externam*, *linguam* denique, quam referunt; *formulam* deinde *generalem enunciatorum*, *completionem*, *absolutionemque* instrumenti. [1])

Ea singula nunc enarrare fas sit.

---

[1]) Conf. *Zacharia* Istituzione antiquario-lapidarie. Romae 1770. Venet. 1793. 8. Libro II. cap. 3. exhibet auctor introductionem in cognitionem inscriptionum juridicarum.

Sectio I.

Materies, Modus scripturae, Forma externa, Lingua.

§. 1.

Materies. [1])

Exarabantur, et quidem promiscue, apud Romanos instrumenta in *marmore*, *aere*, *ligno*, *cortice*, *ebore*, *membrana*, *corio*, *linteo*, et *charta*.

Marmoris, aeris et lignorum usus certe antiquissimus, cui novissime accedebat membrana et charta. Aeris nomine veniebat et cuprum et plumbum; lignearum tabularum complures erant species. [2]) Non solum enim tabulis ligneis rasis (*caudice*, unde voculae *codex*, *codicillus*, *codicilli* depromptae), sed etiam schedis, cerussa sive creta vel cera obductis, utebantur; rasis tabulis literae plurimum incidebantur, cretatis, literas versicolores appingere, ceratis, eas stylo seu graphio quodam ferreo immergere, volupe erat. Robore incisas fuisse leges XII tabularum, Gellius [3]) monet, cretatum memoratur Album

---

[1]) Praeter *Auctores novi operis diplomatici*, conferas inprimis: *Geo. Frid. a Wehrs* vom Papier. Halae 1789. 8. et Supplementum. Ibid. 1790. 8. — *Schoenemann* System der allgemeinen Diplomatik. T. I. p. 459 sqq. *A. F. Pfeiffer* über Bücherhandschriften überhaupt. (Erlang. 1810. 8.) Sect. I.

[2]) "publica monumenta *plumbeis* voluminibus, privata *linteis* aut *cereis*." *Plin.* Hist. nat. L. XIII. cap. 11. Conf. *Petri de Lama* "Osservazioni sull' uso di scrivere sul rame presso gli antichi"; Commentario ad tabulam Trajanam alimentariam, insertas. p. 80 sqq.

[3]) Noct. att. L. II. cap. 12. Aeri incisas esse vult *Livius* L. III. cap. 57. *Dionys. Halicarn.* Archaeol. L. X. cap. 13. Hunc tabularum lignearum usum respicit *Horat.* Arte poet. v. 399.

Praetoris, ceratarum tabularum jam sub Tullo Hostilio mentionem facit Livius, [1]) eorumque usum in contractibus et testamentis condendis ad sua usque tempora perdurasse, et Juvenalis [2]) et Justinianus ipse [3]) auctores sunt.

Corticis vero exterioris et crassioris lignorum rarior usus fuisse videtur; aptiores scripturae erant libri, sive tunicae interiores corticis ligno adhaerentes. Inde inprimis adhibita philyra sive tilia, mollissimi ligni arbor, unde *tiliae, philyrae, libri* nomen pro *charta* usurpatum. [4])

Ebore utebantur potissimum in conficiendis diptychis, [5]) rarius vero membranae coria, pelles et lintea haud praeparata sive carbasi, in condendis instrumentis adhibebantur.

Martial. Epigr. L. XIV. nro. 3. *Cicer.* Divinat. L. II. c. 41. *Symmach.* Epist. L. IV. epist. 28. 34. *Isidor.* Etymol. L. V. cap. 24. "Tabulae testamenti ideo appellatae sunt, quia ante chartae et membranorum usum in tabulis dolatis non solum testamenta scribebantur, sed etiam epistolarum colloquia."

[1]) L. I. cap. 25.

[2]) Sat. XIII. v. 135. Sat. XIV. v. 40. 41.

[3]) §. 12. Inst. I. 10. *de testam. ordinand.* Conf. et *Schulting.* ad Ulpian. tit. XX. §. 27.

[4]) *Plin.* hist. nat. L. XIII. c. 11. *Isidor.* Etym. sive Orig. L. VI. c. 13. L. XVII. c. 6. *Serv.* ad Virgil. Aen. XI. 554. fr. 52. D. XXXII. *de legatis in tertio:* "Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint; — sed etsi in *philyra* aut in *tilia*, ut nonnulli conficiunt, aut in quo alio *corio*, idem erit dicendum." Secundum *Cedrenum* mos antiquus fuit, manumissionis literas in tabula philyrina inscribendi.

[5]) De diptychis sive pugillaribus veterum, conferas: *Jo. Andr. Schmidt* de diptychis veterum. Jen. 1694. 4. *Chr. Aug. Salig* de diptychis veterum tam sacris quam profanis. Hal. 1731. 4. *Jo. Henr. Leich* de diptychis veterum. Lips. 1743. 4. *Chr. Gottl. Schwarz* de vetusto quodam diptycho consulari; in Exercitatt. academ. ed. *Harles* (Norimb. 1783. 8.) nro. VIII. *Seb. Donati* de' Dittici degli antichi profani e sacre. Lucae 1753. 4.

Mox charta papyracea sive Nilotica in usum vulgatissimum venit. Variae ejus species proprio nomine distinguebantur, prout scilicet latitudine, candore, laevitateque inter se differrent, vel in diversis officinis confectae essent; e. g. *chartae Augustae, Livianae, Claudiae, Faniae, Amphitheatricae, Saiticae, Taeniaticae, emporeticae, macrocollae* etc. [1])

Charta quidem papyracea in Aegypto confecta, nonnisi in interiore pagina ad scribendum aptata erat; Romanis vero in officinis et inventum est, ut exterior pagina itidem laevigaretur, eo modo, ut illi inscribere commodum fuerit. Talem chartam vocabant *opisthographam* sive *adversariam*. Opisthographas, sive in fronte et in tergo inscriptas chartas nullius fidei coram judice fuisse, Cicero [2]) auctor est; Ulpiani vero tempore testamenta in opisthographo recte fiebant. [3])

Distinguebant Romani et chartam *puram* et *deletitiam*. Pura fuit, quae nondum antea inscripta, deletitia, in qua anterior scriptura per spongiam abluta, et recentior

---

Coste lettres à *Millin* sur l'origine des Diptyques consulaires. Paris 1803. 8. Collectionem praestantissimam diptychorum continet *Ant. Franc. Gorii* Thesaurus veterum diptychorum consularium. Florent. 1759. III. Voll. fol.

[1]) Conf. *Plin.* hist. nat. L. XIII. cap. 11. 12. et *Melch. Guilandini* papyrus. Venet. 1574. 8. Ambergae 1613. Praecipue vero *Thom. Christ. Tychsen*, viri summi, Commentatt. II. de chartae papyraceae in Europa per medium aevum usu ejusque termino; in Commentatt. societ. reg. scient. Goetting. recentior. Vol. IV. (1819.) Class. hist. et philolog.

[2]) Orat. pro Rosc. comoed. cap. II. §. 6.

[3]) fr. 4. D. XXXVII. 11. *de bonor. possess. secund. tabul.* "Proinde et si in opisthographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio."

superposita erat. [1]) Et in deletitia charta testamenta recte fieri potuisse, idem Ulpianus monet. [2])

Constantinopoli insuper chartae genus signatae confectum fuisse, e Novella XLIV. Justiniani Imperatoris liquet, *quae Tabelliones in hac felicissima civitate* vetuit, *documenta in alia charta scribere, nisi in illa, quae in initio, quod vocatur protocollum, per tempora comitis sacrarum largitionum habeat appellationem, et tempus, qua charta facta est, et quaecunque in talibus scribuntur.* [3])

E nostris quidem monumentis exarata sunt in lapide sive marmore: nro. I — X. XXII — XXV. XXXIV. XLVI. LXIII. LXVIII. LXX. LXXII - LXXIX. LXXXI. LXXXII.

In aere: nro. LXVII. LXIX. 1 — 16. LXXX.

In charta papyracea: nro. XIV. XVI. XVIII — XXI. XXVII - XXXIII. XXXV - XLV. XLVIII - LXII. LXIV - LXVI. LXXIII - LXXVII., in quibus et opisthographum cernitur, nro. XVIII.

In pariete cretato nro. LXXVIII.

Decreti e tilia mentio occurrit nro. LXXXI.

De reliquis instrumentis nobis in diplomatariis asservatis, dubium est, utrum primitus in charta, an in membrana conscripta fuerint.

Chartae signatae Constantinopolitanae in nostris monumentis nulla extat memoria, literae enim contortae, nec

---

[1]) *Kopp* "Bilder und Schriften der Vorzeit." (Mannhem. 1819. 8.) p. 187.

[2]) fr. 4. cit. ξυλωδεῖς χάρται ap. Schol. Basilic. L. XXII. tit. 2. nihil aliud fuisse, quam chartas papyraceas, *Tychsenius* probavit, p. 198. Comment. secund.

[3]) Conf. et *Novell.* LXXIII. cap. 6. et c. un. C. XI. 17. *de collegiatis et chartopratis. Cujac.* ad Novell. XLIV. *Brisson.* de Verb. Sign. v. *Protocollum* ed. noviss. et *H. J. Klüpfel* "über Stempelpapier nach Justinianeischem Rechte"; in: Ueber einzelne Theile des bürgerl. Rechts. Stuttgart 1817. 8. nro. V.

legibiles, in fronte instrumentorum XXI et XXXIII. obviae, vel ex ea saltem ratione in ejus censum venire haud possunt, cum nulla nobis uspiam charta a tabellionibus Constantinopolitanis, quibus solis in Novella laudata usus chartae signatae commendatus fuerat, condita restet.

§. 2.

Modus scripturae.

Mos erat in monumentis, literas ita exarari, ut vel longitudinem tabulae scriptura impleret, vel latitudinem ejus. Hoc modo per columnas juxta se positas, lineolae se excipiebant, illo columnarum usus totus cessabat.

Prioris generis inter nostra instrumenta occurrunt, nro. XIV. XXI. XXVII. XXVIII. XXXIII. L. et LXVII, praeter ultimum, Gesta nobis exhibentia; cetera posteriorem conscribendi modum servant.

In aversa vero instrumenti parte, sive in tergo ejus, rarissime scriptura continuatur; in uno scilicet nro. XVIII.

Sed et de genere atramenti, quod adhibuerunt Romani, de scriptura ipsa, de recta scribendi ratione sive orthographia, et de compendiis verborum in instrumentis usitatis, brevibus disserendum est.

Et quidem atramento [1]) utebantur Romani nigro, e fuligine maxime confecto, ita ut per spongiam abluí posset; et hoc non solum in contextu, sed et in subscriptionibus eidem subjunctis. Eo tamen aevo, quo Constantinopolis pro capite imperii Romani habebatur, Imperatoribus ibi degentibus, nomina sua atramento purpureo, sacrum encaustum [2]) nominato, cujusque confectio et usus

[1]) Conf. *Jo. Adam Schoepfer* D. de atramentis. Francof. ad Viadr. 1691. 4.

[2]) Conf. *Sam. Stryk* D. de cera rubra et sacro encausto. Francof. ad Viadr. 1680. 4. *Jo. Behaim* de encausto Imperatoribus olim sacro. Regiom. 1715. 4.

sub poena supplicii interdictus [1]) fuit, mos subscribendi erat.

Quod vero ad genus ipsum scripturae [2]) attinet, ab antiquissimis inde temporibus, literas minutiores, quas nunc cursivas appellamus, e celeriori manus ductu oriundas, in conscribendis tabulis ceratis, papyraceis, membranaceisque adhibitas fuisse, perquam verisimile est; literis majoribus, quas capitales vel unciales vocant, solummodo in iis monumentis servatis, quae e marmore, aere vel ligno fiebant.

In nostris itidem monumentis literis capitalibus sive majoribus, omnia, quae in lapide vel aere exarata sunt, conscripta sunt, quamvis ego illis characteres romanos, ut chartae parcerem, substituerim; cetera in papyro vel charta condita, literas cursivas referunt, sed adeo irregulares, mirum in modum contortas, et haud facile legibiles, ut non deessent, qui eas pro characteribus arabicis [3]) habuerint. Illud quoque singulare est, quod tabula XXI et XXXIII. frontem, grandioribus tenuissimisque sibi invicem cohaerentibus literarum ductibus, exaratum, prae se ferant, quorum nemo adhuc explicationem satagere ausus sit, quamvis plures de iis vanas protulerint hariolationes.

---

[1]) Constitutio Leonis, in c. 6. C. I. 23. *de diversis rescriptis.* Rubro atramento uti, veteranis ad describenda privilegia iis concessa, et praesidibus provinciarum, permissum fuit per c. 4. C. Theod. XI. 16. *de extr. sive sord. muner.* et c. 1. C. Theod. VII. 20. *de veteranis.*

[2]) Conf. *Herrm. Hugo* de prima scribendi origine. Ed. *Trotz.* Traject. 1738. 8. *Jo. Nicol. Funccium* de scriptura veterum. Rintel. 1743. 4. *Jo. Mabillon.* de re diplomat. Libr. I. — *Nouveau traité de diplomatique.* Lib. II—V. *Schoenemann* System der Diplomat. T. II. Sect. II. *Pfeiffer* l. c. Sect. II.

Specimina scripturae nostrorum instrumentorum satis ampla videas in *Marinii* opere; tum in tabula nostri operi subjuncta.

[3]) *Marinii* Praefat. p. XXII.

Rectam si scribendi rationem [1]) spectes, in promtu est videre, quod illa in omnibus hujus generis monumentis vacillet. Quorum omnium causas et in eo, quod scribae verba secundum sonum, quo pronunciabantur, scriberent, et quod ipsa pronunciatio extremum in modum variaret, quaeras. Ab antiquioribus jam temporibus verba quaedam, e. g. *Sulla, Sylla*; *inclutus, inclytus*; *Claudius, Clodius*; *Cajus, Gajus*; *vicesimus, vigesimus*; *quum, cum*; *treis, tres*; *his, heis*; *vertere, vortere* etc. modo sic, nunc alio modo, exarabantur; medio vero in aevo, quo lingua latina pejorem induerat habitum, et pronunciatio deterior facta est, et secundum pronunciationem ipsa scribendi ratio.

Immane est igitur, quam foedissimis orthographiae mendis instrumenta nostra, saeculo quarto, quinto et sexto condita, laborent. Literae quaedam cuique verbo propriae, saepissime sine ratione in iis vel mutantur, vel augentur, vel denique omittuntur; tantaque in his cernitur scribae inconstantia, ut haud semel in singulo quoque instrumento, unum idemque verbum, nunc hac, nunc alia ratione exaratum sit.

Mutantur enim saepissime literae *o* et *u*, *i* et *e*, *a* et *i*, *v* et *b*, *c* et *q*, *p* et *b*. Occurrunt e. g. *ordenare* pro *ordinare*, *cognuscat* pro *cognoscat*, *scribsi* pro *scripsi*, *quoram* pro *coram*, *ruhor* pro *robur*, *ricte* pro *recte*, *vindetor* pro *venditor*, *novis* seu *nubis* pro *nobis*, *relictum* pro *relectum*, *benditio* pro *venditio*, *vocitis* seu *rogitis* pro *vocatis* seu *rogatis*, *au* pro *ab*, *uhic* pro *huic*, *donature* pro *donatore*, *monimen* pro *munimen* et

---

[1]) Conf. *Dausquii* orthographiam antiqui et nov. Latii. Paris 1677. fol. Interpungendi signa, praeter punctum et colon omnino in nostris instrumentis deficiunt. De iis videas *Mabillon.* de re diplom. L. I. cap. 11. *Chronicon Gottwicense.* T. I. L. I. p. 20. sqq. *Gatterer* element. art. diplomat. Sect. I. cap. 3. p. 50. sqq. *Pfeifferum* l. c. p. 173—182.

rel. Sed et integrae syllabae transponuntur, ut e. g. *padulis* pro *paludis*.

Augentur literae, e. g. *maxsimus* pro *maximus*, *michi* pro *mihi*, *aecclesia* pro *ecclesia*, *aeloquitur* pro *eloquitur*, *vindetrisces* pro *venditrices* etc.

Omittuntur literae, e. g. *poplo* pro *populo*, *reicit* pro *rejicit*, *abet* et *aviturus est*, pro *habet* et *habiturus est*, *ac* pro *hac*, *is* pro *his*; et rel. Sed et integrae itidem syllabae omittuntur, ut *strumentis* pro *instrumentis* et aliae hujus generis.

Illud quoque singulare est, quod in quibusdam instrumentis subscriptiones latinae testium, literis graecis expressae sint, ut in tabula XVIII. XXX. XXXV. XXXVII. XXXVIII. XLIX. LV. LVI. Sed et quasdam subscriptiones Gothicis literis factas, in iis deprehendi, infra dicam.

Tum et compendia verborum in instrumentis hujus generis haud raro occurrebant, non solum ea, quae solis literarum ductibus inerant, verbi ipsius stirpe servato, sed et *siglae*, sive singulae literae pro integris verbis positae, *notae* sive singuli ductus, integra verba exhibentes, et *notae numerales*.

Primi et secundi generis compendia frequentissime adhibebantur, ut antiquae eorum collectiones *M. Valerii Probi* [1]), *Magnonis* et *Petri Diaconi* probant; notarum

[1]) Editus *Venetiis* 1499. 4. — optime ex recens. et cum not. *Henr. Ernstii*. Sorae. 1647. 4. et in Thesaur. *Meermanniano*. T. I. p. 87 — 132.

Magno et Petrus Diaconus una cum Probo, editi sunt in: Auctores linguae latinae in unum corpus redacti per *Dion. Gothofredum*. Genev. 1584. 4. et saepius; tum in quibusdam Codicis Theodosiani editionibus.

Conf. et *Ursati* Comment. de notis Rom. Patav. 1672. f. et in thesauro *Graeviano* Tom. IX. Ex eo excerpsit *Colletus* notas et siglas, quae in nummis et lapidibus apud Rom. obtinebant. Venet. 1785. 4.

De siglis conf. *Joh. Nicolai* tractatum de siglis veterum.

inventio *Tironi*, Ciceronis liberto, et *Senecae* cuidam adscribitur, quorum sub nomine et hodiernum earum collectio circumfertur [1]).

Siglas notasque saltem in exemplis librorum juris a se promulgatorum describendis, Justinianus [2]) Imperator proscripsit, in ceteris tamen instrumentis earum usus haud cessasse videtur. Notae numerales tum in iis frequenter adhibitae; earum usum seriore aevo Basilius Imperator interdixit, voluitque ut summae per verba distinguerentur [3]).

Scripturae compendia solis literarum ductibus innisa, rarius in nostris occurrunt instrumentis; quae in iis deprehenduntur, fere haec sunt: *ssti* pro *suprascripti*, *ecclia* pro *ecclesia*, *dns* pro *dominus*, *hhdes* pro *heredes*, *dlm* pro *dolum malum*; *Ql.* pro *Quinquennalis*, *Mag.* pro *Magistratus* etc.

Siglarum vero usus frequentissimus; e. g. *q. q. t. et p.* qua quemque tangit et populum, *q. m. p.*, qui me praesente, *d. q. r.* de qua re, *cq. s. f.* cumque suscepta fuisset, *h. f.* honesta femina, *v. d.* vir devotus, *v. r.* vir reverendus, *v. v.* vir venerabilis, *q. s.* qui supra, *h. d.* hodierna sive hac die, *vvv. rrr.* tres viri venerandi, *d.* dixit, *dd.* dixerunt, *n.* numero, vel nummos, etc.

Lugd. 1703. 4. et *Jo. Gerrardi* Siglarium Romanum. Lond. 1792. 4. Videas et: *Jo. Lipsii* epistola de notis sive siglis antiquorum. Cum obs. *Prettenii*. Cizae. 1660. 12. *Henr. Linck* de siglis et notis literarum in jure prohibitis et permissis. Altorf. 1693. 4. *Jo. Theod. Leibscher* D. de siglis et notis vett. Witteb. 1695. 4. *Ern. Salom. Cypriani* D. de siglis. Helmst. 1700. 4.

[1]) Edita in *Gruteri* Corp. Inscript. T. II. P. II. e rec. *Graevii*, tum sub titulo *Alphabetum Tironianum*, studio *D. P. Carpentier*. Paris. 1747. f. Palmam tamen praeripuit omnibus vir summus *Ulricus Frid. Koppius* in Palaeographia critica. P. I. II. 1817. 4. maj.

[2]) c. 2. §. 22. C. I. 17. *de veteri jure enucleando.*

[3]) Conf. *Jo. Frid. Weidler* D. de characteribus numerorum et eorum aetatibus. Witteb. 1727. f. *Pfeiffer* l. c. p. 186. sqq.

Notarum denique Tironianarum vestigia vix in rubricis tabulae XXI. et XXXIII. amplecti sibi visi sunt quidam ex editoribus antiquioribus.

Quod vero ad notas numerales attinet, observatu dignae sunt, quae in nostris instrumentis per ∞, G, et per lineolam numeris quibusdam superpositam exprimuntur. ∞ signum notam millenarii esse, patet; de nota G diversas opiniones secuti sunt editores. E βαῦ, nota numeri XC apud Graecos ortam fuisse, palam est; notam vero istam apud Romanos, in nostris saltem instrumentis, nullam aliam designasse, quam VI, monachi Benedictini e gravissimis argumentis evicere. Lineolam dein alteri notae numerali superpositam millenarium effecisse, ut e. g. $\overline{\text{IIII}}$ pro IIII M scripta sit, e tabula Trajani alimentaria, videre est.

§. 3.

Forma externa.

Et hoc quidem loco, nonnulla de instrumentorum complicandi modo dicenda sunt. Ipsa enim materia, in qua scriptum erat, vel flexibilior, vel rigidior haud eundem complicandi modum admittebat.

Instrumenta aenea, lignea, eborea, plumbea plerumque duabus vel tribus tabellis constabant, et a tergo habebant annulum, per quem virgula inserta erat, ad eas continendas; *Diptycha* inde nominabantur. Tabulae vero ceratae carbaso involvebantur, circumducto lino.

Instrumentorum dein papyraceorum et membranaceorum plagulas circa bacillum convolvebant Romani, unde *Volumina* appellata sunt; primum eorum folium nomine *protocolli* veniebat.

Hic sine dubio convolvendi chartas mos usitatissimus; fuere tamen et, qui eas sub forma quadrata [1]) complica-

[1]) Conf. *Schulting*. Jurisprud. Antejustin. p. 377.

rent, in quarum censum praecipue venisse testamenta, in aversa pagina testium superscriptionibus et signaculis roborata, ipsa rei ratio docere videtur.

E nostris quidem instrumentis diptychorum formam servant tabulae missionum omnes; voluminum vero omnia, quae papyro inscripta sunt, praeter tabulam XVIII. quam sub forma quadrata complicatam fuisse, e superscriptionibus testium in tergo obviis, colligi potest [1]).

§. 4.

Lingua.

Sermone latino usos fuisse Romanos in conscribendis instrumentis, vic dictu opus est; patrias vero linguas in provinciis haud seclusas fuisse, certo certius [2]).

Sub primis nempe reipublicae temporibus edicta, mandata et constituta Consularium, Legatorum, summorumque reipublicae magistratuum, et in iis provinciis, quae peculiarem sermonem callebant, latine concepta fuisse, e reliquiis edictorum, constitutorumque liquet; provinciales vero magistratus sermone patrio usos fuisse, certum est, et e decretis municipalibus graeca lingua conscriptis nobis restantibus patet. Jus vero et latine dicebatur, simulac vel Praetor Romanus, vel Judex juri dicundo constitutus erat.

---

[1]) Voluminum effigies dederunt *Sponius* Miscell. erud. antiquit. p. 216, et post *Sponium*, *Maffejum*, et *Montefalconium* (Antiquité expliquée. Tom. III.) *Marinius* l. c.

[2]) Conferas *Henr. Ed. Dirksen* viri clar. commentationem, "über den öffentlichen Gebrauch fremder Sprachen bey den Römern", in: Civilist. Abhandlung. Tom. I. (1820) nro. I. — Videas insuper: *Elb. Leonini* Emendatt. L. II. cap. 4. sqq. *Car. Frid. Walch* Ex. de lingua latina, lingua legitima, in Opuscul. T. I. p. 402. 422. *Chr. Gottl. Heyne* de usu sermonis Rom. in administr. provinciis a Rom. probato. (Goett. gel. Anz. 1808. nro. 127 — 129.)

Sub Imperatoribus Romanis, inde ab Augusti forsitan, saltem ab Hadriani tempore, moris fuit, sermone graeco in iis certe rescriptis, quae ad provinciales Graeci nominis transmittebantur, utendi, quamquam Imperatores et saepius ad libellos graecos latina responsa dederunt. Sede Imperii Constantinopolin translata, in consistorio principum modo latinus modo graecus sermo usque ad tempora, Mauritii et Heraclii, ut videtur, invaluit; sub Arcadio et Honorio permissum fuit provincialibus et sermone latino et graeco, jus dici, prout aut hunc aut illum callerent [1]).

Sed et in negotiis forensibus Constantinopoli habitis, latinus sermo modo praevaluit usque ad tempora Phocae usurpatoris, qui circa annum 602, totum sermonis latini usum in Oriente, et in judiciis et in scholis proscripsit.

Ab antiquissimis inde temporibus, omnia instrumenta, quae negotia juris civilis spectabant, sermone latino conscribi debuisse, quamvis ea, quae juris gentium tantummodo negotia comprehenderent, patrio sermone rite fierent, verisimillimum est. Testamenta igitur et legata, Ulpiani etiam aevo, latine [2]) condenda erant; fideicommissa vero reliquaeque conventiones quocunque sermone fieri poterant [3]).

Sed et illud postea mutatum; Theodosius enim junior circa annum 439 p. C. n. primus disposuit, ut etiam Graece omnibus liceret testari [4]).

---

[1]) c. 12. C. VII. 45. *de sent. et interlocut.*

[2]) *Ulpian.* Fragm. tit. 25. §. 9. fr. 4. D. XXXIV. 1. *de aliment. leg.* fr. 34. §. 1. D. XXXI. *de legat. in secund.* Conf. *Schulting.* ad Ulpian. l. c. nro. 21.

[3]) fr. 11. D. XXXII. *de leg. in tertio.* "Fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt, non solum Latina vel Graeca, sed etiam Punica vel Gallicana, vel alterius cujuscunque gentis."

[4]) c. 21. C. VI. 23. *de testament.* "Illud etiam huic legi prospeximus inserendum, ut etiam Graece omnibus liceat testari." Conf. *Dirksen* l. c. p. 92.

Instrumenta nostra, si testamentum Gregorii Nazianzeni excipias, cujus tamen versio tantummodo Graeca superesse videtur, cum ejus aevo testamenta in lingua Graeca haud fieri deberent, in lingua latina conscripta sunt. Singulare tamen, quod in duobus, scilicet in tabula LII. a, et LIII. apochae Gothicae subjectae sint, quippe quae omnino aeque ac aliae hujus generis conventiones, in sermone patrio fieri, fas erat.

Cave sis autem, ne in iis sermonem latinum ita cultum, numerisque suis absolutum exspectes, ut in libris scriptorum Romanorum eum deprehendis [1]).

Ab antiquissimis inde temporibus et in Romano imperio, et in ipsa urbe, sermo vulgaris populi vigebat, quammaxime distans ab idiomate hominum cultiorum, literisque imbutorum. Vestigia ejus occurrunt in fragmentis veterum comicorum, in reliquiis Lucilii, in fabulis Planti et in aliis scriptoribus Romanis.

Eum jamdudum praecipuum in conficiendis instrumentis sibi locum vindicasse, vel ex eo patet, quod in his negotiorum mentio fieri debebat, quae maxime ab hujus sortis hominibus celebrabantur. Pejorem inde adhuc habitum induisse sermonem illum vulgarem iis in provinciis Romani imperii, quae Graeco, Gallico et alio sermone, quam latino, utebantur, manifestum est. Novae autem insuper eo in aevo, e quo maxima instrumentorum pars

---

[1]) Conf. *Morcelli* de stylo inscriptionum latinarum libri tres. Rom. 1781. 4. *Jo. Frid. Krebsius* de latinae linguae ante et post tempora Caroli M. admodum corrupta aliquot exemplis et causis. 1682. 4. *Jac. Burckhardi* Commentarii de linguae latinae per XVII saecula amplius fatis. 1713. 8. *Ejusd.* Novi commentarii, quibus priores illustrantur et supplentur. 1721. 8. — *Cangii* Commentation. de caussis corruptae latinitatis, praefixam et suo et *Adelungii* glossario, mox laudando. — *J. G. Pagendarm* de lingua Romana rustica. Jen. 1735. — *J. J. Oberlin* de linguae latinae medii aevi mira barbarie. Argent. 1771.

nobis servata est, succedebant corruptelae, causaeque corruptionis, quippe cum ab una parte victores Gothi, Longobardi, Franci, ab altera devicti Romani et provinciales, linguis mutuo confusis, peculiarem, quae nomine *linguae Romanae rusticae* [1]) venit, procreaverint, e qua pedetentim novas species linguarum, Francogallicae scilicet, Hispanicae et Italicae prolatas esse, palam est.

Mirari igitur haud debemus, si in majore nostrorum instrumentorum parte, sermonis flexiones deprehendimus, quae a toto latinae linguae genio quam maxime abhorreant, ita ut saepius pro masculinis feminina, pro femininis neutra, et pro neutris masculina ponantur vel commutentur; ut ipsae quoque praepositiones loco debito plerumque non locentur; ut pro ablativis, accusativa, et rursum pro accusativis ablativa locum sibi vindicent, etc. [2])

Praeterea et illud haud videri debet absonum, si in iis vel verba inveniamus e patrio barbarorum sermone desumta, ut *mansio*, *spatha*, *casa*, *camisia* etc. vel significationes vocabulorum latinorum fere novas, easque inauditas, ut *dominatio* pro dominium, *opponere* pro oppignorare, *videtur* passive, pro est; et reliqua hujus farinae menda [3]).

---

[1]) Et scripta legalia in hanc linguam translata fuisse, probat breviarium Codicis Justinianei in bibl. Perusina, de quo videas *Niebuhrium* in: *v. Savigny*, *Eichhorn* et *Göschen* Zeitschrift. Tom. III. nro. 13. p. 389.

[2]) Conf. *Raynouard* elémens de la grammaire de la langue Romane avant l'an 1000, précédés de recherches sur l'origine et la formation de cette langue. Paris. 1816. 8.

[3]) In iis explicandis, multum conferunt: *Jo. Carol. du Fresne du Cange* Glossarium ad scriptores mediae et infimae latinitatis. Opera Monachorum S. Benedicti. Paris. 1733. Basil. 1762. f. VI Tomi. — *J. C. Adelung* Glossarium manuale mediae et infimae latinitatis, ex magnis operibus *Cangii*, *Carpentarii*

Haec enim omnia, e jam dicto corruptelarum fonte, oriunda, vitia saeculi, nec verò ipsorum instrumentorum esse, patet.

Sectio II.

Formula generalis enunciatorum, completio, absolutioque instrumentorum.

§. 1.

Formula generalis. [1])

Notum est, ab antiquissimis inde temporibus in usu fuisse formularum genera, in celebrandis negotiis forensibus cujuscunque argumenti adhibenda, et unicuique singulo negotio ita adaptata, ut iis neglectis, ipsius negotii vis vacillaret. Formularum istarum cognitionem pro secreto servasse Pontifices et Patricios, dicunt, donec a Cneio Flavio, et post eum a Sexto Aelio Cato vulgatae fuissent. Flavii nimirum formularum collectio sub nomine *juris Flaviani*, Aelii Cati opus, sub *juris Aeliani* appellatione a posterioris aevi jureconsultis indigitatur [2]).

---

aliorumque Benedictinorum in minorem formam concinnatum. Halae 1772—1779. VI Tomi in 8.

[1]) Conf. *Jo. Gottl. Heineccii* Orat. de jurisprudentia veterum Romanorum formularia. Franeq. 1724. 4. et in Sylloge Opusc. var. pro. X. *Jo. Schitter* de jure formulario Rom. et Francor. in Exercit. ad Pand.

Recte observavit *Conradi* in Parerg. L. IV. p. 487, ipsas quoque formulas et verba forensia ex Italia primum ad Francos, ab his ad Germanos pervenisse, nec demum cum jure Justinianeo apud majores nostros receptas fuisse.

Ad formulas cognoscendas, pro duce habendi *Barnab. Brissonii* de formulis et solemnibus populi Romani verbis L. VIII.

[2]) Conf. *Bachii* histor. jur. Libr. II. cap. II. Sect. IV. §. 3—6. Ed. *Stockmanni*: junct. *Hugonis* Lehrbuch der Geschichte des Röm. Rechts. §. 147 sqq. (Edit. IV.)

Utramque non solum ipsas *legis actiones*, sive formulas, quibus cives Romani apud magistratus jus suum experirentur, verum etiam *actiones*, i. e. ritus solemnes, sub quibus negotia civilia privata peragi deberent, comprehendisse, verosimillimum est.

Legis actiones pro parte per legem Aebutiam, penitus vero per leges Julias judiciarias, sublatae sunt; in earum locum succedebant *Formulae* stricte sic dictae, de quibus omnibus Gaji commentarii institutionum, noviter reperti, consulendi sunt. Differebant legis actiones a formulis, quod in iis omnis vis in symbolis [1]; in his vero, in verbis quibusdam solemnibus, posita esset.

Sed et actiones, sive ritus sollemnes, qui in negotiis civilibus privatis observari debebant, vel symbolicos quosdam actus continebant, vel sollemnibus verbis conceptae erant. Prioris generis ritus erant e. g. *mancipatio*, *traditio*, *aes et libra* in adoptionibus, emancipationibus, et testamentis condendis adhibenda; posterioris e. g. *stipulationes*, verbis certis sollemnibus conceptae.

Augebantur deinde actiones, speciebus quibusdam noviter introductis, ut *actionibus Manilianis* venalium vendendorum, *Hostilianis* testamentorum, et *stipulatione Aquiliana*.

Sed seriore aevo fere omnes in desuetudinem abierunt, cum Praetores liberiorem celebrandi negotia civilia modum pedetentim introduxissent, isque sub Imperatoribus nova cepisset incrementa.

Mox igitur et totus, per aes et libram fieri testamentum, adoptio, emancipatio, mos, et ipse mancipationis ritus cessavit; vestigiaque quaedam ipsa, inde provenientia, et adhuc remanentia, ut e. g. formulae in mancipatione consuetae et adhuc adhibitae, *sestertio*, *nummo uno*, per singulares constitutiones imperatorias sublata sunt.

---

[1]) Conf. *Ev. Ottonis* jurisprudentiam symbolicam.

Res ipsa flagitaverat, ut formulae quaedam instrumentorum, ritus istos, sollemniaque cuique negotio propria, verba, complectentes, a scribis excogitarentur, quarum describendi potestas pro commodiori usu forensi daretur. Quales quidem formulas, ad quarum amussim instrumenta conderent, a scribarum et tabellionum collegiis ab antiquissimis inde temporibus usque ad medium aevum, adservatas, et in eorum usu fuisse, certum est, et e tabulis negotiorum ipsis usque in hodiernam diem nobis superstitibus, liquet.

Sed et patet e collectionibus formularum, quae nobis adhuc supersunt [1]), quarumque magna pars juris Romani tempora attingere videtur.

Veniunt in earum nempe censum:

I. Formulae *Arvernenses*, saeculo quinto et sexto aevi Christiani adscribendae, a *Baluzio* in lucem protractae [2]);

II. Formulae *Andegavenses*, saeculo sexto compositae, et a *Mabillonio* [3]) erutae;

III. Formulae *Marculfi* [4]), saeculo quidem septimo in corpus redactae, quarum tamen plures quinto vel sexto saeculo adscribi possunt;

---

[1]) Conf. de iis *Jo. Ant. Ludov. Seidensticker* de Marculfinis similibusque formulis. Jenae 1819. 4.

[2]) In *Miscellan.* Libr. VI. p. 546—559. Recus. in *Canciani* Leges Barbarorum. Tom. III. p. 464—468. (Venet. 1781—1792. fol.)

[3]) In *Veterib. Analect.* Tom. IV. p. 234 sqq. (Paris. 1675. 8.) et p. 388—398. Ed. Paris. 1723. f. Recus. in *Supplement.* libror. de re diplomat. (Par. 1704. f.) Adp. p. 77—87. et II. in *Bouquet* Recueil des historiens des Gaules. Tom. IV. p. 562—578. (Paris. 1741. f.)

[4]) *Marculfi* formulae. Ed. *Hieron. Bignon.* Paris. 1613. 8. Ed. II. Opera et studio *Th. Bignonii.* Paris. 1665. 4. (qui tamen cum Marculfo pessime egit, linguae romanae rusticae vestigia expellens) — in *Baluzii* Capitularibus regum Francorum. Paris.

IV. Farrago formularum, sub nomine *Adpendicis Marculfi* veniens, antiquas quasdam formulas continens [1]);

V. Formulae *Lindenbrogianae*, quas *Lindenbrogius* in lucem protraxit, et una cum Marculfo, ejusque adpendice, exhibuit [2]);

VI. Formulae, quas vulgavit *Sirmondus*, inde *Sirmondicae* appellatae [3]).

Monendum tamen, omnes hujusmodi formulas ab instrumentorum conditoribus, haud raro sine ullo sensu descriptas fuisse; idque praesertim e nostris monumentis patet. Non solum enim rituum quorundam observationem, quorum usus jam plura ante saecula cessaverat, e. g. mancipationis, enunciant, sed et verba quaedam sollemnia, prius usitata, mirum in modum depravant, vel ea, omni sensu idoneo destituta, inferunt. Occurrunt e. g. in quibusdam instrumentis, haud raro *unciae principales in integro* in describendo horto vel aedificio, in cujus designationem nullo modo cadere poterant.

His generaliter expositis, *formulae generalis* in unoquoque fere instrumento obviae, summa capita delibare liceat.

Initium ejus fere in omnibus, nisi in iis, quae per epistolarum modum conscripta erant, in quibus scilicet extremum sibi locum vindicabat, *annotatione temporum*, in quibus confecta sunt, constituebatur. Et quidem ab antiquissimis inde temporibus, ita, ut Consulum nomina

---

1677. f. et ex ed. *Chiniac.* (Paris. 1780. f.) T. II. p. 369 — 432. — in *Canciano* l. c. T. II. p. 179—246. — in *Bouquet* l. c. T. IV. p. 465—504. (sed cum form. Lindenbrog. conglutinat).

[1]) Ibidem.

[2]) In *Codice legum antiquarum.* Francof. 1613. f. p. 1206—1213.

[3]) In *Adp. Tom. II. Conciliorum Galliae*, et apud *Baluzium*, *Cancianum* et *Bouquetum*.

et dies mensium enunciarentur [1]). Justinianus vero Imperator per Novellam XLVII novam designandi tempus confecti instrumenti methodum induxit. Sancivit enim, *eos, quicunque Gestis ministrant, sive in judiciis, sive, ubicunque conficiuntur acta, et tabelliones, qui omnino qualibet forma documenta conscribunt in hac magna civitate, sive in aliis gentibus omnibus, quibus nos praesidere dedit deus, hoc modo incipere in documentis: Imperio illius sacratissimi Aug. Imperatoris, anno toto: et post illa inferre Consulis appellationem, qui in illo anno est; et tertio loco Indictionem* [2]), *mensem et diem. — Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines observatio custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus, sed praescribatur quidem Imperium; sequatur vero — — Consul et Indictio, atque mensis et dies, secundum quam geruntur et conscribuntur, quae aguntur; tunc inseratur etiam civitatis omnibus modis annus. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, Imperali vero additamento causam augemus. Et inchoetur mox, auctore Deo a praecedente prima Indictione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Justiniani sacratissimi Augusti et Imperatoris anno XI. post consulatum Fl. Belisarii clarissimi viri anno II. die autem tot et tot calend.*

---

1) Conf.: *Relandi* Fastos consulares. Traj. ad Rh. 1715. 8. *Th. Janssonii ab Almeloveen* Fasti consulares. Ed. *Uhlii*. Amst. 1740. et *Sanclemente* de vulgaris aerae emendatione.

2) Designatio temporis a praeterlapsis Indictionibus (decursu scilicet annorum XV. secundum quem Census, et alia tributa exigebantur) a Constantino M. circa annum 313 in locum numerationis annorum ab urbe condita, posita, nec vero ante Novellam XLVII. in instrumentis recepta erat. Conf. de Indictione: *G. C. Nelleri* Indictio, temporis nota potissimum duplex. Aug. Trevir. 1773. 4.

Adjecit quoque, "*quoniam hi, qui tempus in judiciis designant, cum incertis illis et antiquis litteris, haec declarant, ut post illas litteras antiquitatis alias subdant, id est, has communes et omnibus notas.*"

Idque et e nostris instrumentis luce meridiana clarius liquet. Tabulae enim ante promulgationem Novellae XLVII confectae, ut e. g. tabula XI. et XLVIII. et testamenta ante ejus tempora condita, quorum mentio fit in tabula XIV. nil nisi Consulem et diem enunciant; reliqua post Novellam condita, ut testamenta in eadem tabula laudata, et instrumenta, numero XXIV. XXXI. LIV. LVI. LXVI. totam a Justiniano praescriptam epigraphen prae se gerunt.

Sequebantur *Enunciata*, contrahentium, negotii ipsius, clausulaeque, quibus contrahentium voluntas firmabatur. Deprehendebantur igitur in illis:

1) *Nomina* contrahentium juncta eorum dignitate, vel titulis honoris caussa adjectis, immo et reliquarum personarum, de quibus in instrumento mentio fieri debuerat.

Nomina personarum in antiquissimis hujus generis monumentis, more ethnico, in recentioribus more christiano enunciata esse, neminem fugit; de iis autem explicandis, post *Sigonium*, *Onuphrium*, *Panvinium*, et qui iis accenseri potest, *Wiardam* [1]) virum doctissimum, disserere supersedendum duxi. Id saltem monendum, nostris in monumentis, uxores suo proprio, nec vero mariti nomine uti, ita tamen ut conjuges, cognomen *jugalis*, viduae, *relictae* sibi adsumant.

Majoribus vero difficultatibus [2]) obvoluta est enunciatio dignitatum, sive titulorum honoris, qui perso-

[1]) Ueber deutsche Vornahmen und Geschlechtsnahmen. Berol. et Stettin. 1809. 8.

[2]) Jejuna sunt, quae de iis hactenus exposita fuere. Conf. tamen *Jac. Gutherium* de officio domus Augustae. Lib. I. cap. 1 — 11.

nis vel tribuebantur, vel ab iis gerebantur. Et quidem sub temporibus reipublicae Romanae, *Majestas* ipsi populo, *Amplitudo* Senatui concessa; in ipsis vero instrumentis nemini ullo titulus honoris dabatur. Mox sub Imperatoribus tituli honoris inferebantur. Ipsi titulum *Majestatis*, *Aeternitatis*, *Numinis*, et a saeculo inde tertio *Serenitatis* sibi arrogabant, quibus a Constantini M. inde temporibus *semper Augusti* cognomen additum. Invocabantur vero a subditis, allocutione *Clementiae*, *Altitudinis*, et similibus.

Magistratuum dignitates constituebantur tres, *major*, *media* et *minor*.

Major dignitas continebat viros *illustres*, *spectabiles*, et *clarissimos*. Appellatione *illustris* viri veniebat Praefectus Praetorio, Praefectus Urbi, Magisterque militum; *Spectabiles* erant Magistratus superiores administrandis provinciis constituti, ut Praefectus Augustalis, Proconsules, Comites et Vicarii provinciarum; *clarissimi* deinde nomen gerebant Rectores provinciarum, Consulares et Correctores.

Mediam dignitatem tuebantur Equites, *minorem* perfectissimi et egregii viri. *Perfectissimorum* appellatione designabantur Praeses Arabiae et Dalmatiae, Magister Cursus, et Primicerii scriniorum: ceteri magistratus servabant titulum *viri egregii*.

Posteriore vero aevo titulos istos inter se confusos fuisse, nostra instrumenta docent. Quos praecipue innuunt titulos, fere hi sunt: Ordo sive curia appellatur *amplissimus*; singula ejus membra invocantur sub nomine *laudabilium virorum*, *parentum summe colendorum*; *gravitatis*, *laudabilitatis vestrae*. Quinquennalis titulum gerit *optimi* et *electissimi*; cleri membra appellantur *viri reverendi*, *sancti*; personae ad culmen dignitatis cujusdam evectae, *illustres*, *spectabiles*, *gloriosi*; reliquae personae, *viri honesti*,

devoti, *strenui*, *discreti*. Mortui designantur sub titulo *beatae memoriae viri*.

2) Declaratio contrahentium, *plenam* se habere *facultatem disponendi*. Huc pertinent formulae plerumque et in nostris instrumentis obviae, negotium esse initum, *sana mente*, *integroque consilio*, *nulla necessitate cogente*, a persona in *legitima aetate* constituta, et reliquae hujus generis. Singulare est, quod in tabula XXIII. mentio fiat *juris trium liberorum*.

3) Mentio *objecti*, cujus gratia negotium initum fuerat. In alienatione fundorum inprimis observandum, singulos quosque certis suis nominibus insignitos fuisse; e. g. *Fundus Genecianus*, *Cornelianus* etc. pluriumque fundorum complexum nomine *Massae* venisse, e. g. *Massa Pyramitana*, *Emporitana*, *Fadiliensis*.

Singulorum fundorum etiam situs accuratissime designabatur, et ita quidem, ut vicini, sive populus Romanus fuerit, sive privatae conditionis homo, indicarentur. Usitatissima eos designandi formula erat: *inter affines N. et N. et qua quemque tangit et populum*, *et si qui alii affines fuerint*, *vel ab origine fuerunt*.

4) *Pondera et mensurae* [1]) hujus objecti. Iis pro fundamento erat aestimatio secundum uncias, ejusdemque partes. *As* (libra) continebat uncias duodecim, *deunx* undecim, *dextans* decem, *dodrans* novem, *bes* octo, *septunx* septem, *semis* sex, *quincunx* quinque, *triens* quatuor, *quadrans* tres, *sextans* duas. Uncia et di-

[1]) Conf. *L. Volusii Maeciani* libellum de asse ac partibus ejus. Editus primum in Sichardiana Codicis Theodosiani recensione fol. 168. sq. tum optime cum notis *Eliae Vineti* et *Jo. Fr. Gronovii* in *Graeviano* Thesauro T. XI. p. 1705—1710.

Amplissime de ponderibus et mensuris commentatus est *Jo. Casp. Eisenschmid* de ponderibus et mensuris veterum Romanorum, Graecorum et Ebraeorum. Argent. 1737. 4.

midia vocabatur *Sescuncia*, dimidia *semuncia*, tertia pars unciae *duella*, quarta *sicilicus*, sexta *sextola*, quarta et vigesima *scripulus* sive *scripulum*.

Et fundi [1]) immo secundum uncias dividebantur, tum in *reales*, quas *partes divisas* vocabant, tum in *ideales*, *partes indivisas* dictas. In reales distribuebatur uncias et ager arcifinius, et objecta omnia, quae secundum naturam sui generis realiter dividi poterant; in ideales tantummodo ager limitatus, omnesque res, quae naturaliter dividi nequibant, e. g. domus integra, balneum [1]).

Unciae in integrum, sive *in integro* vocabantur, quae inter se cohaerebant, nec in diversis fundi partibus modo huc, modo illuc dispersae jaciebant. *Unciae principales* erant partes fundi principalis, exclusis accessoriis fundi, e. g. subsecivis. Obvenire autem poterant unciae principales nonnisi in agro limitato, cum realiter dividi nequiret, respectu enim habito subsecivorum; haud vero in agro arcifinio, cum hic secundum naturam suam, realiter distribui posset.

Nostrorum tamen instrumentorum, et quidem papyraceorum scriptores, saepissime cogitationis expertes, haud raro uncias in integro et uncias principales allegaverunt, ubi earum secundum naturam objecti

---

[1]) Cf. "v. *Savigny* über die Uncialeintheilung des Römischen Fundus," in: "Abhandl. der K. Academie der Wissenschaften zu Berlin. Histor. philol. Classe." 1814—1815.

[2]) Ager Romanus vel publicus erat, vel privatus; et is quidem vel *limitatus* vel *arcifinius*. Limitatus erat, qui ex agro publico desumtus, municipiis vel privatis hominibus concedebatur, ab illo quidem, secundum regulas artis haruspicinae, quarum reliquiae in Scriptoribus agrimensoriis extant, segregatus, limitibusque distinctus; arcifinius vero, qui nonnisi finibus e natura regionis petitis vel arbitrariis circumdatus fuit. Quae in agro limitato limitibus includi non poterant, *subseciva* vocabantur. Conf. *Niebuhr* Röm. Gesch. Tom. II. p. 349—394.

designati, ratio esse non potuit, e. g. in indicanda domo vel balneo.

Et in pecunia [1]) assis ratio habita erat. Temporibus quidem reipublicae secundum *Sestertios* numerabatur; *sestertius* unus comprehendebat assem et dimidium, quatuor sestertii aequiparabantur *denario*; mille sestertii vocabantur *Sestertium*. Sub Imperatoribus [2]) Sestertiorum numeratio in desuetudinem venit; aurei solidi cudebantur, quorum dimidia pars *semissis*, quarta pars *tremissis*, vigesima pars *siliqua aurea* appellata est. Inter argenteos nummos sub Justiniano usitatissimus erat *asprio*, eadem ratione in *siliquas* argenteas divisus. Eorum omnium ratio habita est et in nostris instrumentis.

5) *Ritus*, sub quibus negotium celebratum erat. Nostris in monumentis occurrit ritus *mancipationis per aes et libram* in tabula XXII; insuper saepius mancipationis et traditionis mentio fit in instrumentis reliquis papyraceis, et quidem tempore, quo jamdudum mancipationis usus evanuerat.

6) Clausulae quaedam, e. g. *doli*; et stipulationes, inter quas primum sibi locum vindicabat stipulatio, sive, ut vocatur, *lex Aquiliana*. Tum reliqua, ad firmandum

---

[1]) Amplissime de illa commentatus est *Jo. Frid. Gronovius* de pecunia vett. Graec. et Roman. Lugd. Bat. 1691. 4. Videas et *Petri de Lama* observationem "Ragguaglio dell' antica moneta Romana coll' odierna" commentario suo ad tabulam Trajani §. VII. insertam.

[2]) Conf. *Cujac.* Observat. et Emend. L. XIX. cap. 31. Centum sestertios aequiparasse aureum solidum unum, *Hotomannus* recte vidit; Justinianum tamen mulctas in anterioribus legibus constitutas, ita constrinxisse, ut pro mille sestertiis unus aureus computaretur, evincunt §. 3. Inst. III. 8. *de succ. lib.* fr. 4. D. XXXVIII. 2. *De bon. libert.* fr. 11. D. IV. 3. *de dolo*; fr. 49. D. XXIV. 3. *solut. matrimon.*

negotium excogitata, ut *poena dupli* [1]), et confirmatio per *juramentum* [2]). Nonnullis etiam in instrumentis, inde a Justiniani temporibus confectis, insertae sunt *Execrationes* [3]).

Finem denique formulae generalis constituebant, et quidem iis in instrumentis, quae per modum epistolae fiebant, *salutationes*, e. g. *Bene valete, opto bene valeas*, et similes; in reliquis *repetitio designati temporis*, ut: *Actum anno, indictione, mense et die suprascriptis*, aut alia hujus generis.

§. 2.

Completio.

Complebatur instrumentum per subscriptionem vel conscribentis, vel tabellionis, cui id conditor illius dictaverat, vel denique magistratus, coram quo confectum esset. Tum subscriptionibus testium, si coram iis conditum fuisset.

Propria conscribentis subscriptio ab antiquissimis inde temporibus iis saltem in contractibus, qui per scripturam veniebant, necessaria fuisse videtur; in reliquis adhibebantur ritus juris civilis, verba sollemnia atque stipulationes.

Sed et in negotiis sine scriptura secundum istos ritus celebratis, mos fuisse videtur, notitiam saltem, seu narrationem gestorum, si res illud flagitaret, literis mandari; ut in promtu est videre e tabulis nostris XXII. XXIII. et LXVII. Continent enim non ipsum instrumenti tenorem, sed potius ejus notitiam breviorem.

Labente vero scribendi arte [4]), aliud subscriptionis

---

1) Conf. Dig. II. 21. *de evictionib. et dupl. stipulat.*

2) c. 41. C. II. 4. *de transactionib.*

3) *Novell.* VIII.

4) Jam de eo conqueritur *Quinctilian.* Instit. orat. L. I. c. 1. tum *Vopiscus* in vita Carini.

genus in usum venit, signum scilicet qualecunque manus propriae. De quo postea Justinianus edixit, ut si quis ignarus esset litèrarum vel scribere praepediretur, signum crucis faceret, speciali tabulario ad hoc solum, ut pro eo literas supponeret, adhibito [1]).

Insuper vero et permissum erat, ut alius quidam nomen ejus, qui subscribere impeditus fuerit, scriberet, dummodo hoc coram testibus et tabellione fieret [2]). Nostris ex instrumentis, e tabula scilicet XXXV et XXXVIII, apparet, scribentem pro alio *Chirocristam* appellatum fuisse. In iis enim alterutra subscribendi ratio frequenter occurit, quamvis non desint, in quibus propria contrahentium subscriptio cernatur.

Cavesis tamen, ne omnia crucium signa in iis obvenientia, pro subscriptionum vestigiis habeas. Occurrunt enim in integris ipsis subnotationibus, cruces, modo ante, modo post nomina subscribentium inlatae. Hujusmodi enim cruces nonnisi confessionem religionis christianae indicasse, certum est.

Sed redeamus ad testium subscriptiones.

Numerus ipse testium ab antiquissimis inde temporibus, plerisque certe in negotiis, septenarius [3]) fuisse videtur. In testamentis tamen condendis quinque tantummodo desiderabantur testes, donec Justinianus septenarium numerum revocaret; in reliquis quinarius potissimum ob-

---

[1]) c. 22. §. 2. C. VI. 3. *de jure deliberandi.* Conf. et *Novell.* XC. princ. *Gothofred.* ad *Novell.* LXXXIII. cap. 8. nro. 29. et ad *Novell. Leon.* LXXII. nro. 21. — Vid. et *Cujac.* Paratitl. Cod. I. 8. et *Christ. Wildvogel* sacer christianorum character de venerabili signo crucis. Jen. 1690. 1697. 1733. 4. — De forma crucium, sub nomine Staurologiae, agunt scriptores Diplomatici. Conf. *Gatterer* elem. diplomat. univ. L. II. cap. 9. et reliquos.

[2]) *Novell.* LXXII. cap. 8.

[3]) *Platzmann* de honesta militum missione. p. 30.

servabatur, ut in codicillis, donationibus mortis caussa, manumissionibus per epistolam, et reliquis hujus generis negotiis. Ulpiani [1]) jam temporibus, ubi testium numerus haud expresse definitus fuit, duo sufficiebant. A tabellionibus tres adhibendi erant testes, secundum Justiniani ipsius jussionem.

Quod et per nostra probatur instrumenta.

In testamentis adhibentur regulariter testes septem; instrumentum plenariae securitatis (nro. XXI.) offert quinque. De instrumentis donationum, tabulae XXXIV et XL exhibent duos, tabula XXVIII tres, tabula XXX quatuor, tabulae XXXI. XXXIII. XXXVI. XXXVII. quinque, tabulae XXXV et XXXVIII. sex. De instrumentis venditionum exhibet tabula LIII. testium subscriptiones quatuor, reliquae, scilicet tabulae XLIX. L. LII. LIV—LVI. quinque testium subnotationibus firmatae sunt. Epistolae traditionis (nro. L. et LI.) a tribus, chartula damnatae litis (nro. LXXIV.) a quinque testibus subscriptae sunt. Tabulae missionum septem testium subscriptiones exhibent. Et primis quidem temporibus testes ipsi debebant esse cives Romani, et quidem mares. Posteriore aevo, saltem sub Imperatoribus, et peregrinos ad testimonium vocatos fuisse et feminas, dummodo non sollemnitatis, sed probationis causa accederent, e quibusdam constitutionibus eorum elucere videtur. Feminas enim Leo imperator expresse a testimonio instrumentis dando, repulit [2]); Justinianus vero haereticorum cujuscunque generis et testamentaria testimonia, et ea, quae in ultimis elogiis vel in contractibus consistebant, sine ulla distinctione valida esse judicavit, ne scilicet probationum facultas angustaretur [3]).

Quod et nostris ex instrumentis, tabula XXX probare videtur, in qua testibus christianis et gentilis testis (scho-

---

[1]) fr. 12. D. XXII. 5. *de testibus.*

[2]) *Novell. Leon.* XLVIII.

[3]) c. 21. C. I. 5. *de haereticis.*

laris scilicet e collegio gentilium) interest, et inter eos deprehenditur.

Testes denique ipsi in subscribendo, modo satis prolixo utebantur. Enunciabant enim in subscriptionibus suis, ipsum negotii coram eis celebrati argumentum; et id quidem et a tabellionibus observabatur, ut quaecunque nostrorum instrumentorum pagina demonstrat.

§. 3.

Absolutio.

Absolvebantur instrumenta, omnibus iis perfectis, quae necessaria erant, ad voluntatem disponentis, tenoremque instrumenti ipsius, secure reddendum.

Idque potissimum per *obsignationem* [1]) instrumenti fiebat.

Ab antiquissimis inde temporibus mos fuisse videtur, res quascunque, quas quis nollet vulgo manifestare et publico conspectui exponere, etiamsi nullum scripturae vestigium iis inesset, lino circumdandi et colligandi, linoque ceram, cui signum aliquod impressum esset, infigendi [2]). Nerone demum imperante [3]) Senatusconsulto sancitum erat, quod prius utilitas suaserat, ut omnes tabulae, et quidem, ut verisimillimum est, sive aeneae fuerint, sive ceratae vel ligneae, sive papyraceae vel membranaceae, factis utrimque in summo mediae partis margine foraminibus, lino ter per foramina trajecto, constringerentur, atque constrictum supra linum cerae signa imprimerentur. Julius

---

[1]) Obsignatione *claudebatur* instrumentum per impositum sigillum, nec vero signaculum in interiore instrumenti pagina apud Romanos adponebatur, ut nunc moris est. Optime de obsignatione commentatus est *Platzmann* de honesta militum missione. Cap. II. §. 1. 2.

[2]) *Plaut.* Casina. II. 1. *Plin.* hist. natur. L. XIV. c. 3.

[3]) *Sueton.* Nero. cap. 17.

enim Paullus [1]), *amplissimus ordo*, ait, *decrevit, eas tabulas, quae publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa margines ad mediam partem perforatae triplici lino constringantur; atque impositum supra linum cerae signa imprimantur, ut exteriores scripturae fidem interiori servent. Aliter tabulae prolatae nihil momenti habent.*

Signis sive signaculis testium cera impressis, ab ipsis nomina sua adscribenda fuisse, ipsa res postulabat, ut scilicet innotesceret, cujus signum fuerit, quod in cera deprehensum esset.

Tabulae igitur et testamentariae, testatoris ipsorumque septem testium subscriptionibus intus munitae ad hunc modum claudebantur, linoque ter pluriesve per foramina integris literis facta, trajecto, constringebantur, et ceris super linum impositis, ita signabantur, ut septem testes signum aliquod annulo imprimerent, et nomina sua prope sigillum singuli *adscriberent*, sive *superscriberent*.

Inde aperiendarum tabularum quoties mentio fit, *linum incisum* esse dicitur, sigillis vel lino, vel ipsi forte tabulae cum lino inhaerentibus [2]).

De quo incidendi lini more haec legimus: *si linum, quo ligatae sunt tabulae, incisum sit: siquidem alius contra voluntatem testatoris inciderit, bonorum possessio peti potest; quodsi ipse testator id fecerit, non videntur signatae, et ideo bonorum possessio peti non potest* [3]). Caussam vero, cur ter saepiusve linum per foramen trajici Senatusconsultum supra laudatum jusserit, quaerentibus hanc Ulpianus paullo inferius suppeditat: *si*

---

[1]) Sentent. recept. Lib. V. tit. 25.

[2]) fr. 22. §. 7. D. XXVIII. 1. *qui testam. facere possunt. Signatas tabulas accipi oportet, si linteo, quo tabulae involutae sunt, signa impressa fuerint.*

[3]) fr. 1. §. 10. D. XXXVII. 11. *de Bonor. poss. sec. tab.*

rosae sunt a muribus tabulae, vel linum aliter ruptum, vel vetustate putrefactum, vel situ vel casu: et sic videntur tabulae signatae, maxime si proponas, vel (saltem) *unum linum tenere. Si ter forte vel quater linum esset circumductum, dicendum est, signatas tabulas ejus extare, quamvis vel incisa vel rosa sit pars uni* (unius lini).

Et in nostris quibusdam instrumentis talis absolutionis modus conspicitur. Missionum nempe tabulas filo per foramina in utroque tabularum margine ter quaterve transducto, cui in quarta tabularum pagina testium sigilla, adscriptis eorum nominibus adfigerentur, clausas fuisse, ex iis ipsis apparet. Adscriptiones vero vel superscriptiones testium in tergo testamenti conspicuas, nobis exhibet instrumentum XVIII.

CAPUT II.

Peculiaria instrumentorum Romanorum sive de eorum conficiendorum modo in specie.

Modus instrumenta conficiendi apud Romanos in specie variabat, prout aut coram magistratu vel supremo vel inferiore, aut a tabellionibus, aut denique, nemine alio adjuvante vel concurrente, ab ipsis partibus condita fuerint.

Cum vero ea conscribendi proxime scribarum munus esset, de iis dispiciamus.

Scribarum igitur duplex innotuit genus, *publicorum* et *privatorum*. Et quidem reipublicae temporibus illi, *scribae* vel *librarii* [1]), hi, *exceptores*, et, si qui notas tachygraphicas callerent, *notarii*, vocabantur. Conscribendis vero solis instrumentis in illo tempore praesto erant, haud vero conficiendis, cum his quidem ipsi pa-

[1]) fr. 18. §. 17. D. L. 4. *de munerib.* c. 4. C. VII. 62. *de appellat.*

troni [1]), aestimatissimi certe Romanorum, clientibus suis adfuissent, formulas scilicet agendi praescribentes iis, qui vel lege agere, vel negotia, quae sub certis ritibus verbisque sollemnibus peragenda essent, celebrare vellent. Ipsorum scribarum omnis generis munus sordidum fuit, quippe cum servi plerumque rei librariae adhiberentur [2]). Labente vero sub Imperatoribus simplici illo modo negotia gerendi hucusque consueto, scribarum potentia crevit, honorque eorum adauctus est, quippe qui nunc, more hodierno ad ipsa negotia accedentes, omnibus hujusmodi, quae per scripturam expediri solebant, succurrerent. Qui igitur antea contemtui fuerant, nunc ad dignitatis cujusdam culmen mox evehebantur.

Et quidem in ipsa Imperatorum aula, negotiis gerundis ingens scribarum numerus aderat [3]). Appellabantur universi quidem *notarii*, sed variis honoribus, titulisque pro diversitate munerum, quibus addicti erant, decorabantur; e. g. *regerendariorum*, *commentariensium*, *ab Actis*, *tribunorum*, *primiscriniorum*, *augustalium* etc. Dividebantur in scholas varii ordinis atque gradus; *adju-*

---

[1]) *Cicero* Orat. L. II. c. 6. *Sueton.* Nero. cap. 32. fr. 88. fr. ult. D. XXXI. *de legatis in secundo.* Conf. *Bachii* hist. jur. L. II. cap. II. §. 10. *v. Savigny* Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. Tom. I. p. 48 sqq.

[2]) fr. 1. §. 6. D. L. 13. *de extraord. cognit.* Alii aere conducebantur. fr. 19. §. 9. D. XIX. 2. *Locati.* Conf. et *Pignorium* de servis, *Sigonium* de antiquo jure civium Rom. L. II. c. 9. *Barth* Adversar. Libr. L. c. 1. *Eschenbach* de scribis vett. Roman. *Herrgött* D. de scribis vett. Graec. Rom. et Germ. Witteb. 1668. 4.

[3]) Conf. *Notitiam dignitatum* utriusque Imperii, commentario *G. Panciroli* illustratam. Venet. 1593. f. et saep. et librum ipsius notarii sub Justiniano militantis: *Joannis Laurentii Lydi*, Philadelpheni, de magistratibus reipublicae Romanae libri III. nunc primum in lucem editi — a *Jo. Dom. Fuss.* Paris. 1812. 8. — qui plenissime de iis commentatus est.

tores habebant sive *boëthos*. Omnium supremus vocabatur *Primicerius notariorum*, scilicet, cujus nomen cerae, sive tabulae ceratae nomina eorum referenti, primo loco inscriptum erat.

Eodem tempore magistratuum fere omnium scribae exceptorum titulo utebantur, dummodo certis negotiis haud adscripti fuissent [1]). Ii scilicet pro munerum varietate modo *Logistae*, *Demogrammatei*, *Logographi*, *Diastolei*, *Censuales*, *Exscriptores* et *Libelliones* vocabantur [2]).

Ex iisdem etiam temporibus *tabelliones* origines suas duxerunt; personae scilicet, qui munere publico haud indutae, eo victum sibi quaerebant, ut pro aliis literarum ignaris, instrumenta conficerent. Cum enim collabente republica, et formulae sollemnes in oblivionem cecidissent, nexusque clientelaris paulatim sublatus fuisset, nihil erat, quod omnes, qui artem scribendi callerent, impediret, quominus hominibus hujus artis ignaris, ad condenda instrumenta succurrerent.

Sensim inde genus hominum ortum, qui toti huic negotio incumberent, a conficiendis tabulis *tabularii* vel *tabelliones* appellati. Utilitatem eorum agnoscentes, Imperatores id munus ad certos revocaverunt fines. Arcadius igitur et Honorius generali lege [3]) sanciverunt, ut sive solidis provinciis, sive singulis civitatibus [4]) necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinarentur, neque ulli deinceps ad hoc officium patesceret aditus, qui obnoxius fuerit servituti. Ansam hoc edictum praebuisse videtur,

---

[1]) Conf. *Crameri*, viri summi, Supplem. ad Brisson. de Verb. sign. (Kilon. 1813. 4.) p. 22. not. 8.

[2]) Tit. 69. Cod. Libr. X. *de tabulariis, scribis, logographis.* *Jo. Lydus* Libr. II. cap. 18. 30.

[3]) c. 3. C. X. 69. *de tabulariis.*

[4]) Et ecclesiae hoc sensu notarios suos habebant. Conf. *Jo. Andr. Schmid* de notariis ecclesiae tam orientalis, quam occidentalis Dissertationum triga. Lips. 1766. 4.

ut tabelliones scholas [1]) sive corporationes constituerent, in quas ad similitudinem scholarum notariorum in aula Imperatoris militantium, gradus quidam mox ingerebantur. Scholae igitur cuicunque praefuit *Primicerius*, sive *Prototabellio*, eum excepit *Secundocerius*, et sic porro; singulis dein tabellionibus adfectae erant quaedam *stationes* (*Schreibstuben*), in quibus et *adjutores* illis praesto erant.

Tabelliones ipsi et *forenses* vocabantur, quia forensibus negotiis incumbebant, et *rogatarii*, quod rogandi erant a partibus, eorum munus flagitantibus; tum et *noti* nuncupabantur, quod noti debebant esse iis. Saepius et *notariorum* nomine veniebant.

Hoc saltem nostris ex instrumentis firmatur.

Sectio I.

Modus conficiendi instrumenta coram Magistratu.

§. 1.

Methodus tractandi negotia.

Sub Imperatoribus saltem Romanum gubernantibus imperium, a magistratibus et supremis et inferioribus reliquis omnibus, juris negotia collegialiter tractata fuisse, haud inficiari posse videtur [2]). In ipsa nempe Imperatorum aula, inde ab Hadriani certe temporibus *Consistorium principum* [3]) ad hunc effectum praesertim constitutum, magnam sibi gloriam peperit; reliqui vero magistratus sibi adjunxisse videntur assessorum vel amicorum concilium, quocum collocuti [4]) aut sententias dixerunt, aut cetera, quae expedienda erant negotia, absolverunt.

---

[1]) Conf. *Novell.* XLIV. cap. I. §. 1. 2.

[2]) Conf. *Jo. Lydum* Lib. III. cap. 11. et 20. *Panciroll.* Thesaur. varr. lectt. L. I. cap. 38.

[3]) Conf. *Hauboldi* Spec. I. II. de consistorio principum. Lips. 1788. 4.

[4]) e. g. in tabula nostra LXXXII.

Id et praecipue in collegiis municipalibus moris fuisse, nostris ex instrumentis plenius apparet; quorum illustrandorum caussa de re municipali Romanorum [1]) paucula quaedam liceat praefari. Administrandis rebus municipalibus scilicet aderat *Ordo decurionum*, mox *Ordo* simpliciter, deinde *Curia* vocitatus. Membra ejus sub *decurionum* vel *curialium* nomine veniebant. Ex iis eligebantur *Magistratus*, personae nempe, quibus rei municipalis administratio, et quidem directe incumberet. Ipse eorum numerus, item et appellatio in singulis municipiis variabat. Interdum iis quis praeerat *Principalis* nomen gerens, interdum ipsi decuriones *Principales* vocati, ut a plebejis distinguerentur; interdum deinde e decurionibus ipsis, personae quinque, sex, septem, decem vel quindecim, primo loco inscriptae, reliquos decuriones dignitate quadam antecellebant, *Quinqueprimi*, *Sexprimi*, *Septemprimi*, *Decemprimi*, *Quindecimprimi* inde nuncupatae.

Juri dicundo, negotiisve forensibus inprimis praeerant modo *Defensor*, modo *Duumviri*, modo *Quinquennalis*, itidem e gremio decurionum allecti.

Et illud quoque singulare erat, quod gerentes magistratum, forte impediti, alium quendam sibi in singulis negotiis peragendis substituere poterant, qui quidem *Agens vices*, sive *Agens magistratum* vel *magisterium* vocabatur.

Unicuique dein Ordini sive Curiae scribae complures, sive Exceptores accedebant, quorum collegium *Officium* (*das Canzleypersonale*) nuncupabatur.

Omnium harum dignitatum mentio sat frequenter et in nostris occurrit instrumentis.

---

[1]) Amplissime de ea post *Rothium* de re municipali Rom. commentatus est *Sabiniacus* Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter. Tom. I. Cap. 2.

§. 2.

Modus conficiendi Gesta [1]).

Quae coram magistratibus vel superioribus, e. g. Principe, Exarcho Italiae etc., vel inferioribus, ut curiis municipalibus, instrumenta fiebant, *Gesta* sive *Acta* vocabantur; qualia fieri solebant vel ex praescripto legum, ut super donationum insinuatione et testamentorum apertura, vel ex libera voluntate, certioris probationis et majoris firmitatis caussa, ut in instrumentis venditionum, aliorumque hujus generis. Appellabatur illud: *allegare, insinuare, prosequi apud Acta* sive *Gesta*.

Et hanc quidem Gestorum sollemnitatem praescripserant Imperatores Honorius [2]) et Valentinianus III. [3]), ut non aliter fierent, quam trium Principalium praesentia, excepto Magistratu et Exceptore publico, i. e. praeter Magistratum, Defensorem, Duumviros, Quinquennalem, et Exceptorem publicum, qui negotiorum acta exciperet, litterisque mandaret.

Fiebat vero allegatio sive insinuatio apud Gesta, vel utroque, inter quos negotium contractum, et instrumentum super eo confectum erat, praesente, vel absente altero. Nam et absente eo, qui chartam fecerat, allegatio fieri quidem poterat, si, quod moris erat, et in nostris instrumentis frequenter occurrit, *liberam* is *allegandi Gestis municipalibus licentiam, non exspectata denuo sua professione, tribuisset*; at quia tum opus erat, ut de veritate instrumenti inquiretur, duo ad ipsum dirigebantur Principales sive Curiales, una cum Exceptore, qui postquam

---

[1]) Conf. *F. C. Conradi* Parerga. L. IV. nro. 1. *C. U. Grupen* observationes de forma conficiendi acta apud Romanos, et de forma instrumentorum. Hannov. 1753. 4. *Marini* Papiri diplomatici. p. 279. et passim.

[2]) c. 151. C. Theod. XII. 1. *de decurionib.*

[3]) *Novell. Valent.* XXXIII.

ipsi instrumenta ostenderunt, ac praelegerunt, reversi ad Curiam renunciabant, an ille a se facta cognovisset, quidve responsi dedisset, de sua voluntate interrogatus.

Modus igitur prosequendi apud Gesta talis fuit: Si quis instrumento cuidam sibi ab altero facto plenam executionem tribuere vellet, obtulit illud Ordini, praesentibus Magistratu, Curialibus et Officio, petiitque, ut instrumentum prolatum recitaretur, actisque sive Gestis inderetur.

Quodsi forte clausum fuisset instrumentum et a testibus obsignatum, veluti testamentum, cujus apertura flagitabatur, Magistratus, qui Curiae praeerat, a praesentibus testibus signacula recognosci, iisque agnitis, linum incidi, instrumentumque ab Officio recitari; si vero haud obsignatum fuerit, duos Curiales cum Exceptore ad eum, qui chartam scripserat, scribive dictaverat, ut ab ipso recognosceretur, mitti dirigique jussit. His reversis, et de agnito instrumento securus, ab Officio pariter illud recitabatur; Gestisque vel totum inserebatur, vel adnectebatur.

Quo peracto iterum prosecutor a Magistratu interrogabatur, *quid amplius fieri desideraret?*

Respondebatque, se petere, *ut sibi Gesta edi juberentur ex more*, i. e. ut sibi pagina actorum, vel ut nostrates dicunt, protocolli, in qua, quae hucusque gesta essent, enunciata erant, quibusque ipsum instrumentum modo recitatum, insertum erat, expediretur.

Quod Magistratus hisce verbis interpositis: *Gesta tibi edantur ex more*, vel *Gesta tibi edere curabit competens Officium*, decrevit; quod quidem decretum itidem paginae actorum inferebatur; totaque pagina ab Exceptore conscripta, postquam a Magistratu subscripta erat, (quod per formulam fiebat: *N. N. his Gestis apud me habitis subscripsi et recognovi*) et ipsam plerumque Exceptoris subnotationem (*Ego N. N. Exceptor edidi*) acceperat, prosecutori tradebatur.

Eadem fere, mutatis mutandis, ratio observabatur, si quae negotia coram Curia ore fiebant, e. g. declaratio

ultimae voluntatis, celebratio traditionis, testium interrogatio, et cetera hujus generis.

Gesta igitur tali modo confecta, simillima erant colloquio prosecutoris cum Magistratu habito, postea que in scripturam redacto; atque quidem in omnibus quibuscunque rebus. Quodsi enim aliqua ex interrogatis persona quaedam Graeco sermone eloquebatur, ea et graece Gestis inferebantur.

Talium Gestorum in Consistorio principum habitorum [1]) fragmenta, in Corpore juris civilis Romani occurrunt, quorum quaedam enotare fas sit, cum plerique legum interpretes, quae sibi vellent, ignoraverint, et de mira legum, ea continentium, compositione conquesti sint, haud scilicet perspicientes earum vim atque potestatem.

I. Fr. 3. Dig. XXVIII. 4. *de his, quae in testam. del.*

"*Vivius Zeno*, dixit: Rogo, domine Imperator, audias me patienter. De legatis, quid statues? *Antoninus Caesar* dixit: Videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina heredum induxit? *Cornelius Priscianus Advocatus Leonis* dixit: Nomina heredum tantum induxit. *Calpurnius Longinus Advocatus fisci* dixit: Non potest ullum testamentum valere, quod

[1]) Gesta illa et Glossa imitata est, cum casus a principe decidendos fingeret. Injuste igitur ob hanc imitationem in contentum venit.

Conferas Glossam ad tit. Inst. *de jure naturali, gentium et civili*, ubi talis casus fingitur: "Quidam scholaris accessit ad principem et talem proposuit quaestionem: Domine Imperator dicite mihi, quae differentia est inter jus gentium et civile. Et ideo quaero, quia volo unum jus ab alio discernere. Imperator respondit: Amice, dico tibi, quod omnes populi, qui utuntur jure scripto, et jure non scripto, pro parte utuntur suo proprio jure, seu civili, et pro parte utuntur jure communi omnium hominum. Secundo dixit scholaris: Domine Imperator, vos loquimini sic obscure, quod non intelligo vos. Quid hoc est dicere, quod omnes populi" etc.

heredem non habet. *Priscianus* dixit: Manumisit quosdam et legata dedit. *Antoninus Caesar*, remotis omnibus, cum deliberavisset, et admitti rursus eosdem jussisset, dixit: Caussa praesens admittere videtur humaniorem interpretationem" etc.

Marcellum illa ex actis in Consistorio principis super ventilatione de testamenti cujusdam validitate habitis, depromsisse, in promptu est videre.

II. c. 1. C. XII. 47. *de veteranis.*

"Cum introissent principia, et salutatus esset a Praefectis et Tribunis et Viris eminentissimis, acclamatum est: Auguste Constantine, Deus te nobis servet, nostra salus: vere dicimus, jurati dicimus!

Adunati *veterani* exclamaverunt: Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? *Constantinus Aug.* dixit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere. *Victorinus* veteranus dixit: Muneribus et oneribus universis locis conveniri nos sinamur. *Constantinus Aug.* dixit: Apertius indica, quae sunt maxima munera, quae vos contumaciter gravant! Universi *veterani* dixerunt: Ipse perspicis! *Constantinus Aug.* dixit: Jam nunc Magnificentia mea omnibus veteranis id esse concessum, perspicuum sit" etc.

Et haec quidem partem Gestorum fuisse, res ipsa docet.

III. c. 2. C. X. 46. *de excusat. mun.* *Pars actorum Diocletiani et Maximiniani Augg. et Caess.*

"Inductis Firmino et Apollinario, et caeteris Principalibus Antiochiensium adstantibus, *Sabinus* dixit graece*** [1]. *Diocletianus* dixit: Certis dignitatibus data a nobis indulgentia est munerum etc."

[1]) Perierunt verba graeca, unde in vulgatis editionibus legitur *et cetera*, pro *graece*. Conf. *Dirksen* V. C. Civil. Abh. Tom. I. p. 51.

IV. c. 1. C. Theod. VIII. 15. *de iis, quae administr. vel Offic. publ. ger. distracta sunt.*

"*Agrippina* dixit: τῷ τόπῳ ἐκείνῳ οὐκ ἐπάγαρχει. *Constantinus Aug.* dixit: Sed jure continetur, ne quis in administratione constitutus aliquid compararet, unde quidem nobis interest, an in suo pago aut in alieno comparavit, cum constet, contra jus eundem comparasse. Et adjecit: Ignoratis, fiscale effici totum, quidquid administrantes comparaverint? *Agrippina* dixit: τοῦ τοποῦ ἐκείνου πραιπόσιτος οὐκ ἦν. Ἐγὼ ἠγόρασα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ἴδε αἱ ὦναι. *Constantinus A.* dixit: Recipient a venditore Cordia et Agrippina competens pretium."

V. In eorum etiam censum, me judice, veniunt: c. 1. C. III. 11. *de dilationibus*; c. 6. C. VII. 62. *de appellat.*; c. 1. C. IX. 51. *de sentent. passis.*

Gestorum in conciliis ecclesiasticis habitorum exempla praebent *Acta Synodi Chalcedonianae* et *Carthaginiensis* [1]).

Gesta coram Exarcho Italiae confecta, exhibet tabula nostra XXXI; coram curia Reatina, tabula XX; coram curia Ravennate, tabulae XIV-XV. XX. XXVII. XXVIII. XXXIII. XXXIX. XL. XLVIII. LII. LXVI. LXXIII. et LXXVI; coram incertis magistratibus, tabula XVI et LXIII.

Insuper Gestorum formulae inveniuntur, in *Formulis Arvernensibus* apud *Baluzium* [2]); in *Formulis Andegavensibus* apud *Mabillonium* [3]); in *formulis Marculfinis* [4]) (*Gesta juxta consuetudinem Romanorum, qualiter donationes et testamenta allegentur*); in formulis *Lindenbrogianis* [5]) (*Gesta juxta consuetu-*

[1]) Summa Gestorum capita videas apud *Grupenium* l. c. p. 20 sqq.
[2]) Miscellan. Libr. VI. p. 546. (Ed. in octavo.)
[3]) Supplem. libr. de re diplom. p. 77.
[4]) Libr. II. nro. 37. 38. ed. *Baluz.* in Capitul.
[5]) nro. 73. ed. *Baluz.*

dinem Romanorum, qualiter testamenta allegentur); tum in *formulis Sirmondicis* [1]).

Sectio II.

Modus conficiendi instrumenta a Tabellionibus observatus.

Is quidem hic fuit.

Rogandus inprimis tabellio erat ab eo, qui instrumentum fieri volebat, ut illud perscriberet. Tabellio quae sibi dictabantur, observata tamen formula generali, quam antiquitus servavit, in *schedam*, frequentissime notis tachygraphicis usus, conjecit; tum in *mundum* recepit. Mundum, in praesentia testium a rogante subscribendum, sive, si literarum ignarus esset, saltem aliquo signo, praesertim, signo crucis firmandum, tum testium subscriptionibus roborandum erat. Vocabatur illud *complere instrumentum* [2]).

Cui dein completo, tabellio ipse, subnotavit, illud a se, praesentibus testibus postquam roganti relectum esset, traditum fuisse contrahentibus. Et hoc appellabatur *absolvere instrumentum*.

Legibus cautum erat, ne ulli liceret prius, quam haec ita praecesserint, vel e scheda conscripta, vel ab ipso mundo, quod necdum esset completum vel absolutum, aliquod jus sibi ex eodem contractu vindicare.

Cum vero et a tabellionum adjutoribus compleri possent instrumenta, tabellionibus ipsis, per Novellam XLIV. injunxit Justinianus, ut omnino in absolutione ejus interessent; ut scilicet haberent, unde scirent negotium, et interrogati forsan coram judicio possent de iis, quae subsecuta essent, cognoscere et respondere. Quod si negle-

---

[1]) ap. *Baluz.* in Capitul. T. II. p. 470.

[2]) princ. Inst. III. 24. *de Emt. Vendit.* c. 17. C. IV. 21. *de fide instrument.* c. fin. C. IV. 38. *de contrah. Emt. Vend.*

xerint, eos de sua statione omnino cadere, voluit, aut saltem, qui primatum in stationibus tenerent, in inferiorem ejus gradum descendere; sicut illud in ista Novella latius expositum est.

Cavit insuper Imperator in eadem lege, ut tabelliones in urbe Constantinopoli chartam adhiberent, nomine Comitis largitionum signatam, interdixitque, ne primum ejus folium, sive protocollum, cui tempus confectionis chartae inscriptum esset, inciderent, sed insertum relinquerent, ne scilicet falsitatis notam suspicari liceret.

Praescripsit deinde per Novellam LXXIII, ut omnino a tabellionibus testes adhiberentur, et quidem tres, si instrumentum fieri jubens, literas calleret, quinque vero, si eas nesciret.

Quae omnia strictissimae observationis fuisse, et nostris ex instrumentis apparet; crebra in iis occurrit mentio completionis vel a tabellione ipso, vel ab ejus adjutore factae, tum absolutionis et traditionis; sed et testes numero competenti adhibiti sunt, prout Justiniani lex id suaserat.

Singulare tamen, quod itidem nostris e tabulis elucet, in fine cujuscunque instrumenti a tabellione confecti, iterum testium nomina, una cum designatione domus vel habitationis eorum, brevissimis enunciari. Et quidem haec enumeratio titulum gerit *Notitiae testium*, in eum certe usum adjecta, ut si qui coram judice de veritate instrumenti in discrimen vocati, audiendi essent, eo facilius indagari et in testimonium vocari possent.

Tabulas a tabellionibus confectas e nostris exhibent: XVIII. XXVI. XXIX. XXX. XXXI. XXXIV-XXXVIII. XLI. XLII. XLV. XLIX. LII a. LIII-LVII. LX. LXI. et LXXV.

Tum Formulae *Marculfinae*. Libr. II. nro. XVII. *Lindenbrogianae* nro. LXXII. (in *Baluzii* formulis nro. 28.)

Sectio III.

Modus conficiendi instrumenta ab ipsis partibus, nullo adhibito Tabellione, observatus.

Instrumentorum usus ab ipsis contrahentibus conscriptorum ab antiquissimis certe temporibus praevaluit. Manu propria perscribi, vel, si instrumentum ab alio quodam scriptum fuisset, a contrahentibus certe subscribi debebat [1]).

Justinianus suasit, ut omnino adhiberentur tabelliones, quod si quis nollet, ut is instrumentum saltem in praesentia trium testium masculorum conderet, quorum interrogatione scilicet ejus veritas, si quis eam convellere auderet, firmari posset [2]).

Instrumenta ipsa, licet haud adhibito tabellione conscripta, sed trium testium subscriptionibus firmata, mox sub nomine *quasi publicorum* venisse, notum est.

Condebantur vero talia instrumenta saepissime ita, ut epistolarum formam servarent contrahentes. Initium igitur eorum salutationem ejus, cui gratia conscriptum fuerit, continebat, et quidem non solum ipso absente, sed etiam praesente. Inde formula usitatissima: *N. N. praesens praesenti salutem!* sibi locum vindicavit, nec quidem intererat, utrum hoc modo ipsam quidem personam alloqueretur contrahens, an rem, sub moralis personae specie venientem, e. g. ecclesiam. Conclusionem deinde instrumentum accepit, aut per formulam consuetam: *Opto bene valeas*, aut per designationem temporis, quo emissum fuerat.

---

1) princ. J. VI. 24. *de Emt. Vend.* c. fin. C. IV. 38. *de contrah. Emt. Vend.* c. 17. C. IV. 21. *de fide instrument.*

2) c. 17. C. IV. 2. *si certum petatur*; c. 11. C. VIII. 18. *qui potiores in pignore*; *Novell.* LXXIII. cap. 1. 2. 8. *Novell.* XC. cap. 2.

Instrumenta tali modo confecta et in nostris tabulis nobis servata sunt; e. g. nro. XXIV. XXV. XLIII. XLVI. LI. LXX. LXXIV.

Saepissime etiam occurrunt in collectionibus Formularum.

Videas e. g. in formulis *Arvernensibus*, formulam III; in formulis *Andegavensibus* formulam XX. XXIII. XXXIX. XLV. LIII. LVII; in formularum *Marculfinarum*, Libro II. form. VII. X. XV. XIX. XX. XXII. XXXII-XXXIV; in *Appendice Marculfi* form. VIII. XIII. LII. LIII-LVI; in formulis *Lindenbrogianis*, form. LXXXVIII. LXXXIX. XCVI; in formulis denique *Sirmondicis*, formul. II. III. IX. XI. XII. XV-XXV. XXIX. XXXII et XL; quas omnes jus Romanum spirare, elegantissime docuit vir summus *Sabiniacus* [1]).

[1]) Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. II. p. 124—129.

JURIS ROMANI

TABULAE NEGOTIORUM

SOLLEMNIUM

MODO IN AERE, MODO IN MARMORE, MODO IN CHARTA

SUPERSTITES.

INDEX.

CLASSIS I.

Testamenta.

I. Fragmentum testamenti Q. Laelii.
II. Caput ex testamento Cetraniae Severinae.
III. Fragmentum testamenti Nemausensis.
IV. Caput ex testamento Mucii Meconii Cornel. Leonis.
V. Fragmentum e testamento Valerii.
VI. Fragmentum e testamento Q. Valerii Castrici.
VII. Fragmentum e testamento L. Caecilii Optati.
VIII. Fragmentum e testamento anonymi.
IX. Fragmentum e testamento L. Cincii Martialis.
X. Fragmentum testamenti cujusdam, ut videtur.
XI. Testamentum S. Gregorii Nazianzeni. (circa a. 389. p. C. n.)
XII. Testamentum Perpetui, episcopi Turonensis. (a. 475.)
XIII. Testamentum S. Caesarii, episcopi Arelatensis. (a. 542.)
XIV. Gesta de aperiundis testamentis in curia Ravennat. habita. (a. 552.)
XV. Gestorum ejusdem argumenti Fragmentum. (ej. act.)
XVI. Gestorum ejusdem argumenti vestigia. (ej. act.)
XVII. Testamentum Aredii et Pelagiae. (a. 571.)
XVIII. Testamentum sollemne Mannanis. (a. 572.)
XIX. Codicillorum incertae aetatis Fragmentum.

CLASSIS II.

Instrumenta ad rem tutelariam pertinentia.

XX. Gesta de constituto tutore speciali habita. (a. 557.)
XXI. Gesta de allegato instrum. plenariae securitatis habita. (a. 564.)

CLASSIS III.

Instrumenta donationum.

XXII. Instrumentum donationis Fl. Artemidori. (a. u. 927.)
XXIII. Instrumentum donationis Statiae Irenes. (a. u. 1003.)
XXIV. Fragmentum instrumenti donationis cujusdam.
XXV. Instrumentum donationis Samyaris Doryphorionis (a. u. 887.)
XXVI. Instrumentum donationis Theodovii. (a. 471. p. C. n.)
XXVII. Gesta de donat. regis Odoacris habita. (a. 489.)
XXVIII. Gesta de donat. Mariae habita. (a. 491.)
XXIX. Fragmentum instrumenti donat. Hildevarae. (a. 523.)
XXX. Fragmentum instrumenti donat. Gaudiosi. (ejusd. aetatis.)
XXXI. Instrumentum donat. Runilonis. (a. 553.)
XXXII. Fragm. Gestorum de donat. Justini imp. conf. (Saec. VI.)
XXXIII. Gesta de donat. Boni et Martyriae hab. (a. 572.)
XXXIV. Instrumentum donat. Gregorii diaconi. (a. 587.)
XXXV. Instrumentum donat. Johannis spatarii. (Saec. VI.)
XXXVI. Instrumentum donat. Xanthippes. (Saec. VI.)
XXXVII. Instrumentum donat. Stephani Graeci. (Saec. VI.)
XXXVIII. Instrumentum donat. Siseverae. (Saec. VI.)
XXXIX. Gesta de donat. facta a Deusdedit hab. (a. 625.)
XL. Gesta de donat. Vigilii conf. (ejusd. aetat.)
XLI. Fragmentum instrum. donat. feminae cujusd. (ejusd. aetat.)
XLII. Fragmentum instrum. donat. Johannis et Stephaniae. (Saec. VI.)
XLIII. Fragmentum instrum. donat. Octatiani. (Saec. VI. vel VII.)
XLIV. Fragmentum instrum. donat. Wililianae. (ejusd. aetat.)
XLV. Instrumentum donat. Paulacinis. (a. 639.)

CLASSIS IV.

Instrumenta venditionum.

XLVI. Fragmentum instrum. vend. C. Eleur . . . .
XLVII. Vestigia antiquissimi cujusd. instrumenti vendit.
XLVIII. Fragment. Gestor. de vendit. Basilii habit. (a. 504.)
XLIX. Instrum. vendit. Tulgilonis, Domnicae et Deutherii. (a. 539.)
L. Gesta de venditione Domnici conf. (a. 540.)
LI. Epistola traditionis Milanii et Gerontii. (a. 540.)
LII. Gesta de venditione Isacii habita. (a. 541.)
LII. a) Instrumentum venditionis Gundilebi. (a. 536—544.)
LIII. Instrumentum vendit. clericorum eccles. Gothor. (a. 551.)
LIV. Instrumentum venditionis Domnini. (a. 572.)
LV. Instrumentum venditionis Deusdedit. (Saec. VI.)
LVI. Instrumentum venditionis Rusticianae. (a. 591.)
LVII. Instrumentum vendit. anonymi. (a. 616—619.)
LVIII. Fragmentum instrum. vendit. Mauri et Petroniae. (ej. aetat.)
LIX. Fragmentum instrum. vendit. anonymi. (Saec. VI. vel VII.)
LX. Fragmentum instrum. vendit. anonymi, fil. Theodoracii. (ej. aet.)

CLASSIS V.

Instrumenta emphyteuseos.

LXI. Libellus emphyteuseos. (a. 648—666.)
LXII. Instrumentum ejusdem argumenti. (ej. aet.)

CLASSIS VI.

Instrumenta rem judiciariam concernentia.

LXIII. Capita e Gestis de lite fullonum adv. magistr. fontan. habit. (a. u. 995.)
LXIV. Index chartarum depositarum. (a. p. C. n. 510?)
LXV. Index ejusdem argumenti. (ej. aetat.)
LXVI. Fragmentum Gestorum de testibus interrogatis conf. (a. 557.)

CLASSIS VII.

Instrumenta varii argumenti.

LXVII. Obligatio praediorum, tabula Trajani alimentaria dicta. (a. u. c. 855—866.)

LXVII. a) Obligationum similium fragmenta.

LXVIII. Rescriptum Claud. Quartini ad II viros Pompejonenses. (ej. act.)

LXIX. Tabulae missionum XIV. (ab a. u. c. 805 ad ann. 1001.)

LXX. Literae Velii Fidi ad Jubent. Celsum.

LXXI. Diploma. (a. p. C. n. 314.)

LXXII. Rescriptum Basssei Rufi etc. ad mag. Saepinat. etc.

LXXIII. Gestorum de commonitorio Lauricii habit. Fragm. (a. 444.)

LXXIV. Fragm. chartae argumenti incerti.

LXXV. Chartula damnatae litis. (Saec. VI.)

LXXVI. Fragmentum Gestorum de manumissione servorum conf. (ej. act.)

LXXVII. Fragmentum rescripti cujusdam.

LXXVIII. Proclama locandarum aedium.

LXXIX. Rescriptum Secundini proconsulis.

CLASSIS VIII.

Sententiae, decreta, interlocutiones.

LXXX. Sententia de finibus inter Genuates et Viturios regundis dicta. (a. u. c. 637.)

LXXXI. Sententia de controversiis inter compaganos Rivilarenses et Valeriam Faventinam. (a. u. 946.)

LXXXII. Sententia lata inter heredes Patulcii et Aelium Rufinum.

I.

Testamenta.

I.

Fragmentum testamenti Q. Laelii.

Marmori incisum extabat Romae in aedibus Pomponii Laeti. Editum: 1) in *Apiani*: Inscriptiones sacrosanctae vetustatis (1534.) fol. XI. tum post *Smetii* aliorumque curas: 2) a *Grutero* p. DCCCLXXIX. nro. 4. 3) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adpend. p. 82.

. . . . . .

Vale conjux, valete nati, valeat Tibur patria. Vltima Q. Laelii morientis decreta [1]) haec sunt, ut Tiburtinae domus, suburbani fundi, et praedii Nomentani [2]) moenia tangent [3]). Tita Marcellina conjux et Quint*us* fili*us* dulcissi*mus* coheredes sint [4]) . . . . . .

II.

Caput ex testamento Cetraniae Severinae.

Inventum in agro Sassinate cippo lapideo incisum. Post *Smetium* editum: 1) a *Grutero* p. CCCXXII. nro. 3.

---

[1]) *Decreta* deest ap. *Apianum*.
[2]) *Momentani*. Apian.
[3]) *tangerent*. Apian.
[4]) *conjunx fida, Publius et Quint. filii dulciss. coheredes sint*. Ap.

2) a *Sponio* Miscellan. p. 264. 3) a *Brissonio* de formul. Libr. VII. cap. 157. 4) a *Terrassono* l. c. Adp. p. 83.

D. M.
CETRANIAE
P. F. SEVERINAE
SACERDOTI
DIVAE MARCIAN.
T. BAEBIVS GEMELLI
NVS AVGVST. [1])
CONJVGI SANCTISS.

CAPVT EX TESTAMENTO CETRANIAE SEVERINAE

Collegiis Dendrophororum, Fabrum Centonariorum [2]) municipii Sassitani H-S sena milia *numero* dari volo, fideique vestrae collegiali committo, uti ex reditu H-S. quatern. mil. *numero*, omnibus annis prid. Idus Jun. die natalis mei, oleum singulis vobis dividatur, et ex reditu H-S binum milium *numero* manes meos colatis. Hoc, ut ita faciatis, fidei vestrae committo.

---

[1]) De Augustalium munere, videas *Tacit.* Annal. I. 54. Histor. II. 95. ibiq. *Lipsium*; cf. et *Brisson.* de Verbor. signif. h. v.

[2]) Collegium Dendrophororum et Fabrum centonariorum, pluribus in municipiis extans, conjunctum fuit sub Constantino imperatore. Vid. Cod. Theod. L. XIV. tit. 8. *de centonar. et dendrophor.* et *Gothofred.* ad hunc tit. Aliud collegium Dendrophororum, de quibus mentio in c. 20. C. Theod. XVI. 10. *de paganis*, huc non videtur pertinere. Cf. *Brisson.* de Verb. sign. s. v. *Dendrophori*, et *Cangium* s. eadem voce.

III.

Fragmentum testamenti Nemausensis.

Nemausi fuit, in lapide. Post *Geo. Fabricii* curas editum: 1) a *Grutero* p. CCCCXCVI. nro. 7. 2) a *Terrassono* l. c. Adp. p. 85.

. . . . . .

Si quis ex iis, qui suprascripti sunt, cum moriar, non vivet, sive post mortem meam morietur, tum, qui reliqui erunt, in eorum locum, qui mortui erunt, alios per suffragia substituant, quos dignissimos putaverint, dum non minus in perpetuum triginta sint, liceatque iis, qui praesentes esse iis diebus non poterunt, in locum suum convivam [1]) ex amicis suis mittere, ejusque maesolei claves duae penes aliquem libertorum meorum et curatorem cujusque anni sunt.

Substituti

T. Roncius Maternus.
C. Licinius Sotericus.
A. Fulvius Tarentinus.
L. Julius Cosmus.
Ti. Claudius Etoemus.
P. Acilius Philodespotus.
C. Caninius Eutychus.
Q. Juvent. Venustus.
L. Valer. Cupitus.

[1]) Sermo est de conviviis in honorem manium defuncti habendis.

IV.

Caput ex testamento Mucii Meconii Cornelii Leonis.

Repertum anno 1498, in lapide, apud Strongili in Calabria citra effosso, asservatur Romae. Editum: 1) a *Geo. Fabricio* Libr. I. monimentorum antiquitatis insign. Basil. 1549. 8. p. 12—14. 2) a *Brissonio* de formul. L. VII. c. 157. 3) a *Grutero* p. CCXV. nro. 17. 4) a *Fabretto* Inscriptt. antiq. p. 404. seq. 5) a *Terrassono* l. c. Adp. p. 84 sq.

MV. MECONII MV. F.
COR. LEONI
AED. IIII VIR. LEG. COR.
QVAEST. PEC. P. O.
PATRONO MVNICIPI
AVGVSTALES PATRONO
OB MERITA EJVS
L. D. D. D.

KAPVT EX TESTAMENTO M. MECONII M. F. COR. LEON.

Hoc amplius R. P. Petilinorum dari volo H-S. X. N. [1]) Item vineam Chalcidianam, cum partem fundi Pompejani, ea, uti optima maximaque sunt [2]), finibus suis, qua mea fuerunt. Volo autem ex usuris semissibus H-S. X. N. comparari Augustalium loci N. [3]) ad in-

---

[1]) i. e. *numero.*

[2]) De hac formula conferas fr. 48. 75. D. XXI. 2. *de evictionib.* fr. 59. D. XVIII. 1. *de contrah. E. V.* fr. 169. D. L. 16. *de Verbor. sign. Brisson.* de formul. Lib. VI. cap. 35. Utebantur hac formula Romani, ad enunciandum, libera esse praedia legata, donata, vendita a servitutibus cujuscunque generis.

[3]) *nostri.*

strumentum tricliniorum duum, quod eis me vibo [1]) tradidi, candelabra et lucernas bilychneis, arbitrio Augustalium, quo facilius strati jus publ. [2]) obire possint, quod ipsum ad utilitatem Reip. N. [3]) pertinere existimavi, facilius subituris onus Augustalitatis, dum hoc commodum ante oculos habent. Caeterum autem temporum usuras semisses H-S. $\overline{X}$. N. [4]) ad instrumentum Augustalium, arbitrio ipsorum esse volo, quo facilius munus meum perpetuum conservare possint, neque in alios usus, usuras, quas ita a Rep. acceperint, transferri volo, quam si necesse fuerit in pastinationem, vineamque [5]) cum parte fundi Pompejani, sicut supra dixi. Hoc amplius Augustalibus loci iccirco dari volo, quae est Aminea [6]), ut si cogitationi meae, qua prospexissent utilitatibus nostris, credo consenseritis, vinum usibus vestris dumtaxat, dum [7]) publice epulas exercebitis, habere possitis; hoc autem nomine relevati impendiis facilius prospecturi [8]) hi, qui ad munus Augustalitatis compellentur: Locatio vineae partis fundi Pompejani, eam colere poterint. Haec ita, ut cavi, fieri praestarique volo. Hoc amplius ab heredibus meis volo praestari Reip. Petilinorum, et a Rep. Petilinorum corpori Augustalium, ex praediis ceteris palum ridicam [9]) om-

[1]) *vivo.*

[2]) *stratinibus publicis* legit *Fabrettus.*

[3]) *nostrae.*

[4]) *numero.*

[5]) Al. *vineam quoque;* Gruterus *vineamque quaeque.*

[6]) *Hoc amplius August. loci non volo dari, quam vineam vobis Augustalibus* etc. legit *Fabrettus; Terrassonus* habet: *Hoc amplius Augustalibus loci dari non volo, quam vineam. Vineam autem vobis Augustales, idcirco dari volo, quae est Aminea.*

[7]) *Fabr.* leg. *dum.*

[8]) Al. *prosilituri.*

[9]) *palus ridica,* pedamentum vinearum fissile. cf. fr. 11. §. 5. D. XLIII. 24. *quod vi aut clam.*

nibus annis sufficiens [1]) pedaturae vineae, quam Augustalibus legavi. A vobis autem, Augustales, peto, hanc voluntatem meam ratam habeatis, et ut perpetuam, firmam observetis, curae vestrae mandetis. Quo facilius autem nota sit corpori vestro, haec erga vos voluntas tuli L. kaput, quod ad vestrum honorem pertinet.

V.

Fragmentum e testamento Valerii.

Invenitur in antiquis Hispaniae lapidibus, teste *Brissonio* de formul. L. VII. c. 157, qui primus id in lucem protraxit. Exhibetur etiam a *Terrassono* l. c. Adp. p. 83. et a *Grutero* Spur. p. XVI. 7.

. . . . . .

Morte me Valerium M. F. adsequente, in ult*ima* ter*ra*, nullo credidi loca ossa nostra posse melius adquiescere, quam prope temp*lum* Aesculapii. Ita ex testam*ento* ad X pedes a templo volo condier. Vos nati jucundis*simi* ab urbe Roma huc concedite ad sepulc*rum* nostrum. Demetur dolor pietate vestra, si manes sent*ient* vos memores nostri . . . . . .

VI.

Fragmentum e testamento Q. Valerii Castrici.

Ibidem inventum in lapide, et ab iisdem l. l. editum, tum a *Grutero* Spur. p. II. 9. Suspectum quodammodo mihi est.

---

[1]) pro: *sufficientem.*

Ego Q. Valerius Castricus Q. F. hodie III. Idus Aug. deced. consti. [1]) Q. Valer. F. meum ex asse her. dummodo pro. P. Valeria F. mihi kariss. eximatur, si legitim. e p. Fabiano conjuge sobol. [2]) habebi, et... [3]) pro prima turre temp. Aescul. dei, quod in urbe Barcin. est restaur.

Actum P. Romulio cit. Hispan. Procos. Domitiano Vesp. F. orbi imperante.

VII.

Fragmentum e testamento L. Caecilii Optati.

Ibidem inventum, et ab iisdem auctoribus I. I. editum. Tum a *Grutero* p. CCCLXXVIII. 1. Lectio quibusdam in locis corruptissima est; totumque testamentum mihi quodammodo suspectum.

L. Caecilius L. F. P. P. Optatus et Leg. VII. G. Fel. et Leg. XV. Apollin. missus honesta missione ab Imp. M. Aurel. Antonino et Aur. Verò Aug. adlectus ab Tarr. [4]) inter immunes, consecut. [5]) honores aedilicios, II vir, III Flam. Romae divorum Augustorum, qui R. P. Barcinon. tal. [6]) do, lego, darique volo: XVII D. ex quorum usuris semissibus edi volo quotannis spectacul. pugilum die IIII Iduum Jun. usque at XCCL. Et eadem die ex-X-CC [7]) oleum in therm. [8])

---

[1]) *decedens constitui.*
[2]) *si legitimam e praedicto conjuge sobolem.*
[3]) Supple: *volo condiri* s. *sepeliri.*
[4]) *Tarraconensibus.*
[5]) *consecutus.*
[6]) In lapide est *italc.*
[7]) Latere hac nota videtur mensura olei distribuendi.
[8]) *In thermis.*

publ. populo praeberi. Hecq. praestari ea condicione volo, ut liberti mei, item libertorum meor. libertarumque liberti, quos honor Seviratus contigerit, ab omnibus muneribus Seviratus excusati sint. Quot si quis eorum at [1]) munera vocitus [2]) fuerit, tum ea X-VII. D. ad Rempub. Tarrac. transferri jubeo sub eadem forma spectaculorum; quod ss. edendorum Tarracone. [3]) . . .

VIII.

Fragmentum e testamento anonymi cujusdam.

Romae extat in lapide. Editum: 1) a *Brissonio* de formul. L. VII. c. 151. 2) a *Grutero* p. DCCXV. nro. 10. Lectio depravata quibusdam in locis.

. . . . . .

cujus pater natus, miser desiderio natae, diem et noctem cum lacrimis traxit [4]), vitam malam mortuum me quoque funerari jussi rebus, lugubris quibus vivos [5]) paravi, lecto, stragulis, forensis paenula [6]), nigris omnibus. Ossa mea in aram mixta cum filiae una requiescunt [7]). Hoc solatium mecum [8]) erit, circa aram libertis libertabusque, posterisque eorum, et qui-

---

[1]) pro: *ad.*

[2]) pro: *vocatus.*

[3]) *quod suprascripsi.*

[4]) F. *traxi.*

[5]) Forte: *quae vivus.*

[6]) Forte: *lecto stragulis pendulo.* Sed quid sibi vult corrupta, ut mihi quidem videtur, vox: *forensis?*

[7]) Lege: *requiescant.*

[8]) Lege: *meum.*

bus permiserint, hac lege, ut quotiens quis eorum suas coronas ponent, et aram nostram coronent [1]). Atimeto lib. cujus dolo filiam amisi, restem et clavom [2]), unde sibi collum alleget [3]) . . . . . .

. . . . . .

IX.

Fragmentum e testamento L. Cincii Martialis.

Romae extat; editum a *Sponio* Miscellan. erudit. antiquit. p. 59.

L. CINCIVS L. F. SVC. [4]) MARTIALIS VVIR POSSESSOR HVJVS MONVMENTI EX TESTAMENTO L. MAMILI FELICIS DECVRIAE X COLLEGIVM FABRVM TIGNVARIORVM PARIETEM DEXTRVM INTROITVS OLLAS XXXII DONAVIT EIS QVI INFRA SCRIPTI SVNT SINGVLIS SINGVLAS.

P. Sulpicio Felici Dec.
L. Cincio L. F. P. Martiali F.
M. Amatio Crescenti
T. Pomplino Draconi
Sex. Julio Aprili
T. Statilio Isochryso
T. Statilio Hieroni F.
C. Procilio Saturnino
C. Petronio Celado
C. Vibio Faustillo
L. Baebio Apollinari
T. Statilio Onesimo
Ti. Julio Taurisco
Ti. Julio Sperato F.
P. Baebio Epaphrodito
Ti. Julio Hymno
C Julio Celeri
C. Herennio Crescenti
P. Licinio Agathopo
C. Vibio Primigenio
M. Vergilio Eucarpo
M. Antonio Philosterg.

---

[1]) Deesse quaedam videntur, scilicet: *lego* tale vel tale quid.

[2]) Leg. *clavum* scil. lego.

[3]) Pro: *alliget*.

[4]) *E. Succussiana tribu*, ut infra: *Pal.* i. e. *e Palatina tribu*. Lucem afferunt *Asconii* ad *Ciceron.* Orat. pro Milone verba:

Reliquas ollas $\overline{x}$, qui in hac decuria allecti erint, singulis singulas do, lego.

Reliquum omne jus meum, quod est in hoc monumento, Amatiae Euniae, uxori meae et L. Cincio L. F. Pal. Martiali F. et M. Amatio Crescenti do, possidereque eos jubeo.

X.

Fragmentum testamenti cujusdam, ut videtur.

Editum est e lapide, a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. CCVI. qui fragmentum hoc e contractu locationis desumtum esse putat.

. . . . . .
*e*um agrum . . . . . possessionemve,
quoius . . . . *ass*ignatus est ei agrei, quei *supra-*
scriptus est . . . . . s ex h. l. ager, locus da-
tus, red*ditus* . . . . . *l*oco vinei, oleive fiet,
quae me . . . . . vir factus, creatusve erit a
. . . . . venire oportebit, omnem me . . . .
. . . q. eique operei diem deicito u . . . . . .
agri, loci, aedifici, quoi eique . . . . . .
videsque, nei magis solutei sun*t* . . . . . .
*here*dibusque eorum persequtio *erit* . . . . . .
dare damnas esto pl . . . . . .
. . . venierit, ne . . . . . .
. . . . . possessio . . . . . .
. . . . . cl . . . . . .
. . . . . .

Libertini in urbanis tribubus suffragium ferebant. Quae praecipua caussa fuit, ut nobiles se ex urbanis subduxerint, et in rusticas, quae horum hominum colluvie carebant, transierint.

XI.

Testamentum S. Gregorii Nazianzeni.

Testamentum hocce in Graeca lingua conscriptum [1]), e membrana, quae titulum proferebat:

Μεταγράφη ἐκ τοῦ ἀρχετύπου τοῦ συγκειμένου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ναζιανζοῦ,

primus publici juris fecit *Barnabas Brissonius* in Opere: de formulis et sollemnibus populi Romani verbis, L. VII. cap. 169.

Cum vero mutilum esset, *Baronius* Annalium ecclesiasticarum conditor, rem contulit cum *Jacobo Sirmondo*, Parisiensi professore, qui infatigabili studio penetralia quaeque bibliothecae Vaticanae perlustrans, invenit tandem in duobus antiquis codicibus (nro. 311. et nro. 392. Graec. libr. biblioth. Vatican.) ejusmodi testamentum, quod contulit, emendavit, atque Latinitati primus omnium tradidit.

Versionem Sirmondi latinam exhibuit *Baronius* ad annum 389. Annalium; et ex ea re vera patet, Codices Sirmondi multo fuisse pleniores, illo, quem *Brissonio* licuit usurpare.

Sed cum nihil nobis constet de repetita recensione textus Graeci, dedimus eum secundum Brissonium, illi adjungentes versionem Sirmondi latinam, e Baronio petitam.

Ipsum testamentum anno p. C. n. 389 adsignandum est.

---

[1]) Nisi potius e latino in graecum sermonem translatum sit, cum Gregorii aevo testamenta in nulla alia lingua, quam in latina, rite fierent.

Ἰπατίῳ Φλαυίῳ εὐχερίῳ καὶ Φλαυίῳ εὐαγρίῳ τῶν λαμπρατάτων, πρὸ μιᾶς καλανδῶν.

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ζῶν καὶ φρονῶν, καὶ ὑγιεῖ γνώσει, καὶ ἐῤῥωμένοις τοῖς λογισμοῖς διεθέμην τὴν διαθήκην μοῦ ταύτην, ἣν κελεύω καὶ βούλομαι βεβαίαν εἶναι, καὶ κυρίαν ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας.

ἤδη μὲν γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην κατέστησα φανεράν, καὶ πᾶσαν μοῦ τὴν οὐσίαν καθιέρωσα τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν, εἰς τὴν τῶν πτωχῶν διακονίαν τῶν ὑπὸ τῆς εἰρημένης ἐκκλησίας. Διόπερ καὶ τρεῖς προετησάμην πτωχοτρόφους ἕνεκα ταύτης μοῦ τῆς προαιρέσεως, Μάρκελλόν τε τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα, καὶ Γρηγόριον τὸν διάκονον τὸν ἐκ τῆς οἰκίας μοῦ γενόμενον, καὶ Εὐστάθιον τὸν μονάζοντα τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μοῦ γενόμενον, καὶ νῦν δὲ τὴν αὐτὴν συνείδη τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν φυλάττοντα ἔχομαι τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. Ἐαν οὖν συμβῇ με τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι, ἔστω μοῦ κληρονόμοι ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ διάκονος καὶ μονάζων ὁ γενόμενος ἐκ τῆς οἰκίας μοῦ, ὃν πάλαι ἠλευθέρωσα ἐξ ὁλοκλήρου πάσης μοῦ τῆς οὐσίας κινητῆς τε καὶ ἀκινήτου τῆς πανταχοῦ μοῦ ὑπαρχούσης. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσαν μου ἀποκληρονόμοι, οὕτω μέντοι ὥστε αὐτὴν πᾶσαν μοῦ τὴν οὐσίαν κινητήν τε καὶ ἀκίνητον ἀποκοταστῆσαι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν Ναζιανζῷ, μηδὲν τὸ παράπαν ἐπεζελόμενον πλὴν ὧν ἂν ἐν ταύτῃ διαθήκῃ μοῦ τισὶν ἰδικῶς καταλίπω λεγάτου ἢ φειδεκομμίσσου χάριν. ἀλλὰ πάντα, ὡς προεῖπον ἀκριβῶς ἀποσῶσαι τῇ ἐκκλησίᾳ ἔχοντα τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμοῦ καὶ εἰδότα ὅτι εἰς διακονίαν τῶν πτωχῶν τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας προέταξα πᾶσαν μοῦ τὴν οὐσίαν προχωρῆσαι. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ἀνεστησάμην κληρονόμον, ὥστε δι' αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ παντ' ἀπαραλείπως ἀποσωθῆναι. τοὺς οὖν οἰκέτας, οὓς ἠλευθέρωσα, εἴτε ἐξ ἐμῆς προαιρέσεως, εἴτε ἐντολῶν τῶν μακαριωτάτων γονέων μοῦ, τούτους πάντας βούλομαι καὶ νῦν ἐλευθέρους μένειν, καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς πάντα μένειν βεβαίως καὶ

Consulatu Flavii Eucherii et Flavii Evagrii, Clarissimorum virorum, pridie Kalendas Januarias.

Gregorius Episcopus Catholicae ecclesiae Constantinopolis, vivens, ac sanae mentis, sanoque consilio et integris sensibus condidi hoc testamentum meum, quod quidem jubeo et volo ratum esse, validumque in quolibet foro, et quo modo libet.

Jam enim mentem meam manifestam feci, et meam omnem substantiam Catholicae ecclesiae Nazianzenae consecravi ad pauperum, qui sunt sub eadem ecclesia, ministerium. Ob eamque causam tres praefeci juxta hanc meam voluntatem Ptochotrophos (pauperum curatores), Marcellum diaconum ac monachum, Gregorium item diaconum, qui fuit de familia mea, et Eustathium monachum, qui et ipse est de familia mea; nunc vero eundem animum retinens erga sanctam ecclesiam Nazianzenam, eodem persto in proposito. Cum igitur contigerit me ex vita decedere, Gregorius diaconus et monachus, qui fuit ex mea familia, quemque pridem manumisi, ex universa substantia mea mobili et inmobili, ubicumque ea mihi sita est, heres meus esto. Ceteri omnes exheredes mihi sunto: ita quidem ut meam omnem substantiam mobilem et inmobilem sanctae Catholicae Nazianzenae ecclesiae, ipse restituat, nihil penitus subducens, praeterquam, quae hoc testamento quibusdam peculiariter reliquero, legati aut fideicommissi causa. Sed omnia, ut praedixi diligenter servet ecclesiae, Dei timorem prae oculis habens, sciensque, jam a me decretum, ut omnia mea illius ecclesiae pauperum ministerio cedant; in eamque rem se institutum heredem, ut per ipsum ecclesiae omnia sine fraude conserventur. Servos quoscunque vel mea voluntate, vel beatissimorum parentum meorum manumisi, hos omnes nunc etiam liberos manere volo, et peculia sua sibi habere absque ullo impedimento.

ἀνενοχλήτως. ἔτι βούλομαι κατασχεῖν τὸν κληρονόμον μοῦ Γρηγόριον τὸν διάκονον ἅμα τῷ μονάζοντι Εὐσταθίῳ τοὺς γενομένους ἐκ τῆς οἰκείας μοῦ κτῆμα ἐν Νάζιαν τὸ ἐκ τοῦ Ρηγίνα κατελθὸν εἰς ἡμᾶς. τὰ δὲ φοραδι καὶ τὰ πρόβατα, ὅσα ἤδη αὐτοῖς παρὼν ἐκέλευσε δοθῆναι, ὧν καὶ τὴν δεσποτείαν παρέδωκα ταῦτα μένειν αὐτοῖς ἀνενόχλητα βούλομαι δεσποτείᾳ δικαίῳ. ἔτι δὲ ἐξαιρέτως Γρηγόριον τὸν διάκονον καὶ κληρονόμον μοῦ γνησίως ὑπηρετήσαντά μοι κατασχεῖν ἰδίῳ δεσποτείας δικαίῳ χρυσίνας τὸν ἀριθμὸν ρ. τῇ αἰδεσιμωτάτῃ παρθένῳ Ῥωσσιανῇ τῇ συγγενίδι μοῦ ῥητὰ ἐκέλευσα καθ' ἕκαστον ἔτος δίδοσθαι περὶ τὸ ἐλευθερίως αὐτὴν διάγειν, ἅπερ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα κατὰ τὸν τύπον, ὃν προσέταξα ἀνυπερθέτως αὐτῇ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος. περὶ διοικήσεως αὐτῆς τότε μὲν ὑδὲν διεταξάμην μὴ εἰδὼς πῶ μᾶλλον ἀρεστὸν αὐτῇ διάγειν νῦν καὶ τοῦτο βούλομαι, ὥστε ἐν οἵῳ ἂν ἐπιλέξηται χωρίῳ κατασκευασθῆναι αὐτῇ οἰκίαν ἐλευθέρα πρέπουσαν εὐσχήμονι διαγωγῇ παρθένῳ ἥνπερ οἰκίαν ἕξει δηλαδὴ ἀνενοχλήτως εἰς χρῆσιν καὶ κάρπειαν μέχρι βίου ζωῆς. μετὰ δὲ ταῦτα ἀποκαταστάσει τῇ ἐκκλησίᾳ. προστεθῆναι καὶ αὐτῇ βούλομαι καὶ δύο κόρας, ἃς ἐν αὐτῇ ἐπιλέξηται. ὅτως μέν τοι ὥστε αὐτῇ παραμεῖναι τὰς κόρας μέχρι τοῦ τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ εἰ μὲν αὐταῖς εὐχαριστήσειεν ἐξεῖναι αὐτῇ ἐλευθερίᾳ αὐτὰς τιμῆσαι, εἰ δὲ μή, καὶ αὐτὰς διένογε τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ. Θεόφιλον τὸν παῖδα τὸν παραμένοντά μοι, ἤδη ἠλευθέρωσα. βούλομαι ὃν αὐτῷ καὶ νῦν δοθῆναι λεγάτῳ χάριν ῥ ῥ ε. Εὐπραξίον δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βούλομαι ἐλεύθερον εἶναι, καὶ δοθῆναι αὐτῷ λεγάτῳ λόγῳ χρυσᾶ ῥ ῥ ε, ****** τὴν γλυκυτάτην μοῦ θυγατέρα Ἀλυπιανήν, τῶν γὰρ ἄλλων εὐγενίας τε καὶ ῥόννης ὀλίγος λόγος ὧν καὶ ὁ βίος ἐπιλήψιμος, βούλομαι συγγνώμην ἔχειν μοι εἰδὲν αὐτῇ καταλίπω κύριος ἐγενόμην πᾶν προαπαγγειλάμενος τοῖς πτωχοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς μακαριωτάτοις γονεῦσιν ὑπεχομένοις ἀκολουθήσας ὧν ἀθετῆσαι τὴν γνώμην ὑθ' ὅσιον ἀτ' ἀσφαλὲς ἡγοῦμαι. ὅσα μέν τοι ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου μοῦ ἀδελφοῦ Καισαρίου πραγμάτων ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ

Volo praeterea heredem meum Gregorium diaconum, una cum Eustathio monacho ambos olim e familia mea, possidere praedium Nazian, quod ex Regini bonis ad nos pervenit. Gregales vero equas et oves, quotquot jam ipsis praesens dari jussi, quorumque proprietatem ipsis tradidi, has ipsas quietas manere volo jure dominii. Per praeceptionem item, Gregorium diaconum et heredem meum, qui mihi fideliter ministravit, peculiariter jure dominii habere volo aureos, numero L. Rusianae virgini venerandae, propinquae meae, certa condicta in annos singulos dari jussi, unde vitam libere traducat; quae quidem omnia eidem, quemadmodum praescripsi, volo et jubeo, sine mora praestari. De habitatione autem tum quidem propterea nihil statui, quod nescirem, ubinam ipsa degere mallet; nunc vero et hoc volo, quocumque ipsa loco degerit, paravi ei domum ingenuae congruentem ad honestam virginis habitationem; quam utique domum sine interpellatione habebit ipsa in usumfructum, quoad vixerit, postea restituat Ecclesiae. Addi praeterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit; hoc nimirum pacto, ut cum ea morentur puellae usque dum vivet; et si quidem illi ita visum fuerit, liceat ipsi libertatem eis donare; sin minus, et illae quoque ad Ecclesiam pertineant. Theophilum puerum, qui mecum perseveravit, jam manumisi. Volo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos V. Eupraxium vero ejus fratrem liberum esse volo, eique legati nomine dari aureos nummos V. [Volo praeterea Theodosium Notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque.] Alypianam filiam meam dulcissimam, ceterarum enim Eugeniae et Nonnae exigua ratio ducenda est, ut quarum vita reprehensione non vacat, veniam mihi dare volo quod nihil possim ipsi relinquere, quippe qui omnia jam pauperibus destinavi; aut potius beatissimis

ἢ λινῆ, ἢ ἐρέα, ἢ βυρριχαλίοις *) περιλέλειπται, ταῦτα διαφέρειν τοῖς τέκνοις αὐτῆς βύλομαι καὶ ἐν μηδενὶ μήτ' ἐκείνην μήτε τὰς ἀδελφὰς αὐτῆς ἐνοχλεῖν, μήτε τὸν κλερονόμον μοῦ, μήτε τὴν ἐκκλησίαν. Μελέτιος ὁ γάμβρος μοῦ τὸ κτῆμα τὸ ἐν Ἀπηνζήσῳ, τὸ ἐκ τοῦ Ἐυφημίου, ἴστω κακ' κατεχ. καὶ ὑπὲρ τύτυ καὶ προτεγον ἐπέστειλα πολλάκις τῷ Ἐυφημίῳ ἀνανδρι αὐτοῦ καταγίνωσκ' εἰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἂν ἀῤῥύσαιτο.

Καὶ νῦν μαρτύρομαι πάντας καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, ὅτι ἀδικεῖται ὁ Ἐυφήμιος. χρὴ γὰρ τῷ Ἐυφημίῳ ἀποκαταστῆναι τὸ κτῆμα. τὴν ὠνὴν τοῦ χωρίου Ἰκανόταλ' τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀμφιλοχίῳ ἀποκαταστῆναι, βύλομαι, καὶ γὰρ ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν, καὶ πάντες ἴσασιν, οτι καὶ τὸ συνάλλαγμα ἐλυ' καὶ τὴν τιμὴν ἀπελυ'. καὶ τὴν νόμην καὶ τὴν δεσπότειαν τοῦ κτήματος πάλει παρέδωκα. Ἐυαγρίῳ τῷ διακόνῳ πολλά μοι συγκαμόντι καὶ συνεκφροντίσαντι διὰ πλεονων τε τὴν ἔυνοιαν πιστεύσαντι. χάριν ὁμολογω καὶ ἐπὶ θεοῦ, ἐπὶ τῶν ἀνῶν. (ἀνθρόπων)

Καὶ τοῖς μείζοσι· μετ' αὐτὸν ὁ θεὸς ἀμέψατο, ἵνα δὲ μηδὲ τὰ μικρὰ τῆς φιλίας σύμβολα παρ' ἡμῶν ἐλλείπῃ, βύλομαι αὐτῷ δοθῆναι κάμασον ἕνα, στιχάριον ἕν. πάλλια. β. χρυσᾶ ῥ ῥ λ. ὁμοίως καὶ τῷ γλυκυτάτῳ συνδιακόνῳ ἡμῶν ἀδελφῷ δοθῆναι βύλομαι κάμασον ἕνα, στιχάρια. β. τ. ἐν τῇ πατρίδι ῥ ῥ κ. ἐκ τε ἐν τῇ πατρίδι λόγυ. Ἐλαφίῳ τῷ ρ ο. ἐυτρόπῳ ὄντι καὶ καλ' ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃν ὑπερετήσατο, βύλομαι δοθῆναι κάμασον ἕνα στιχάρια. β. πάλλια. γ. σιγιλλίωνα **) ἐν τῇ πατρίδι ῥ ῥ κ. Ταύτην μοῦ τὴν διαθήκην κυρίαν καὶ βέβαιαν εἶναι βύλομαι ἐπὶ παντὸς δικαστηρίυ καὶ πάσης ἐξυσίας. εἰ δὲ καὶ ὡς διαθήκη μὴ

*) βυρριχάλιον, *instrata equorum* hoc loco *vestis stragula.*

**) σιγιλλίωνα, vestes ex simplici panno, seu non duplicate.

parentibus, qui ita polliciti erant, obsecutus sum; quorum mentem violare nec sanctum, nec tutum arbitror. Quaecumque igitur ex beati fratris mei Caesarii rebus in veste serica aut linea, aut lanea, vel burichaliis supersunt, haec ad ipsius liberos pertinere volo, et nulla in re ipsam vel sorores ipsius molestas esse vel heredi meo vel Ecclesiae. Meletius gener meus praedium Apenzisenum, quod Euphemii erat, ignaviam ejus reprehendens, nisi sua recuperaret.

Et nunc testor omnes magistratus, et qui sub magistratu sunt, injuriam fieri Euphemio. Oportet enim praedium Euphemio restitui. Emptionem fundi Icanotalorum reverendissimo filio Episcopo Amphilochio redintegrari volo; constat enim ex chartis nostris, idque norunt omnes, quod et solutus fuerit contractus, et pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis jam pridem tradiderim. Evagrio diacono, qui multorum mecum laborum et curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam habeo coram Deo et coram hominibus.

Ac majora quidem ipsi Deus retribuet: ne vero parva etiam amoris symbola praetermittamus, volo ei dari camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos XXX. Similiter dulcissimo condiacono nostro Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex iis, quae sunt in patria, aureos XX ex patriae item rationibus. Elaphio notario, qui et bene moratus est, et quo tempore fuit in obsequio, belle nos refocillavit, dari volo camasum I, pallia III, sigillionem in patria, aureos XX. Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni judicio et quomodocunque; quod si

ἰσχήσειεν, ὡς βέλησιν αὐτὴν εἰ ἓν κωδίκελλον αὐτὴν ἰσχύειν βέλομαι. ὁ δὲ ἐπὶ χειρῶν αὐτὴν ἀνατρέπειν δώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως καὶ ἕξει τὸν λόγον. πρὸς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλ. ἀναγνοὺς τὴν διαθήκην καὶ ἀρεσθεὶς πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐπέγραψα χειρὶ ἐμῇ, καὶ ἰσχύειν αὐτὴν κελεύω καὶ βέλομαι.

Αμφιλόχιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τοῖς ἐν Ικονίῳ παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ ἐπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Οπτίμος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν καθολικῆς ἐκκλησίας παρὼν διατιθεμένῳ τῷ αἰδεσιμοτάτῳ ἐπίσκοπῳ Γρηγορίῳ κατὰ τὰ προγεγραμμένα καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεοδόσιος, ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐν Ὕδῃ, παρὼν, τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπίσκοπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεόδυλος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀπάμειαν, παρὼν, καὶ τὰ ἔγραψα.

Ἰλασίος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἰσαύρα, παρὼν, καὶ τὰ ἔγραψα.

Θεμίστιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Αδριανουπόλιν ἁγίας ἐκκλησίας, παρὼν καὶ τὰ ἑξε. (ἔγραψα).

Κληδόνιος πρεσβύτης ἐν Ἰκονίῳ ἐκκλησίᾳ παρὼν καὶ τὰ ἑξε. (ἔγραψα).

* * * *

tanquam testamentum vim non habuerit, tanquam voluntatem ipsam ultimam seu codicillum valere volo. Qui vero ipsum evertere tentaverit, rationem reddet in die judicii. In nomine patris, filii et spiritus sancti!

Gregorius Episcopus catholicae Constantinopolis ecclesiae relegi testamentum et omnia probans subscripsi manu mea, et vim obtinere volo ac jubeo.

Amphilochius Episcopus Catholicae Iconii ecclesiae interfui testamento reverendissimi Episcopi Gregorii, et ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Optimus Episcopus Catholicae ecclesiae Antiochenae interfui, cum reverendissimus Episcopus Gregorius testamentum suum, ut suprascriptum est, disponeret, et eo rogante subscripsi manu mea.

Theodosius Episcopus Catholicae ecclesiae Hydae praesens fui testamento reverendissimi Episcopi Gregorii, et ab eo rogatus, subscripsi manu mea.

Theodulus Episcopus sanctae Catholicae Apameae ecclesiae, huic testamento interfui, et subscripsi.

Hilarius Episcopus Catholicae Ecclesiae Isauriae praesens fui, et subscripsi.

Themistius Episcopus sanctae Catholicae Hadrianopolis ecclesiae, praesens fui et subscripsi.

Cledonius Presbyter Ecclesiae Iconii praesens fui et subscripsi.

[Joannes sanctissimae Nazianzi Ecclesiae lector et Notarius exemplum divini testamenti, quod in sanctissima ecclesia mea reconditum est, sancti et illustris ac Theologi Gregorii exscripsi et edidi.]

XII.

Testamentum Perpetui, Episcopi Turonensis.

I. E diplomatario ecclesiae Turonensis pluries editum est, ut e. g. 1) a *D. Achery* in: Spicilegio sive collectione veterum aliquot scriptorum. Tom. III. p. 303. editionis Parisinae 1723. f. 2) a *L. F. O. Feudrix de Brequigny* et *F. J. G. la Porte du Theil* in: Diplomata, chartae, epistolae, et alia documenta ad res Francicas spectantia. T. I. P. I. nro. I. p. 1. (Paris. 1791. fol.) Novissime: 3) in *Schoenemanni* "Codex de pract. Diplomatik." T. I. e quo textum dedimus.

II. Instrumentum ipsum anno 475. p. C. n. secundum jus Antejustinianeum conditum est; sed solummodo e diplomatario in lucem prodiit, quo factum, ut de forma testamenti, et subscriptionibus testium, quae scilicet diplomatario haud inserta fuerunt, nihil constet. Diplomatarium ipsum enim copiam solummodo dedit testamenti a testatore desumtam [1]), et Delmato traditam, ut scilicet authenticum original Dadolenae missum, post mortem suam, coram Comite Agilone, qui curiae praeerat [2]), ad Gesta aperiri curaret.

---

[1]) Quod moris fuisse, e fr. 47. D. XXXI. *de legatis in II.* fr. 24. D. XXVIII. 1. *qui testam. fac. poss.* elucet. Conf. et fr. ult. D. XXIX. 3. *testam. quemadmod. aperiantur.* "*Si quis fecerit testamentum, et exemplum ejus, exemplo quidem aperto, nondum apertum est testamentum. Quodsi authenticum patefactum est, totum apertum.*"

[2]) In regno Francico substitisse ordinem municipalem, ita tamen, ut comites praeficerentur Duumviris et Defensoribus, *Sabiniacus* docuit, in: "Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter." T. I. p. 249. sq. et specialiter de curia Turonensi. ibid. p. 268 sq.

In nomine Christi Amen [1]). Ego Perpetuus peccator, Turonicae ecclesiae sacerdos, abire nolui sine testamento, ne fraudentur pauperes iis, quae superna gratia mihi non merito liberaliter et amanter contulit; et ne, quod absit, transeant ad alios, quam ad ecclesiam, sacerdotis bona. Presbyteris, Diaconibus, et Clericis ecclesiae meae pacem Domini Jesu Christi do, lego. Amen!

Confirma hoc, Domine, quod operatus es, in nobis, nesciant schismata, stabiles in fide permaneant. Quicumque regulam evangelii fuerit secutus, sit benedictus omni benedictione spirituali in supernis, per Christum Jesum, Amen! Et dominus Deus occidat impium vento oris sui. Amen! Amen! Pax ecclesiae, pax populo, in urbe, in agro, a Deo et Patre Jesu Christi Amen! Veni Domine et noli sustinere! Amen!

Vobis itaque Presbyteris, Diaconibus et Clericis ecclesiae meae, cum consilio Agilonis comitis, sepeliendum cadaver mortis hujus, ubicunque elegeritis, permitto; scio, quod redemtor meus non moritur, et in carne videbo liberatorem meum. Amen! Tamen, si indigno mihi feceritis misericordiam, quam supplex postulo, optarem ad Domini Martini pedes in diem quiescere judicii; videritis, judicabitis, eligetis; volo, statuo, ratum jubeo, quod vobis Dominis et fratribus meis placuerit.

---

[1]) Formula usitata et in c. 1. C. I. 27. *de offic. praef. Afric.* c. 1. C. I. 17. *de vet. jur. enucleando*, et in *prooem. Institut.* Conf. *de Ludewig* Vita Justin. Cap. VII p. 111. *C. G. Schwarz* ad Prooem. Inst. in Opusc. acad. ed *Harles.* p. 146.

Ansam ejus praebuerunt forsan verba *Pauli* Apostoli in Ep. ad Coloss. Cap. III. v. 17. Καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν ποιῆτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ, πάντα ἐν ὀνόματι κυρίου Ἰησοῦ, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δι' αὐτοῦ.

Inprimis itaque ego Perpetuus volo, liberos esse, liberasque homines et feminas, quotquot habeo in villa Saponaria, quos emi de mea pecunia, ut et pueros, quos in die discessus mei non manumisero in ecclesia, ita tamen, ut libere serviant, quamdiu vixerint, ecclesiae meae, sed absque servitute ad haeredes transmissibili et glebatica.

Do etiam ecclesiae meae agrum, quem Aligarius mihi vendidit in dicta villa Saponaria, cum stagno. Item molendina supra Curum prope dictam villam, nec non pecuaria et prata ipsi ecclesiae meae do, lego.

Villam de Bertiniaco cum sylva et omni reditu, ea conditione, qua mihi a Daniele Diacono vendita est, ecclesiae meae pariter do, lego; ita tamen, ut de eorum proventibus oleum paretur, pro Domini Martini sepulcro indeficienter illustrando. Quodsi fuerit neglectum, et voluntas mea, quod non spero, cassa, dicta villa de Bertiniaco cum adjunctis, haeredibus meis, mox nominandis cedat, volo, statuo, jubeo.

Quicquid et quoquo in loco, et a quacunque persona fecerit mihi debitum, quo die abscessero, debitoribus ipsis do, lego. Exigere, quod dimitto, nullus praesumat, volo, statuo.

Tibi fratri, et consacerdoti dilectissimo Eufronio, thecam ex argento de reliquiis sanctorum, do, lego; illam intelligo, quam deferre solebam: nam deauratam aliam, quae est in capsario meo, cum duobus calicibus aureis, et cruce similiter aurea, quam Mabuinus fecit, ecclesiae meae, do, lego; simul et omnes libros meos, praeter Evangeliorum librum, quem scripsit Hilarius quondam Pictaviensis sacerdos, quem tibi Eufronio fratri et consacerdoti dilectissimo cum praefata theca do, lego, volo, statuo. Memor esto mei, Amen!

Ecclesiae S. Dyonisii de Rambasciaco calicem ar-

genteum et crucem similiter argenteam, in cujus manubrio est reliquia de eodem S. Dyonisio, do, lego.

Ecclesiae de Proillio similiter calicem argenteum et urceos argenteos do, lego.

Similiter et Amalario ibidem Presbytero capsulam unam communem de serico; item peristerium et columbam [1]) argenteam ad repositorium, nisi maluerit ecclesia mea, illam, qua utitur, Amalario transmittere, meam retinere. Tibi ecclesiae meae eligendum permitto, volo, statuo.

Sorori meae Fidiae Juliae Perpetuae crucem parvam auream ex emblasmate [2]), in qua sunt de reliquiis Domini; do, lego. Quam tamen obnixe rogatam velim, ut si forte, jubente Domino, eam contingat migrare ante Dadolenam virginem, ecclesiae meae, ei possidendam relinquat. Te autem rogo, soror Dadolena, ut moriens, eam ecclesiae, quae libuerit, addicas, ne veniat ad indignos. Quodsi transeat Dadolena ante te, sit tibi liberum, carissima soror Fidia Julia Perpetua, praedictam crucem, cui volueris, ecclesiae relinquere, volo, statuo. Memor esto mei, dilectissima. Amen!

Tibi Agiloni Comiti, ob egregia tua in ecclesiam meam et pauperes filios merita, ut pergas, eorum defensionem robuste suscipere, sicut coepisti, equum meum parabilem [3]), et mulum, quem elegeris, do, lego. Memor esto mei, fili dilectissime, Amen!

Ecclesiae S. Petri peristromata, quae ei ad uten-

---

[1]) Ciborium in cujus cavo appensa erat columba, ex qua pendebat pyxis, sacram eucharistiam continens. *Adelung*. Gloss. v. *peristerium*.

[2]) a *plasma*, opus ab artifice concinnatum. Vox nuspiam occurrit, nisi in hoc instrumento.

[3]) Equus forte, qui Gallis dicitur *cheval de parade*, ad pompam, ad apparatum. *Adelung*. Gloss. h. v.

dum in natali [1]) ejusdem saepe concessi, omnino et absolute do, lego.

Tibi fratri et consacerdoti carissimo, de quo Dominus providebit regendae post discessum meum ecclesiae, nunc meae, tunc tuae, aut potius nec meae, nec tuae, sed Christi, do, quicquid ad usum episcopalem de rebus meis volueris eligere in camera et sacrario vicino. Quod nolueris, haeredum meorum nominandorum esto.

Presbyterum de Malleio, eumque de Orbona, ad grados, unde merito dejecti sunt, nunquam restitue.

Sportulam [2]) tamen habeant, quamdiu vixerint, super parte redituum meorum de Preslaio; quod supererit, cum parte illa, quam utendam fruendam illis concessi, postquam obiverint, et tibi utendum fruendum relinquo. Post discessum tuum ecclesiae meae do, lego.

At tu, frater et consacerdos carissime, Presbyteros, Diaconos, Clericos, Virgines, meos, tuos, ama, exemplo juva, benevolentia praeveni. Fac, ut sciant, se tibi filios, non servos, te illis patrem, non dominatorem, rogo, volo, statuo.

At vos, viscera mea, fratres dilectissimi, corona mea, gaudium meum, Domini mei, filii mei, pauperes Christi, egeni, mendici, aegri, viduae, orphani; vos, inquam, haeredes meos scribo, dico, statuo. His, quae supra, detractis, quicquid in bonis habeo, sive in agris, pascuis, pratis, nemoribus, vineis, mansis, hortis, aquis, molendinis, sive in auro, argento et vestibus, caeterisque rebus, de quibus me disposuisse non constabit, haeredes esse vos jubeo.

Et ut omnia per discretionem administrentur, volo,

---

[1]) Natalis ecclesiae dies vocatur, in quo fundata erat. *Peristromata*, indumenta altarium.

[2]) *Sportulae* h. l. nihil aliud sunt, quam *alimenta*.

ut distrahantur, quam primus obiero et fieri potuit, et in pecuniam redigantur, cujus tres partes fiant. Hominibus egenis duae distribuantur, ut placuerit Agrario Presbytero et Comiti Agiloni, tertia viduis et pauperibus feminis, uti placuerit virgini Dadolenae, distribuatur, volo, rogo, statuo.

Testamentum hoc manu propria scriptum relegi et subscripsi ego Perpetuus, Calend. Majas post Consulatum Leonis minoris A.

Illud tu, Delmati frater, apud te depositum serva, et cum alio simili mea pariter manu scriptum [1]), quod apud Dadolenam deposui, Agiloni Comiti, coram fratribus meis Presbyteris, Diaconis et Clericis aperiendum et legendum trades, in nomine Domini volo, rogo, statuo, fixum ratumque sit. Benedic Domine! Veni Christe Jesu! Ego Perpetuus in nomine tuo, Amen!

XIII.

Testamentum S. Caesarii Episcopi Arelatensis.

I. E diplomatario editum est: 1) a *Baronio* in Annal. eccles. Tom. VI. p. 593. 2) a *Cointio* in Annalib. T. I. p. 616. 3) in *Bollandi* Actis sanctorum. T. I. mense Januario. p. 730. 4) in *Bibliotheca Patrum*. Ed. Lugdunens. T. VIII. p. 866. 5) in *Holstenii* Codice regular. P. III. p. 32. 6) in *Saxii* Pontificio Arelatensi. p. 193. 7) in *Steph. Piquonoti* Vita S. Radegundis (Pictav. 1621.) in fine; cum notis *Frid. Maynardi*. 8) in *Brequigny* et *La Porte du Theil* Diplomata etc. T. I. nro. 23. Conf. *Hamberger* "zuverlässige Nachrichten." T. III. p. 360. —

[1]) fr. 24. D. XXVIII. 1. *qui testam. faç. possunt.* "*Unum testamentum pluribus exemplis consignare quis potest.*"

Omnes editiones mirum in modum inter se differunt. Dedimus textum secundum recensionem Brequignyi.

II. Testamentum ipsum anno 508, vel anno 542 adsignatur, sed nullis e rationibus. Cum Caesarius ab anno 501 usque ad annum 542 fuerit Archiepiscopus, intra illud tempus conditum esse debet. Forma ejus externa periit, cum solummodo in diplomatario conservatum sit.

Pax ecclesiae Arelatensi! Cesarius Episcopus Presbyteris, et Diaconibus sancte et venerabili Cesarie Abbatisse, quam Dominus per meam parvitatem in monasterio nostro preposuit, ac universe congregationi, quam ibi Dominus sua gratia collocaverit, in Domino eternam salutem!

Cum aeclesiastica pietas consuetudinis sue rem faciat, ordinabiliter, scilicet, quo peregrinis et destitutis, opem largitionis impendat, quanto magis, cum opportunitas aut necessitas fuerit, ut sanctis quibusque et Deum timentibus aliqua largiatur, amplius debet pia misericordie sue viscera dilatare. Et ideo juxta hanc epistolam, quam manus nostre subscriptione roboravimus, cuique diem et Consulem subtus adjecimus, Deo dispensante, hoc testamentum meum condidi, vel manu propria subscripsi, atque jure pretorio, vel jure civili, et ad vicem codicillorum firmavi.

Ego Cesarius peccator, cum debitum humane carnis reddidero, cunctum monasterium Arelatense S. Joannis, quod ego condidi, sub potestate Arelatensis Pontificis canonice sit, heredemque meum esse volo ac jubeo. Ceteri cetereve exheredes sint. Totum, quod cuique aut per hoc testamentum dedero, legavero, darive jussero, ut detur, fiat.

Ceterum autem Arelatensem Episcopum coheredem meo monasterio relinquo, quosque liberos, quasque

liberas esse jussero, liberi, libereve sint omnes. Ego tamen, cum nihil de parentum bonis habuerim, non sine verecundia hoc testamentum meum presumere erubui. Illa tamen me sententia compulit, ut plerosque Salvatoris formidanda, que iniqui audituri sunt dicentem (ite in ignem aeternum) pietatis affectu aliquid ecclesie mee contulisse. Et ne forte post obitum meum aliqui de parentibus meis, exceptis iis rebus, quas illis pro eulogiis donaro, inquietare presumant, cui presum, ecclesiam, ideo hanc voluntatem meam tractare amplius desideravi, qua de parentibus meis, ne apud ipsum monasterium prefatum, vel Pontificem Arelatensis ecclesie, preter id quod illis dedero ac dediderim, presumant requirere. Sancto et Domino meo Pontifici, qui mihi indigno digne successerit, licet omnia in sua potestate sint, tamen si lubet, et dignum ducit, indumenta paschalia, que mihi data sunt omnia, illi serviant, simul cum casula [1]) villosa, et tunica, vel galnape [2]), quod melius dimisero. Reliqua vero vestimenta mea, excepto birreto auriculari, mei tam clerici quam laici, cum gratia vel ordinatione domini Episcopi, sibi, ipso jubente, imo donante, dividant. Ea vero, quae monasterio ante per donationem contuli, nunc affirmo; et si cui aliquid per epistolam, aut per pitacium [3]), aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo. Hoc etiam assuete precor, quatenus collam, quam bone memorie Augustus subdiaconus in atrio Sancti Stephani, euntibus parte dextra habuit, provisoribus monasterii propter custodiam illorum firmam D. Episcopus perpetuo dignetur jure concedere; ita ut eam sibi succedendam monasterii provisores habeant.

---

[1]) *vestis cucullata. Isidor.* Orig. L. XIX. c. 24.

[2]) vestis lanea. *Adelung.* Gloss. h. v.

[3]) Pitacium hoc loco nihil aliud significat, quam charta.

Et hoc specialiter volo, et ita, Domine Episcope precor, sive provisorem ad monasterium, sive presbyterum ad Basilicam Sancte Marie, nullum alium habeat congregatio sancta, nisi quem ipse elegerit vel ordinari petierit.

Et licet de tua, D. Episcope, pietate presumam, tamen ne forte contra monasterium nostrum aliquorum suggestiones importunas habeatis, adjuro vos per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum et per tremendum diem judicii, ne unquam apud vos prevaleat hostis antiquus, aut ancillas vestras contristari acquiescatis, aut aliquid illis auferri de iis rebus, quas eis contulimus, permittatis, quia Deo propitio, non sine discretione vel justitia quibuscumque secularibus jure directo res ecclesiae vendidimus, nisi hoc tantum, quod ecclesie minus utile et infructuosum est; et quod animabus sanctis et Deo vacantibus, cum sanctorum fratrum consensu vel subscriptione tribuimus, perpetuo illis jure permaneat. Et vos Domine Filiole, per sanctam Trinitatem inseparabilem, et per Domini nostri Jesu Christi adventum adjuro, ut Pontifici, qui mihi indigno, ordinante Deo, digne successerit, omni affectu, sicut per Dominum rogetis, ac pura mente diligatis, et per vestram inobedientiam ne contristetis.

Confidimus enim de Dei misericordia, quod ita omnibus sacerdotibus, quam religiosis contractum est, casto amore impendant, ut nihil vobis, quod ad sustentandum corpusculum opus est, deesse permittant.

Te iterum atque iterum, sancte Pontifex, per gratiam divinam rogo, omnia et monasterium sanctarum Virginum habeas in curam maximam commendata, et familiam illarum concedas provideri.

Et si aliquis vobis sinistrum consilium dare voluerit, cum pietate respondete, quod res, que cum consilio Episcopi facta sunt, quia nec auferri non solum non

debent, sed omnino non possunt, et precipue, quia et . . . . . ipsi S. Pape Urbicanis suis auctoritate, ut hoc de sancto et domino meo Pontifice credam. Nunquam enim apud te tantum prevalere poterit tam iniqua suggestio, ut contra justam voluntatem qualiscumque Antistitis per meum studium substantia a te multum profecerit et prope duplicata sit. Additur et hoc, quod Deus misericors per parvitatem meam etiam immunitate tributorum, tam juxta urbem et infra, quam etiam in suburbanis et villis ex maxima parte concessit. Agéllum igitur Ancharianum, unde parvam particulam monasterio dedimus, multa servavimus, nam plus minus centum aripennes vinee et trecentorum modiorum campos . . . . reservavimus, et supradicto monasterio, centum modiatas de terra, quas ego plantavi, habeat vix triginta aripennas.

Contulimus agellum Gallicianicum . . . . Neocleanum vel agellum Gemellis cum stagnis et paludibus, cum omni jure et termino suo, et pastam in campo lapideo, vel si qua alia sunt, vel campum in Triphontio super viam munitam, vel reliqua, quecunque sint, et agellum Ornedum et agellum Martiniatis, et silvam et agellum Missinianum, cum omnibus sibi pertinentibus, pascuis, paludibus, cum omni jure et termino suo, sancte tue ecclesie reservavimus in stipendium earum. Unde te, sancte Pontifex adjuro, ut si Deus omnipotens per manus se timentium Sancte matri ecclesie et monasterio sanctarum virginum aliquid majus bonum dederit, tua sancta dilectio una ab altero non disjungat.

Si vero, (quod Deus non patiatur) congregatio ibi aut congregata non fuerit, aut forte postea (quod absit) cum congregata fuerit, esse desierit, ad matrem ecclesiam revertantur.

Hec quidem ego, ut timori meo satisfacerem, scripsi. Nam absit, ut de tua, piissime Pontifex, inscientia in-

culperis, qu (ut supra jam dixi) pietas divina concessit, ut per meam humilitatem immunitas ecclesie in tot capitibus daretur; et quod monasterio cum fratrum consensu dedimus, per hanc voluntatem meam confirmo.

Ancille nostre Cesarie, quod ipsa fecit mantum majorem, quem de gaunabe [1]) fecit, dari volo.

Domino meo Leoni presbytero manutantum [2]) dari volo.

Domino meo Cypriano Episcopo mantum, et cunctorum meliorem dari volo.

Quidquid servo meo Braciano contulimus, per hoc testamentum meum confirmo.

Agritia puella mea propria libentissime monasterio sancte Cesarie serviat, et Veregariolas, quas illis vel parentibus eorum dedi, confirmo.

Omnes cubicularios meos, tibi, domine Episcope, coram Deo et angelis ejus commendo.

XIV.

Gesta de aperiundis testamentis habita.

I. Asservantur in bibliotheca regia Parisiensi. Scripta sunt per columnas octo juxta se positas, adhibita a scriptore charta papyracea, longitudine palmarum italicarum septemdecim et dimidiae. In lucem edita: 1) ab auctoribus operis diplomatici: *Nouveau traité de diplomatique, par deux Religieux Benedictins de la congregation de S. Maur.* Tom. III. (1757) p. 629 — 639. p. 706 — 711. coll. cum Tom. V. (1762) p. 613 — 641. Particulam eorum aeri incisam, videas ibid. Tab. LXII. LXIII. 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXIV. p. 110 — 115; cum doctis animadversionibus ibidem, p. 248 — 257. (1805.)

[1]) f. *cannabe.*

[2]) f. *mantum.* conf. *Isidor.* Orig. L. XIX. c. 24.

5) a *Sabiniaco* sub titulo: "Erklärung einer Urkunde des sechsten Jahrhunderts, nebst einem Abdrucke des Textes dieser Urkunde." in: "Abhandlungen der königl. Societät der Wissenschaften in Berlin aus den Jahren 1814-1815." Historisch-philologische Classe. p. 67—84. Berol. 1818. 4.

II. Duplex scilicet modus condendi testamenta sub imperatoribus christianis vigebat; aut enim *solemne* fiebat testamentum, aut *publicum*.

Testamentum solemne, nullo interveniente magistratu, nec fide publica, coram testibus, quos septem esse numero voluit Justinianus, condebatur, a testibus subscribebatur, et obsignabatur, ut, nisi aperiretur, voluntas defuncti lateret. Mortuo testatore ab illo, cui illud commendandum credidit, magistratui intra quinque dies, ut aperiretur, offerendum erat, oblatum autem, praesentibus, qui signaverant, testibus, vel saltem maxima eorum parte, agnitisque per eos signaculis et superscriptionibus, incisoque, quo circumdatum erat, lino, coram magistratu recitabatur, recitatumque actis sive gestis indebatur. Ita demum describendi exempli fiebat potestas, cum gesta de apertione confecta heredibus, iisque, quorum intererat, paterent [1]).

Publicum vero testamentum nonnisi publica fide conscribendum erat. Voluntatem suam ad hunc finem, coram magistratu, sive praeside provinciae, sive imperatore [2])

---

[1]) *Paulli* Sentent. recept. L. IV. tit. 6. §. 1. *Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes, vel maxima pars eorum adhibeatur, qui signaverint testamentum, ita ut, agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur; atque ita describendi exempli fiat potestas. Ac deinde signo publico obsignatum in archium redigatur, ut si quando exemplum interciderit, sit, unde peti possit.* Cf. et *Digesta* XXIX. 3. Cod. VI. 32. Constantinopoli testamenta aperienda erant coram *Magistro Census.* cf. c. 18. C. VI. 23. *de testam. Jo. Lydum* de magistr. Pop. Rom. L. II. c. 30.

[2]) c. 19. C. VI. 23. *de testam.* c. 18. *eod.* Nec tamen coram sola imperatoris persona, sed, quando imperator consistorio suo

ipso, testator praesens et quidem per verba enunciabat. Verborum tenor gestis de hoc actu habitis inserendus erat, vocitabaturque ipse actus *Insinuatio ad acta.*

Differebat igitur Insinuatio ad acta a confectione gestorum de testamentis aperiundis habitorum in eo, quod illa nonnisi in testamentis publicis condendis, haec nonnisi in testamentis privata fide conscriptis et nunc aperiundis, locum haberet, gravemque sane in errorem inciderunt Jureconsulti recentiores [1]), qui, et testamenta privata fide conscripta obsignataque vivente adhuc testatore, ob majorem securitatem, ad acta insinuata fuisse, putaverunt, (id enim mehercule fieri non potuit, cum statim aperiri et recitari debuissent;) immo, haud satis perspecta ratione conficiendi testamenta publica apud Romanos, indo novum aliquod genus testamentorum in scriptis obsignatis ad acta allegatorum, scilicet *judicialium*, confinxerunt.

Ut vero ad scopum Gestorum, quae hic exhibentur, redeamus, Gesta illa non alia sunt, quam quae in curia Ravennate de aperiundis quibusdam testamentis privata fide conscriptis, confecta sunt; nec audiendi monachi Benedictini [2]), qui de insinuatione testamentorum ad acta opinati sunt. Omnia enim testamenta, de quibus in his

praeerat (*inter tot nobiles et probatas personas*). Falluntur igitur jureconsulti recentiores, si contendant, testamentum obsignatum, privataque fide conscriptum, ad instar testamenti judicialis, solo principi offeri posse, idque hoc actu validum esse. Vide *Tabor* D. de testam. principi oblato. Cap. II. §. 3. C. III. §. 3. C. IV. §. 6. 7. Abhorret id saltem a more Romano.

[1]) Choream ducit *Cujacius* ad locum Paulli allegatum, quem omnes recentiores sequuntur. Mascule retudit hunc errorem *Sabiniacus* "Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter." Tom. I. p. 82 — 84.

[2]) Falsa etiam sunt, quae *Fumagalli* Istituzioni diplomatiche. Mediolan. 1802. 4. T. II. p. 328 — 332. ad nostram tabulam notavit.

Gestis mentio facta, solemnia sunt, coram testibus condita, mortuo testatore curiae oblata, ibique aperta et recitata.

Tenor vero Gestorum is est.

Actores sive defensores ecclesiae Ravennatis, Domesticus, Thomas, Cyprianus et alter Thomas petunt a curia Ravennate, ut Gesta de apertis quibusdam tabulis confecta, in quibus ecclesia heres aut legataria scripta sit, perquirat et recitari faciat.

Curia Ravennas huic petitioni innuens, Gesta illa diversis temporibus habita, recitari permittit. Recitantur igitur ab Officio, et iis recitatis nova Gesta conficiuntur ex mandato Magistratuum curiae, verbis: *Quae lecta sunt, Gesta suscipiant!* Iterum actores ecclesiae flagitant, ut nova illa Gesta, quae de recitatione Gestorum super apertis tabulis habitorum, conscripta erant, sibi edantur, ad persequenda scilicet ecclesiae jura ex iis testamentis, quorum mentio in primis Gestis injecta erat. (*Nunc petimus, ut ex his, quae acta sunt, Gesta nobis edi propitii censeatis!*)

Annuunt Magistratus novae huic petitioni. Officium jubetur, Gesta edere, per decretum: *Gesta vobis ex his, quae acta sunt, competens ex more edere curabit Officium.* Confirmatur hoc decretum verbis *Edantur, Edantur*, utriusque Magistratus Petri Taurini et Johannis manu adjectis; roboratur et adnotatione exceptoris, qui editionem Gestorum a se factam esse, addidit. Inde et Sabiniacus probavit, Gesta nostra esse authenticum illud protocollum ab exceptore manu sua corroboratum et actoribus ecclesiae traditum, Mariniumque, qui illud pro solo exemplo habuerit, falli.

III. Paucula quaedam adhuc observare liceat.

1) Initium Gestorum deest. Continebat sine dubio petitionem actorum ecclesiae Ravennatis, in qua perquisitionem et recitationem Gestorum diversis tempori-

bus de apertis tabulis, in quibus ecclesia Ravennas vel heres vel legataria scripta fuit, habitorum, efflagitabant. Quae supersunt, ad recitationem Gestorum illorum, et ea, quae, illa finita, ab actoribus et Magistratibus vice versa dicta sunt, spectant. Recitabantur Gesta, numero quinque. Protocollo primo tempus confectionis haud additum, secundo inest apertio testamenti de anno 480, nullo ipsius apertionis die indicato, tertium confectum est anno 474, quartum anno 521, de tempore vero testamentorum apertorum nil liquet; quintum sermonem injicit de testamento condito anno 562, eodemque tempore aperto.

2) Quantivis sane momenti tabula nostra est ad cognitionem modi conficiendi Gesta apud Romanos. Non solum enim ex ea discimus formam Gestorum sive protocollorum de aperiendis testamentis habitorum, sed nova etiam lux adfunditur testamento sic dicto judiciali. Quod enim ad illarum formam attinet, cernere est, initium solummodo testamentorum recitatorum Gestis indi consuevisse Romanos. Inutile enim visum est, testamenta integra indere, ea saltem ratione, quia ipsa testamenta in tabulario curiae asservari debebant, ut si quando exemplum quoddam intercideret, esset, unde denuo peti posset; sufficiebant autem verba initialia, quibus probari poterat, exemplum esse ab authentico desumtum. Si vero quaeras, cur ecclesia solis Gestis de apertis tabulis habitis, contenta fuerit? scias, eam his Gestis uti potuisse, et ad cognoscenda testamenta, quorum exempla illi conducebant, et ad probandum, ipsa testamenta legitime aperta, ideoque valida esse. Testamentum autem judiciale meram confictionem recentioris aevi esse, inde patet, quod ejus forma, nec Gestis de aperiundis tabulis, nec Insinuationi ad acta consentanea sit, ideo-

que prorsus a more Romano abhorreat [1]). Figmentum medii aevi esse, in Germania ante saeculum decimum quintum haud occurrens, forsitan alio loco demonstrabimus.

3) Maximi etiam momenti est, quod e nostra tabula de differentia subscriptionum et superscriptionum testium desumi potest; sed de his vide, quae ad Nro. XVIII. disputaturi sumus.

. . . . . .

„ . . . . *et iterum Magistratus* [2]) *presentibus* . . .
„o . . . c . . . Johanne Aurelio Verino, Herni-

---

[1]) Inde etiam patet, frustra jureconsultos recentiores ad leges Romanas in controversiis de forma et validitate testamenti judicialis habitis, provocare. Quaerunt, an testamentum judiciale eo ipso, quod testatoris ad petitionem redditum sit, invalidum fiat? et affirmant hanc quaestionem, invocantes argumentum e c. 18. C. VI. 23. *de testam.* desumtum. Sed inanis est ista invocatio. Sermonem enim facit constitutio illa de testamento recitato et ad petitionem illius, qui id obtulit, et recitari jussit, reddito, haud vero de testamento obsignato et testatori ipsi reddito. Prius omni validitate destituendum erat, ob metum falsificationis; de posteriori hoc contendi nequit. Igitur solummodo voluntas testatoris, qui oblatum testamentum recepit, spectanda, ad dijudicandum, utrum ea receptione testamentum revocaverit, necne. Videsis et *Sabiniacum* l. l. p. 84. not. 198.

[2]) Scilicet: *apud magistratus.* Magistratus hoc loco erant Duumviri, qui in initio deperdito horum Gestorum, secundum eorum nomina et dignitates, allegabantur; quorumque mentio in Gestis ipsis per verba: *iterum* (denuo) *apud magistratus* dictos, *praesentibus principalibus*, fiebat. Cavesis igitur, ne per *iterum*, hos magistratus eandem dignitatem plus una vice meruisse, indicatum esse putes, nec Marinio fidem tribuas, qui male supplevit *magistratibus.* Ad rem facit c. 151. C. Theod. XII. 1. *de decurionibus: Municipalia gesta non aliter fieri volumus, quam trium Principalium praesentia, excepto Magistratu, et Exceptore publico.*

„lio Bono *Principalibus* [*N. N.*] *dixit: Offero cartulam* „*testamenti*, *quam* [*N. N.*] completam atque signatam „a testibus, mihi credidit commendandam. *Peto, ut* „*eam a competenti Officio suscipi jubeatis*, *testibusque* „*presentibus ostendi*, ut, si signaculum et superscriptio- „nem suam recognoscant, *singuli*, absque sui injuria, „*dignentur edicere*, *tum eam resignari praecipiatis*, „*linum incidi*, *aperiri*, *et per ordinem* recitari faciatis, „quo voluntas defuncti possit *agnosci!*

„*Magistratus dixerunt: Suscipiatur carta testamenti*, „*quae offertur*, et testibus praesentibus ostendatur, ut, „si signacula *vel superscriptiones suas recognoscunt*, *sin-* „*guli edicere non morentur!*

„*Cumque* suscepta *fuisset*, et testibus praesentibus „esset ostensa, [*N. N.*] *dixit: Agnosco superscriptionem* „*et* signaculum meum, et infra subscripsi. Caesonius „*vir devotus dixit:* Manifestum est, me interfuisse, „*agnosco signaculum* et superscribtionem meam, sed et „infra [1]) subscripsi.

„Elius Johannis . . . *dixit: Manifestum est*, *me in-* „*terfuisse*, *agnosco signaculum et superscriptionem meam*, „nec non et intrensicus subscripsi. Marcianus vir *stre-* „*nuus dixit:* Cum *aliis manifestum est*, *me huic testa-* „*mento interfuisse*, *in quo agnosco signaculum et super-* „*scriptionem meam*, *nec non et* infra subscripsi. Petrus „*vir honestus dixit:* In hoc testamento interfui, in quo „*agnosco signaculum et superscriptionem meam*, *sed et* „*intra subscripsi*. [*N. N.*] *dixit: Et in* hac voluntate in- „terfui, in sua [2]) agnosco signaculum *annuli mei et* „*superscribtionem meam*, *sed et intra subscripsi.*

---

[1]) *infra* explicandum per *intra*, *intrinsecus*, i. e. in interiore pagina testamenti. Vide, quae de differentia subscriptionis et superscriptionis testium ad Nro. XVIII. dicturi sumus.

[2]) Legendum omnino *qua*.

„*Magistratus dixerunt: Quid de alio teste, cujus* „*signaculum et super*scribtionem in hoc testamento in„fixum vidimus? *Caesonius et Elius Johannis viri de*„*voti dixerunt: Constat* [*N. N.*] *una nobiscum in hoc* „*testamento interfuisse, cujus signaculum et superscri*„*ptionem agnoscimus, sed nunc civitate absens est.*

„*Magistratus dixerunt: Quoniam de agnitis signa*„*culis vel superscriptionibus testium responsio patefecit,* „*nunc carta testamenti resignetur, linum incidatur, ape*„*riatur et per ordinem recitetur!*

„*Et inciso lino ex Officio recitatum est.*"

" . . . . [*N. N.*] [1]) ex nam in cpo [2]), sanus, "sana mente, integroque consilio [3]) *conrogavi eos,* "qui subscripturi vel signaturi sunt in hac cartula, "testamentum *hoc manu* mea subscribsi, claudi, si"gnarique praecipi, quod testamentum *meum, si quo* "*casu jure civili aut praetorio valere non poterit,* "*tunc ab intestato,* vice codicellorum meorum valere "illud volo, hac valeat, ratam*que* [4]) *hanc nostram* "*voluntatem in omnibus esse praecipio, et quod fidei* "*committo,* et quod cuique hoc testamento meo de"dero, legavero, darive jussero, *id detur, fiat, quos*"*que liberos liverasve esse jussero,* vel voluero, liveri "liveraeve sint totae."

---

[1]) Incipit columna secunda tabulae.

[2]) *Marinius* legit: N. N. *ex Numerariis in Classensis,* sive *Classitanae Praefecturae Officio,* sive *in Castrorum Praetorio Officio;* hoc modo siglam explicans; quod haud displicet. *Numerarii in Officio* saepissime occurrunt; *Ammian. Marcellin.* XIX. 9. *Sidon.* Epistol. I. 11. V. 7. *Cod. Theodos.* VIII. 1. *Cod. Just.* XII. 50. ubi conferas *Cujacium* et *Gothofredum.*

[3]) De hac solitissima in testamentis formula, videas *Brisson.* de formulis. L. VII. cap. 6.

[4]) In textu est: *ratum....*

„ . . . et iterum Mag*istratus*, praesentibus . . . . o „Victore, Elio Johanne, Fl. Projecto et Melminio. . . „[*N. N.*] *dixit*: *Offero cartam testamenti, quam Colo-„nicus vir reverendus, com*pletam atque signatam a „testibus mihi credidit commendan*dam. Peto ut eandem „a competenti Officio suscipi jubeatis, et testibus prae-„sentibus ostendi, ut si signacula et superscribtiones* „suas recognoscunt, dignentur edicere, deinde ipsam „*resignari praecipiatis, linum incidi, aperiri et per or-„dinem recitari faciatis, quo defuncti voluntas possit* „*agnosci.*

„ . . . trianus, Q*uinquennalis* et iterum Mag*istra-„tus* di*xerunt*: Suscipiatur carta testamenti, *quae offer-„tur, praesentibus testibus ostendatur, ut si signacula* „*vel superscribtiones suas recognoscunt, dignentur* edi-„cere!

„Fl. Gaudentius vir *eximius* di*xit*: In hoc testa-„mento inter*fui, agnosco signaculum et superscribtionem* „*meam, sed et intrinsecus subscribsi.* [*N. N.*] *dixit: Ma-„nifestum est, me in hac* voluntate interfuisse, in qua „agnosco signaculum anuli mei *et superscribtionem* „*meam, sed et intrinsecus subscribsi.* [*N. N.*] [1]) *dixit: Et* „*ego interfui huic testamento, in quo agnosco* signacu-„lum, superscribtionem meam et intrensicus subscribsi. „[*N. N.*] *dixit: Interfui huic testamento, in quo agnosco* „*anuli mei signaculum, superscribtionemque meam, sed* „*et intra subscribsi.* [*N. N.*] *dixit: Et ego interfui* in „hoc testamento, *agnosco signaculum et super*scribtio-„nem [2]) meam, et infra subscribsi.

„Q*uinquennalis* et iterum Mag*istratus* di*xerunt*: „Quid de alios testes, cujus signacula vel superscribtio-„nes in hoc testamento infixa vidimus?

---

[1]) Duorum testium nomina *Constantium* et *Apollinarem* fuisse, infra patet.

[2]) Incipit columna tertia tabulae.

„Fl. Apollinaris et Constantius *viri devoti dixerunt;* „Constat, Petrum et Desiderium pariter una nobiscum „in hoc testamento interfuisse, cujus signacula vel *su-* „*perscribtiones agnoscimus, sed nunc* civitate absentes „sunt.

„*Quinquennalis* et iterum Mag*istratus* d*ixerunt:* „Quoniam de agnitis signaculis vel superscribtionibus „testium responsio patefecit, nunc carta testamenti *re-* „*signetur, linum incidatur, aperiatur,* et per ordinem „recitetur!

Et inciso lino ex Offi*cio* recit*atum* est:

"Fl. Basilio jun. V. C. Consul. [1]) *sub* d*ie* VII. Ca- "lend. Januariar. in Classe castris praetorio Rav*enn.* "Ego Colonicus *vir reverendus* Diaconus . . . . . "graviter tedians, cogitans humanae conditionis casus, "ne, ut adsolit, repetina morte praeveniar, conroga- "tis mihi testibus numero competenti, sub *eorum con-* "*spectu* testamentum *feci*, idque et manu mea olo- "grapha subscribsi, et valere jussi. Quod si quo casu "jure civili aut praetorio hoc testamentum meum va- "lere non potuerit, etiam tanquam *ab intestato, vice* "*codicellorum meorum in perpetuum* valere volo, ra- "tamque hanc voluntatem meam esse jubeo. Si qui "mihi heredes erit, heredisve erunt, hujus ego fidei "vel horum omnia conmitto, cui, quod hoc *testa-* "*mento dedero, legavero, darive jussero, id, ut* "praestitetur, quos quasque liberos libereve esse jus- "sero, hii omnes liberi liberevae sint totae."

„Leone jun. PP. Aug. [2]) sub die prid. Nonar. No- „vembr. Rav*ennate.*

---

[1]) Consul fuit anno 480 p. C. n. De Consulum mentione in fronte testamentorum, videas *Gothofred.* ad c. 6. C. Theod. IV. 4. *de testamentis.* Justinianus et mentionem anni imperii Imperatoris, et indictionis fieri voluit, per *Novell.* XLVII.

[2]) scil. *Consule.* Consul fuit anno 474. p. C. n.

„Apud Pompul*ium Projecticium juniorem, et Fl.* „*Projectum, et iterum Magistratus, praesentibus* Aelio „Marino, Commodiano jun. Tremodio Victore, Popilio „Calomnioso et Melminio Cassiano, Principalibus, Pas„casia h*onesta* f*emina* d*ixit:* Offero carta testamenti, „*quam mihi Constantius maritus meus commendandam* „*credidit. Peto, ut* eam suscipi jubeatis, testibus prae„sentibus ostendi, ut, si signacula vel superscribtiones „suas recognoscunt, dignentur edicere, eam resignari „praecipiatis, *linum incidi, aperiri et per ordinem reci*„*tari faciatis, quo voluntas defuncti possit agnosci!*

„*Pom*pulius Projecticius jun. et Fl. Projectus Mag. „d*ixerunt*: Suscipiatur carta testamenti, quae offertur, „testibus praesentibus ostendatur, ut, si signacula vel „superscriptiones *suas recognoscunt, singuli edicere non* „*morentur!*

„*Cumque carta* testamenti suscepta f*uisset* et testi„bus ostensa, Fl. Bonifacius v*ir* d*evotus*, Apparitor in „bpo [1]) d*ixit:* In hoc testamento interfui, agnosco si„gnaculum et superscribtionem meam, *sed et intrinsecus* „*subscribsi.*

„*Heraclius vir devotus dixit:* Ego in hoc testa„mento interfui, agnosco anuli mei signaculum, super„scribtionem meam, sed et infra subscribsi. Fl. Pro„bacius v*ir* d*evotus* Apparitor sedis ss. [2]) d*ixit:* In hac „voluntate interfui, agnosco *signaculum et superscribtio*„*nem meam, sed et* intrensecus subscribsi.

„Et iterum Mag*istratus* d*ixerunt*: Quid *et de aliis* „*testibus, quorum* signacula hoc testamento infixa *vidi*„*mus?*

---

[1]) *Marinius* legit et explicat siglam: *Apparitor in Classensis* (cpo) *Praefecturae Officio*, sive *in Castrorum Praetorio Officio.*

[2]) *Sedis suprascriptae*, idem est, quod *Officii suprascripti.* Vid. *Zirardini* Imperatorum Theodosii et Valentiniani novellae p. 449.

„Fl. Bonifacius, Probacius, Heraclius viri devoti „dixerunt: Constat una nobiscum Simplicium . . . [1]) „qui mortuus est, Exuperium v. d., Pamonium v. d., et „Georgio viro devoto, qui absentes sunt, in hoc testa„mento interfuisse, quorum signacula et superscribtiones „recognoscimus.

„Magistratus dixerunt: Quoniam de agnitis signa„culis vel superscribtionibus testium responsio patefecit, „nunc carta testamenti resignetur, linum incidatur, ape„riatur et per ordinem recitetur!

„Et inciso lino ex Officio recitatum est:

"Fl. Constantius vir honestus, Tinctor publicus, pro"cedens sanus, sana mente, integroque consilio, co"gitans conditiones humanas et repentini casus, prae"sentibus testibus numero competenti in hac chartula "testamentum feci, idque scribendum dictavi Domitio "Johanni Forensi, cuique litteras ignorans, subter "manu propria signum feci, quod testamentum meum, "si quo casu vel civili vel praetorio, vel alia quae"libet juris ratione valere non potuerit, etiam ab in"testato vice codicellorum meorum valere illud volo, "hac valeat, ratamque hanc voluntatem meam esse "cupio et jubeo. Pascasia honesta femina jugalis heres "mea esto!"

„ . . . . Valerio V. C. Consul. [2]) sub die III. No„nar. Juniar.

„Apud Fl. Forianum [3]) virum laudabilem, agentem „vices Severi filii sui, viri laudabilis, et iterum Ma„gistratus, praesentibus Firmano Urso v. l., Melminio

[1]) Columna quarta incipit.

[2]) Consul fuit anno 521 p. C. n. Gesta haec una cum testamento Aureliani Episcopi iterum typis commisit *Amadesius* in chronol. Antistit. Ravenn. T. I. p. 254.

[3]) Lege: *Florianum.*

„Tranquillo v. l. pro Johanne filio Studentio v. l., Pom-
„pulio Severo v. l. pro Melminio Cassiano jun. Prin-
„cipalibus, Severus *vir strenuus dixit*: Ante hoc v.
„*vir* [1]) sanctus ac veneravilis Aurelianus Epis*copus*
„sanctae Ecclesiae catolice Ravennatis, dum ultimis ur-
„gueretur, condidit cartulam suae voluntatis, quam a
„se vel a testibus completam atque signatam, praesen-
„tibus hisdem testibus mihi credidit commendandam,
„quamque prae manibus gero. Peto La*udabilitatem*
„*vestram*, ut eandem [*a*] competenti Officio suscipi ju-
„beatis, et ostendi, ut, si signacula vel superscriptiones
„suas recognoscunt, singuli, absque sui injuria, edicere
„dignentur, deinde eam resignari praecipiatis, linum
„incidi, aperiri et per ordinem recitari faciatis, qua
„defuncti voluntas possit agnosci!

„Fl. Florianus v. l. Ag*ens vices* Severi filii sui v. l.
„et iterum Mag*istratus dixerunt*: Suscipiatur carta te-
„stamenti, quae offertur, et testes praesentes ostendatur!

„*Cumque* carta testamenti suscepta f*uisset* et testes
„praesentes ostensa, Probinus v. s. d*ixit*: Constat me
„in hoc testamento interfuisse, in quo agnosco signacu-
„lum anuli mei, superscribtionem, memet infra sub-
„*scribsi*. Severus v. *s*. dixit: Et me certum est, in hoc
„interfuisse testamento, in quo agnosco anuli mei signa-
„culum, quam supersoribtionem meam, memet infra
„suscripsi. Amatius v. d. d*ixit*: *Atque me certum est*,
„*in hac* voluntate interfuisse, in qua agnosco anuli mei
„signaculum, qu*am super*scribtionem meam, sed et in-
„trinsecus suscribsi. Flavianus v. d. d*ixit*: Manifestum
„est [2]), me cum aliis viris in hac voluntate interfuisse,
„in qua agnosco superscribtionem meam, [illegible]uli mei

[1]) Quid prius *u*. significet, nec *Marinius* vidit. Forte ex errore scribentis illud *v*. duplicatum est.

[2]) Incipit columna quinta.

„signaculum, et infra suscripsi. Constantius v. d. *dixit:* „In hoc testamento et me certum est, interfuisse, in „quo agnosco anuli mei signaculum, superscribtionem „meam, et infra suscribsi. Pompulius Severus v. d. „*dixit:* Cum suprascribtis viris in hoc testamento pari„ter interfui, in quo agnosco anuli mei signaculum, sed „et intrensicus subscribsi. *Agens vices* v. l. et iterum „*Magistratus dixerunt:* Quid de alio teste, cujus signa„culum vel superscriptionem imprexam vidimus?

„Probinus et Severus vv. ss. Amatius, Flavianus et „Constantius vvv. ddd., sed et Severus v. l. *dixerunt:* „Constat Petrum v. d. una nobiscum in hoc interfuisse „testamento, in quo agnoscimus anuli ejus signacula, „superscribtionem, sed nunc absens est.

„*Agens vices* et iterum *Magistratus dixerunt:* Quo„niam de agnitis signaculis vel superscribtionibus testium „responsio patefecit, nunc carta testamenti resignetur, „linum incidatur, aperiatur et per ordinem recitetur!

„Et inciso lino ex *Officio recitatum* est:

"Caelius Aurelianus *vir venerabilis*, Episcopus san"ctae Ecclesiae et catolicae Ravennatis, cogitans casus "fragilitatis humanae, sana mente, sanoque consilio, "hoc testamentum meum Agnello *viro honesto Forensi* „scribendum dictavi, propria manu suscripturus, cum [1]) "testibus conrogatis numero competenti, quod si jure "civili vel praetorio aut cujuslibet novellae legis in"terventum forsitan valere niquiverit, ab intestato "vice codicellorum meorum valere volo; quod cuique "hoc testamento dedero, legavero, darivae jussero, "sive constituero, id, ut detur, fiat, fidei haeredes "meae committo, quos, quas liberos liberas esse jus"sero ac voluero, liberi liberaeque sint. Te itaque "sanctam Ecclesiam catolicam Ravennatem, in cujus

[1]) Lege: *coram.*

"servitio crevi, heredem mihi ex asse esse jubeo et "volo."

„Undecies P. C. Basilii jun. V. C. *sub die* Id. Ja„nuar. Rav. [1]). Apud Melminium Andream V. C. De„fensorem civ*itatis* Rav. et Pompulium Bonifacium v. l. [2]) „et iterum Mag*istratus*, praesentibus Melminiis Cassiano „V. C., Bonifacio, Theodosio et Plauto Pompulio vv. ll. „Ammonius v. c. rog*atarius* [3]) d*ixit:* Dum Georgius „v. d. clm. a. [4]) Olosiricoprata [5]) Civ. Rav. suam con„derit voluntatem, suscribtam testibus atque signatam „mihi eam coram ipsis credidit *commendandam*, et „cujus . . . b . . . ce . . . . et . . esse . . „ . . . . am . . . . ci prae manibus gero, a „ . . . . cois . . . n . ., optimi [6]) Def*ensor*, „electissimi Mag*istratus*, ut eandem a compe [7]) tenti „Officio suscipi jubeatis, et testibus praesentibus ostendi, „ut, si signacula vel superscribtiones suas recognoscunt, „singuli edicere non morentur, tunc demum ipsam „cartulam testamenti resignari praecipiatis, linum incidi, „aperiri et per ordinem recitari faciatis, ut intrensicus „possit agnosci voluntas defuncti!

---

[1]) Anno 552. p. C. n.

[2]) Forte legendum: *Quinquennalem.* (Ql.)

[3]) *Rogatarius* idem quod *testis rogatus.* Et tabellio *rogatarius* dicebatur, quia rogabatur ad instrumentum conficiendum.

[4]) Quid haec sibi sigla velit, incertum. Si haud praeiret titulus *vir devotus, Marinius* eam interpretari vellet *devotae memoriae vir;* alii explicant: *Clamator et. Martial.* Epigr. XII. 26. 11. *nec venit ablatis Clamator verna lucernis.*

[5]) *Holosericoprata*, fabricator vestium sericarum, textor sericarius, negotiator sericarius. *Fabret.* Inscript. Class. X. nro. 346. — *Paulus Olosiricoprata* in inscriptione Romana apud *Marinium* h. l. occurrit.

[6]) pro *optime.* Titulus defensoris.

[7]) Incipit columna sexta.

„Melminius Andreas V. C. Defensor Civ. Rav. et „Pompulius Bonifacius v. l. et iterum Magistratus di„xerunt: Primitus suscipiatur carta testamenti, quae „offertur, et testibus praesentibus ostendatur!

„Ut carta testamenti suscepta fuit, et testibus prae„sentibus ostensa, Johannis V. C. Proemptor [1]) dixit: „In hac voluntatem interfui, in qua *agnosco anuli* mei „signaculum, quam superscribtionem meam et infra su„scribsi. Vitalis v. c. rogatarius dixit: Et ego interfui „huic testamento, in quo agnosco mei anuli signaculum, „quam superscribtionem meam et infra suscribsi.

„Theodolus v. c. Olosiricoprata dixit: Pleriquae et „ego interfui in hac voluntate, in qua agnosco anuli „mei signaculum, superscriptionem meam grecis litteris, „et infra suscribsi.

„Ammonius v. c. rogatarius dixit: Manifestissimae „et ego interfui in hoc testamentum, in quo agnosco „mei *anuli signaculum*, quam superscribtionem meam, „nec non et intrensicus suscribsi.

„Laurentius v. h. Gunnarius [2]) dixit: Et ego cum „ante vocatis viris interfui huic voluntati, in *qua agnosco* „*anuli mei* signaculum, quam superscribtionem meam, „sed et intrensicus suscribsi.

„Georgius v. c. rg. dixit: Et me constat, una cum „supradictis viris interfuisse huic testamento, in quo „agnosco mei anuli signaculum, superscribtionem meam, „verum etiam et infra suscribsi. Theodorus v. h. rg. „dixit: Certum est me, cum suprascribtis viris inter„fuisse in hac voluntate, in qua agnosco anuli mei si„gnaculum, quam superscribtionem meam, quique et „intrensicus suscribsi.

---

[1]) "Non so che voglia significare questo vocabolo, che non ritrovo altrove." *Marinius.*

[2]) Negotiator pellarius.

„Defensor, Quinquennalis et iterum Magistratus „dixerunt: Quoniam de agnitis signaculis vel superscri„btionibus testium responsio patefecit, nunc carta testa„menti resignetur, linum incidatur, aperiatur et per „ordinem recitetur!

Et inciso lino ex Officio recitatum est:

"Imp. Dno. Justiniano PP. Aug. Ann. XXV. unde"cies [1]) P. C. Basili jun. V. C. sub die Nonar. Ja"nuariar. Indict. quintæ dec. Rav.

"Providae suae disponet arbitrium, qui mentes sui "corporis integritate consistens, voluntatis suae arcana "prodederit, nam propter aegritudinem morbis, mens "solidum non potest habere judicium. Itaque ego Ge"orgius v. d. Olosiricoprata civ. Rav. filius v. d. Ju"liani de civ. Anthiocia, sanam habens mentem, sed "et [2]) linguam vel sensum, gravi egritudine detentus, "agnoscens tamen in omnibus introeuntes et exeuntes "ad meam visitationem, metuens emergentes casus "humanos, timens, ne me inordinatom [3]) occupet "mors, hoc meae voluntatis condidi testamentum, "quem etiam Deusdedit Forensis civitatis Classis Rav. "noto [4]), amico quoque meo scribendum dictavi, in "quo subter, postquam ad singula, quae jussi, scribsi [5]),

[1]) Anno 552 p. C. n. In hoc testamento jam observata est lex Justiniani novella XLVII. de anno 537. in qua de temporibus Imperatoris adjiciendis, ea disposuit, quae hic cernuntur.

[2]) Incipit columna septima.

[3]) *Inordinatus* mori dicitur, qui non factō testamento decedit, ut dixit *Cangius*.

[4]) *noto* idem est, quod *amico*. Alluditur ad verba *Novellae* 73. — *adhibere testes non ignotos contrahentibus*.

[5]) c. 21. C. VI. 23. *de testam.* *Hac consultissima lege sancimus, licere per scripturam conficientibus testamentum, — scripturam — cujuslibet alterius manu conscriptam — testibus offerre — signandam, dum tamen testibus praesentibus testator*

"ab eodem scribtorem mihi relicta fuissent, diligenter "intelligens, faciente nequissima egritudine podagrae, "quia suscribere non potui, signum tamen beatae cru- "cis, ut potui, coram testibus inpressi, testium quoque "rogatorum numero competenti, ad hanc tantum causa "scientium, quur venirent [1]), uno tempore, et uno "eque in loco, sub meorum visione conspectuum, su- "scribtionibus signaculisque firmam, quem claudi si- "gnarique praecipi et valere jussi, quod testamentum "meum, si quo casu, jure civili seu praetorio vel "novellarum legum aut nuper datarum, vel alia qua- "libet juris ratione valere niquiverit, etiam ab inte- "stato vice codicellorum meorum valere volo, hac "jubeo, praemisso in omnibus capitulo generali [2]), "quam ratam, firmam stabilemque ac voluntatem "meam in perpetuo in omnibus esse praecipio; quis- "quis mihi heredes erit, heredisve erunt, ego eorum "omnia fidei comitto, quod cuique hoc testamentum "meum dedero, legavero, darive jussero, fieri man- "davero, fideivae conmisero, ut id, ut detur, fiat, "praestitur, fidei heredum meorum conmitto, quos- "cunque autem liberos esse jussero vel voluero, hii "liberi sint toti, fiantque. Si quos codicellos in carta, "membrana, aliavae qua materia conscribturus, reli- "quero, satis firmi stabilisque sint totae, eosque per- "petuam optinere desidero et de legibus firmitatem. "Te itaque sanctam catholicam matrem Rav. Eccle-

suum testamentum esse dixerit — eique ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit.

[1]) c. 3. C. Theod. IV. 4. *de testam. Statuimus iis, qui extremas ordinant voluntates, haec esse servanda, ut et praesentes videant subscriptores, et ii, cur venerint, non ignorent.*

[2]) In textu mendose: *capitu generari.* De hoc videas fr. 34. §. 6. D. XXXI. *de legatis* II. fr. 40. §. 1. D. XXXII. *de legatis in III. Cujac.* Observ. et Emend. L. XXIII. c. 9.

"siam, in qua omnis populus christianus exorat re-
"media [1]) peccatorum, in decem unciis substantiae
"meae heredem constituo."

Fl. Aurelianus Vir gl*oriosus* el*ectissimus* o*ptimus* [2]) et it*erum* Petrus Taurinus et Johannis d*ixerunt:* Quae lecta sunt, gesta suscipiant! Quid autem aliud adstantes Defensores fieri desiderant?

[3]) Domesticus Primicerius Notariorum et Thomas Secundocirius idem Notariorum, una cum Cypriano et Thomate, Defensoribus Ecclesiae sanctae catholicae Ravennatis, per unum ex se, Thomatem Secundocirium d*ixerunt*: Gratias agimus gloriosae potestati, quia petitionem nostram ad effectum congruum perduxistis. Nunc petimus, ut ex his, quae acta sunt, gesta nobis edi propitii censeatis!

Fl. Marianus Michaelius Gabrielius Petrus Johannis Narses Aurelianus Limenius Stefanus Aurelianus [4]) Vir gl. e. et o., et it. Petrus Taurinus, Johannes d*ixerunt*: Gesta vobis lex [5]) his, quae

---

[1]) remissiones, redemptiones.

[2]) Titulus Defensorum civitatum.

[3]) Incipit columna octava.

[4]) Haec sunt praenomina et cognomina unius personae, scilicet Defensoris. Aureliani praenomen bis occurrere, insolitum quidem, nec vero inauditum.

[5]) Lege: *ex*.

acta sunt, competens ex more edere curavit [1]) Officium!

† Edantur! Edantur! [2])

Fl. Severus Exceptor pro Bonilo Praerogativario [3]) edidi.

XV.

Gestorum ejusdem argumenti fragmentum.

Asservatur Patavii in bibliotheca musei academici. Scriptum est in papyro. Publici juris factum a *Marinio*. "I papiri diplomatici" nro. LXXIV. a. p. 115. Frustillum esse Gestorum, de quibus paullo ante egimus, putat editor; vereor tamen, ne nimis audacter haec pronunciaverit. Superest in hoc fragmento, pars sola Gestorum, in qua de agnitione signorum testium sermo fuerat.

---

[4]) . . . . . .

[*N. N.*] *dixit, in hoc testamento interfui, in quo signaculum et superscrib*tionem meam *agnosco, sed et infra subscripsi.* [*N. N.*] *dixit: Manifestum est, me huic testamento interfuisse, in quo agnosco signaculum,* superscrib*tionem meam, sed et infra suscripsi. Benenatus vir* . . . . . [5]) *dixit: Et ego interfui in hoc testamento,*

---

[1]) Lege: *curabit.*

[2]) Subscriptiones Duumvirorum P. Taurini et Johannis; nam Defensor solum honoris causa nominabatur, cum soli Magistratus curiae, scil. Duumviri aut Quinquennalis agerent.

[3]) Praerogativarii militabant in Officio Praefecti praetorio, ut e Cassiodoro patet.

[4]) Deest enunciatio testis primi.

[5]) vir *devotus* vel *honestus.* Tres alii titulo viri strenui gaudebant.

agnosco signaculum et superscribtionem meam, et in*trinsecus subscribsi.* [*N. N.*] *vir strenuus dixit: Certum est me interfuisse huic testamento, in quo agnosco anuli mei signaculum et superscribtionem meam; sed et intra sub*scribsi. Leontius *vir honestus* dixit: *In hoc testamento interfui, agnosco signaculum et superscribtionem meam, et nomen* meum grecis *litteris intra suscribsi.*

Magistratus dixerunt: Quid de alio teste, cujus signaculum et superscribtionem in hoc testamento infixam vidimus!

[*N. N. N. N.* N. *N.*] VVV. SSS. [1]) Benenatus *vir.... dixerunt: Constat* [*N. N.*] *una nobiscum in hoc testamento interfuisse, cujus signaculum et superscrib*tionem [2]) agnoscimus, *sed nunc civitate absens est.*

Magistratus dixerunt: Quoniam de agnitis signaculis vel superscribtionibus testium responsio patefecit, nunc carta testamenti resignetur, *linum incidatur, aperiatur et per ordinem recitetur!*

Et inciso lino ex Officio recitatum est:

"*Ego* [*N. N.*] *sanus, sanoque* consilio, cogitans con-
"di*tionis humanae casus, conrogatis testibus numero*
"*competenti, qui sub meo conspectu fuerunt,* atque
"signaturi sunt in hac *carta testamenti, quam manu*
"*mea scribsi,* claudi signarique precipi, *quod testa-*
"*mentum meum, si quo casu, jure civili vel praetorio,*
"*vel alia qualibet juris ratione valere nequiverit,*
"*tunc etiam ab intestato* vice codicellorum meorum
"*valere volo*" . . . . . .
. . . . . .

---

[1]) Tres viri strenui.

[2]) *Marinius* male supplevit *subscriptionem.*

XVI.

Gestorum ejusdem argumenti vestigia.

In coenobio S. Germani a Pratis ad muros Parisiorum, codex extabat, a *Montefalconio* jam indicatus, cujus tamen accuratiorem notitiam *monachis Benedictinis* [1]) debemus. Est hic idem codex, in quo *Thomas Dempsterus* [2]) fragmentum Polybii et aliud Herodoti paene ante duo annorum millia descriptum cum admiratione spectasse et cupide legisse se jactabat, quae vanissima esse bene docuerunt viri docti Galli, qui nonnisi Latina his foliis (sunt enim quinque tantum folia) scripta esse, examine accurato repererunt. Folia illa e papyro [3]) nec vero, ut Benedictini putaverunt, e cortice conflata, nullibi paucioribus, quam quatuor stratis (*couches*), alicubi etiam pluribus constant; diversa iis scripturae genera, uncialis et cursivae, aetatisque identidem diversae insunt; verba literaeque passim sub superficie, passim in interiore folio comparent; quaeque legi possunt spectant partim ad negotia solemnia judicialia, partim versionem e libris Moysis continent.

Apparet inde, haec folia fuisse chartas, quas primum Gestis publicis scribendis adhibitas, deinde serior aetas libelli forma conglutinavit, ut paginis aversis vacuis alia inscriberentur; ut non mirum sit, in interiore strato foliorum, sublato superiori, literas comparere multo antiquiores iis, qui externo strato inscriptae reperiuntur.

---

[1]) Nouveau traité de Diplomatique. Tom. I. p. 503. sqq. Inprimis p. 513. in nota.

[2]) Etrur. regal. Tom. I. p. 432.

[3]) Conf. *Tychsen* de chartae papyraceae in Europa per medium aevum usu ejusque termino. Commentatio II. p. 199. sq. in *Commentatt. Societ. reg. scient. Goettingens.* Class. hist. et philolog. Vol. IV. ad ann. 1816—1818.

Notationes Calendarum, Nonarum, Iduum et Consulum, verba e. g. *XIIII. Kalendas Majas*, nomen *Theodosii*, iis inesse, monachi Benedictini observarunt, mentionem etiam in illis fieri, testamentorum ad petitionem actorum apertorum, Gestorum editionis, subscriptionum testium, poenae quadrupli, missionis in possessionem, iidem asseverant, fragmentaque instrumenti in formam epistolae redacti, deprehendisse, sibi visi sunt.

Omnia vero tam lacera esse, ut idoneus iis sensus elici nequeat, non semel affirmaverunt.

XVII.

Testamentum Aredii et Pelagiae.

I. E diplomatario monasterii Attanensis, nec non monasterii Vosidensis ediderunt: 1) *Mabillonius* in Analectis. Paris. 1676. 8. T. II. p. 48 sqq. rec. Paris. 1723. f. p. 208 sqq. 2) *Ruinart* in: Opp. Gregorii Turonensis. p. 1308. 3) *Brequigny* et *la Porte du Theil* l. c. T. I. nro. 60. p. 71. e quo dedimus.

II. Testamentum ipsum conditum est, anno 571. p. C. n. Forma ejus externa in diplomatario, cui testamentum insertum fuit, a descriptore mihi quidem negligentius tractata esse videtur. *Sabiniacus* [1]) opinatur, testamentum a quinque testibus [2]) a Calpurnio scilicet, Leone, Nectario, Adelfio, iterumque Nectario, subscriptum fuisse, cui Alstedii, successoris Aredii in officio, subnotatio, confirmationem continens, accesserit. Cum vero Nectarii subscriptio duplex extiterit, me judice, verendum, ne in apographo isto, in diplomatario obvio, per negligentiam scribae, subscriptiones testium, cum superscriptionibus eorum coaluerint.

---

[1]) Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. II. p. 105.

[2]) c. 1. C. Theod. IV. 4. *de testam.* et *Sabiniacum* in: Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft. Tom. I. p. 78 sqq.

Alstedii igitur, Calpurnii, Leonis et Nectarii subnotationes ad subscriptiones testium referrem, verba reliqua: *Signum Adelfii subdiaconi, Signum Nectarii testis*, ad superscriptiones vero, hoc loco male assutas, ita ut subscriptio Adelfii vera interciderit; eodem modo, quo superscriptiones Alstedii, Calpurnii, et Leonis jacturam passae sunt.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sub die pridie Kal. Novembr. anno XVII. X° regni domini nostri Sigiberti regis, ego Aredius Presbyter et Pelagia, sana mente, integroque consilio, judices et arbitros rerum nostrarum, metuentes casus fragilitatis humanae, ne nos subito repentina mortis praeveniat occasio, residentes testamentum nostrum condidimus, quod ego ipse Aredius manu propria scripsi, et testibus numero competenti tradidimus subscribendum. Quod testamentum nostrum, si casu, jure civili aut praetorio, aut cujuslibet legis novellae conscriptione vel veteris valere non potuerit, in vicem codicillorum et omnium scripturarum, quae firmiter consistunt, valere jubemus, ut id fiat, detur, praestetur, illibatum in omnibus teneatur, secundum tenorem infra scriptum, quem Christo domino adjuvante constituimus.

Itaque te, sancte Martine Turonensis, judicantes [1]) instituimus ita ut per Praepositum sanctae ordinetur tuae basilicae . . . . . Quod vero tibi, vel quicquid unicuique donavimus, aut quod fieri rogavimus, haec omnia potestate et sancta dominatione tua post obitum nostrum, ut fiant, et permaneant, supplicamus. Ideoque donamus tibi, sancte Martine, per hujus testamenti paginam, medietatem Griciensis: aliam vero medietatem cum aedificiis, vel cum omni jure suo, ut Attano, con-

---

[1]) F. *heredem.*

sistentes monachi nostri in perpetuum te, sancte Martine, defensante possideant: ea videlicet ratione, quod monasterium, quod domino inspirante et adjuvante nos fecimus, et monachos, quos ibi deus per nos peccatores esse ordinavit, aut inantea deus ordinare jusserit, id est, tam de ingenuis, quam de servis nostris, tibi, domine Martine, fecimus, ordinandos, commendamus: ita ut si exinde, quod absit, quisque abstrahere de potestate vestra voluerit, quae tibi, sancte Martine, ad loca sancta amore Christi, et in tuo honore vel sanctorum aedificata sunt, aliquo malo et iniquo ingenio (quod deus avertat) quem regendum gubernandumque dignus haberetur, absque procuratione sanctae vestrae basilicae ordinare aut subdere neglexerit, sit per virtutes tuas anathema.

Portionem nostram de agro Sisciacensi, hoc est, domus et oratorium cum reliquis aedificiis, agris, silvis, pratis, pascuis et areolis, cum omni jure suo, sicut a nobis praesenti tempore possidetur, tua sancta basilica, domne Martine, sed et commendati monachi Attanenses, quos sub tuo patrocinio vivere sancimus: et qualiter dominium proprium habeatis, et mancipiola vobis ex ipso fundo Sisciacum tibi, domne Martine, atque tuis monachis condonavimus, quod est ad partem basilicae tuae, aratores III. Parminium, Talasium et Claudium, seu et reliqua mancipia nostra, vel quaecumque nobis debita servitute debentur, exceptis illis, qui jam liberi sunt, Clara scilicet et Marcia. Ursacium cum uxore et filiis similiter tibi ad servitutem donamus, ea vero conditione, ut quaternos aripennos vineae colant.

Cellam quoque nostram in honore Sancti Medardi dedicatam, quae sub Gaudomaro sita esse videtur, et vulgo Exidolium appellatur, cum omnibus suis pertinentiis monachi Attanenses, te, domne Martine, defensante possideant. Memacum domum nostram cum ae-

dificiis, vineis, silvis, pratis et pascuis, vel, cum omni jure suo, similiter et Luciaco, Marcomonte, cum vineis, vel omni jure suo, secundum quod a nobis est deo propicio possessum, monachi nostri Attanenses ut per te, sancte Martine, habeant, volumus, et te defensante ut possideant, rogamus, cum mancipiis, his nominibus: Parminium cum uxore et filiis, Leomere cum uxore et filiis, Rusticum, Claudium, Silvium cum uxore et filiis. Hi enim similiter quaternos aripennos vineae monachis colant, uxores vero eorum decenos argenteos singulis annis monachis suprascriptis nostris Attanensibus persolvant, et nihil amplius ab eis ullo tempore exigere praesumat. Peculiaria vero eorum, campellos et vineolas nullo inquietante possideant, ea vero conditione, ut nec vendere, nec alienare praesumant. Cauriniacum vero domum nostram, quae portio nostra dicitur [1]), praeter id, quod dedimus, vel id, quod vendidimus, cum vineis, pratis, silvis et pascuis, medietatem basilica tua, domne Martine, habeat, [sicut] instituto hoc recolitur [2]) et medietatem monachi nostri Attanenses per te, ut habeant, humili supplicatione deposcimus. Eufrasium et Meroalidum vinitores vineae tuae deputavimus, domne Martine, ea vero conditione, ut vineae et ipsi quatuor arpennos colant et diligant.

Valentinianum pariter monachis suprascriptis deputamus, ut et ipse IV arpennos vineae colat monachis, et nihil amplius. Uxor sua Subfronia, et filios, si habuerint, in libertate permaneant. Basilicae sancti Martini dedimus portionem nostram e fundo Rofiaco, domum nomine Viliaco, cum omni jure suo. Similiter et dono Genuliacum cum aedificiis, pratis, silvis et pascuis, vel omni jure suo, sancto Martiali volumus esse

---

[1]) al. *bedetur*, i. e. videtur, est.

[2]) al. *haeres instituta recolat.*

donatum. Et de Scauriniaco vineae cultae arpennos quinque, quos Provincianus Leo vinitor colit, sancto Martiali pro oblata nostra donamus, ut servientes sancto Martiali vel matriculae suae per sanctum heredem nostrum accipiant. Area cum domo nostra intramuranea Lemovicinae civitatis cum ingressu et regressu ejus, basilica tua, sancte Martine, et monachi nostri Attanenses aequali successione possideant. Similiter in Issandone castro aream intramuraneam cum domo nostra simili aequitate possideant.

Eustriaco possessionem nostram Florentiae portionem et filiis suis volumus esse donatam, ut liberi nostri, quorum nomina sunt inferius comprehensa, sub defensione tua, sancte domne Martine, consistant, id est Castorium, cum uxore sua Limphasia, Octardum cum uxore sua Exsuperia, Aquilico et Pascentio, cum uxoribus eorum et filiis, Malloste cum uxore sua, Antedio cum filio suo, Levienardum cum uxore sua Gaudiosa, Garitbardum cum uxore sua, Faustinum cum uxore sua Ermactaria, Johannem cum uxore sua et filiis, Marometum cum uxore sua Sanctonidia, Faustinum cum uxore sua et filiis Antoniae, Nimasius cum uxore sua Maria, Maidrianum cum uxore sua Gerontia, Leonium cum uxore sua Bajola, Basulum cum uxore sua Avencia, Mauricium cum uxore sua Margaudia, Sanieldum cum uxore sua, Marcellum, Leontium cum uxoribus suis Cumina, Ursecia, Lucia, quam redemimus captivam, Romanam cum filiis, filios Burgoneri, Fantasium cum filiis, Hildetnodum cum uxore et filiis, liberos esse jubemus cum campellis et vineolis eorum, vel quantumcunque peculiaria habent vel habere potuerint inantea, volumus esse concessum, ea tamen conditione, ut de campellis vel vineis vendere nec donare habeant potestatem. Proculum et Macedoniam similiter ibidem deservire jubemus, nec non et manci-

piola haec et agnitio [1]) eorum inferius comprehensa decernere servos nostros jubemus. Solemium cum uxore sua et filiis, Maurencianum cum uxore sua Valeriana, Aligidm cum uxore sua Basilia, Aliasonum cum uxore sua Florentiana, Specia cum uxore sua Eugenia, Lupicinum cum uxore sua Hoctorecia cum filiis, Amarcium cum uxore Sauvia, Frangomere cum uxore sua Mariosa, Ranulfum cum uxore sua Animia et filiis, agnitionem eorum duximus, sed et aliquos ex ipsis liberos fecimus: hi vero cum campellis eorum et vineolis, vel quicquid habere videntur, aut adhuc habere potuerint et possidere, decernimus, ita ut singulis annis terna pondo carrae [2]) inferant nostro, et singulis mensibus eulogias vicissim ad Missas nostras revocent, et inferant in altario quinos argenteos, et donent ex aequo secundum quod paupertas eorum parere potuerit; nihil amplius ab eis aut a basilica sancti Martini, aut a monachis nostris requiratur, quam quod scriptum est, implere debeant.

Et istos liberos nostros et liberas nostras, quos nobis bonae memoriae genitor noster Jocundus per testamentum suum confirmavit; similiter et illos, quos pro remedio [animae] bonae memoriae fratris nostri Eustadii liberos fecimus, tibi, sancte Martine, defendendos commendamus. Et si quis eis amplius praeter hoc, quod eis injunctum est, in quolibet inquietare aut dominari voluerit, tu, sancte Martine, defendas. Nam et mulieres istas, quas inferius adscripsimus, id est Lividonidia cum filiis suis, Abenda, Allovera, Fraterna, Amasonia, Artemia, Susanna, Proba, Probatia, Fontania, ut singulis annis singulos trientes monachis nostris persolvant, et nullus ab eis magis requirere prae-

[1]) i. e. agnatio.

[2]) F. *terna pondo cerae.*

sumat, ne incurrat, quod supra comprehensum est. Caballos et jumenticula nostra, seu vaccas, oves et boves et porcos, lecturia, utensilia per domos, vel quicquid per cellaria aut areas nostras post obitum nostrum invenietur, ordinator sancti Martini medietatem pauperibus eroget, et aliam medietatem monachi nostri suprascripti percipiant.

Addimus etiam mancipia, quae colonaria appellantur, et nobis tributaria esse perhibentur; medietas ad basilicam tuam, domne Martine, et alia medietas monachis nostris proficiat, et reddant omnes singulis annis trientes. Hi sunt: Eulodius, cum filiis, qui nobis debentur, Laneardus cum filiis Friardus cum filiis, Amanda cum filiis, Gundemero cum filiis, Dominica cum filia. Idcirco praefata mancipia his sanctis locis donavimus, ut ipsorum merces nos peccatores [liberet.]

Quod unusquisque locus sanctus constitutus ibi habeat ministerium [1]) declaratum, rectum duximus inferendum; id est turres IIII, cooperturiolos olosyricos III, calices argenteos IIII, duo ansati, comparati solidis XXX, alius solidis XVI, duo ex ipsis auro sunt fabricati Item coopertorium lineum valentem solidis IIII, pallas corporales IIII, ... LV, minores V, et tribuna [2]) valentia solidis XII, et alia cotidiana valentia solidis VI, et alia cotidiana, quae sunt ante altare, valentia solid. V. et multa alia pretiosa ornamenta. Haec omnia ornamenta sanctorum, vel quicquid super sepulcra . . . . et Martini Attanensis sanctorum . . . . constituimus, id est Scipionem Diaconum et Aventiolum, quos instituimus ipsis custodiendum et studendum ante sanctos et domino Nobil . . . . Mecio Diacono sancti Martini consignavimus, simul et de Sisciaco oratorio tribunalia duo, va-

[1]) Sacra supellex.

[2]) Infra *tribunalia*, vox incertae significationis.

lentia solidos IV, vela ad hostia III, valentia solidos VI, turres, calices, pallas et coopertoria praedictis martyrariis [1]) ad custodiendum tradidimus.

Nam et adhuc adjuramus Praepositum sancti Martini et monachos nostros Attanenses per corpus et sanguinem domini nostri Jesu Christi, et merita omnium sanctorum, ut in oratorio sancti Hilarii, in cella mea, quinta feria omni tempore maturius Matutina et Missa sanctorum Domnorum a monachis ibidem revocetur [2]). Et tectos sanctorum reparari, cum necesse fuerit, jubeatis, hoc est Attano et Sisciaco, admonentes et monachos, et liberos et servos, et accolas nostros, ut ipsa loca sancta omni tempore sint munita, sicut mos est, hoc videlicet compositum, sicut relinquerimus, sic etiam conservetur, ut oportet, in domino Jesu Christo. Illi vero, qui nobis vel monasterio atque congregationi nostrae deservire voluerint, a rebus omnibus nostris tam nobis superstitibus, quam post obitum nostrum habeantur extranei.

Attanenses si, nobis vivis, monachis Vosidensibus solatia, sicut placuerit, praebuerint, Fexitoialo portionem nostram et centum arpennos terrae in Sisciaco prona voluntate donamus: sin vero renuerint, solatia praebere; quod eis a nobis donatum est, basilicae tuae, sancte Martine, et monachi Attanenses tibi commendata omnia revoces in perpetuam possessionem [3]).

---

[1]) Custodibus reliquiarum et supellectilis ecclesiae.

[2]) i. e. celebretur.

[3]) Hoc in loco alterum testamenti exemplar variat in hunc modum:

Ego Aredius . . . . et mater Pelagia cedimus et condonamus Deo et s. Petro Apostolo ad monasterium Vosidense apud Lemovicas, monasterium s. Michaelis, et ecclesiam S. Petri de Naves, et ecclesiam s. Martini Spartiniaco, et ecclesiam s. Galli, et ecclesiam de Camboliva, et ecclesiam

Quidquid vero in hoc testamento nostro fortasse non comprehensum est, aut, ut poni debuit, excessit, si terrula aut aliqua res mobilis inventa fuerit, ab herede nostro, domno Martino omnia sibi vindicanda revocet. Si mancipiola remanserint, et inventa fuerint foris testamentum, tam, qui chartulas libertatis extenderint, quam, qui non habuerint, defensante sancto Martino in libertate permaneant.

Et quidquid per chartulas manus nostrae subscriptione firmatas, dedimus, omnino valere praecepimus.

Si quis autem contra hoc testamentum nostrum venire voluerit, aut aliud, quam quod deliberatione nostra illa geritur, ire tentaverit, et hic et in aeternum per virtutes sancti et beati domni Martini sit excommunicatus et anathematizatus, et veniat illi illa maledictio, quam Psalmus continet in Judam Scariotis CVIIIus.

Aredius in Christo nomine peccator Presbyter testamentum nostrum scripsi, relegi et subnotavi, die et anno, quo supra.

Pelagia testamentum relegi et subscripsi, die et anno, quo supra.

---

de Baissiaco. Si autem monachi Vosidensis monasterii nobis solatia praebuerint, damus Pexitoialo portionem nostram, et centum aripentes vinearum, et curtim de Sisciaco, et mansum de Columbes de Vultuziaco, et mansum de Faorgiis de Alaciaco. Istas res denominatas sana mente et integro consilio, judices certiores rerum nostrarum, metuentes casus fragilitatis humanae, ne nos subito mors praevenire incautos valeat, condonamus atque concedimus Deo et s. Petro apostolo pro salute animarum nostrarum, omniumque parentum nostrorum. Facta sunt haec sub pridie Kal. Novem. XI. anno regni domini nostri Segeberti regis. Quicumque autem dona ista, quae de rebus propriis sub testamento fecimus, sibi violenter vindicaverit, excommunicatus sit, et anathematizatus.

Alstidius rogante domino meo Aredio et Pelagia testamentum nostrum confirmavi [1]).

Calpurnius rogante domino meo Aredio et Pelagia testamentum hoc confirmavi die et anno, quo supra.

Leo, rogatus a domno Aredio et Pelagia testamentum hoc confirmavi, die et anno, quo supra.

Nectarius hoc testamentum confirmavi, rogante domno Aredio et Pelagia.

Signum Adelfii subdiaconi.

Signum Nectarii testis.

XVIII.

Testamentum sollemne Mannanis.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana, scriptum in papyro, longitudine palmarum quinque et dimidiae, latitudine unciarum sexdecim. Editum est a *Marinio* "I papiri diplomatici" nro. LXXV. p. 116; annotationes adspersit in pagina 257—261 [2]).

II. Exhibet nobis charta nobilissima testamentum Mannanis cujusdam, conditum anno 572 p. C. n., authenticumque, ex archivis curiae Ravennatis desumtum, in quibus post recitationem in illa curia factam, ut moris [3]), asservatum fuerat. Opistographum est, testium enim signacula et superscriptiones haud in involucro testamenti, sed in ipso chartae dorso [4]) conspiciuntur. Nec tamen hologra-

---

[1]) In quibusdam exemplaribus Alstidii subscriptio, inserta est subscriptionibus Aredii et Pelagiae, ut medium inter eas teneat locum.

[2]) Specimen scripturae exhibet *Marinii* tabula V.

[3]) *Paull.* Sent. recept. Libr. IV. tit. 6. §. 1. *Ac demum* (testamentum in curia apertum et recitatum) *signo publico obsignatum in archium redigatur, ut si quando exemplum intercideri t, sit, unde peti possit.*

[4]) Conf. *Cujac.* Observ. et Emend. L. VIII. cap. 15. *Salmas.* ad Hist. Aug. script. p. 446. *Hugo* de scribendi origine prima. c. 31.

phum est, quippe coram tabellione conditum, et ejus manu conscriptum.

Dolendum magnopere, initium testamenti, una cum introitu, scilicet omnia, quae ad heredis institutionem, legata etc. spectant, deesse. Quae supersunt, hujus argumenti sunt:

1) Restat formula subscribendi, qua testator usus est, in verbis: *Ravennate-conrogavi*. Sequitur legatum libertatis Albanioni, uxorique ejus factum; quippe, quod in unaquaque testamenti parte rite fieri potuisse, constat. Cernuntur deinde vestigia subscriptionis manu testatoris adjectae, in literis: . . . *vir* . . . *ir*, quae suppleo: *Mannanes* vir *devotus suscripsi*.
2) Sequuntur subscriptiones testium septem, scilicet Johannis, Emiliani, Riccitanci, Theodosii, Andreae, Quiriaci et Petri.
3) Post spatium duarum unciarum Julianus adjutor Johannis tabellionis, se testamentum scripsisse, et a testatore suscriptum complesse, i. e. in mundum conjecisse transtulisseque, adnotat.
4) Inscripta cernitur testamento subnotatio Melminii Cassiani Magistratus curiae, recitatum esse testamentum Mannanis coram se, Kalendis Aprilium.
5) Sequitur, relicto pedis et trium unciarum spatio subscriptio Johannis tabellionis, qui testamentum quidem ab adjutore suo Juliano scriptum esse, coram se vero a testibus firmatum et testatori traditum fuisse, secundum ea, quae Novella XLIV cavit, adfirmat.
6) Iterum post spatium duarum unciarum adjecta est enunciatio sive notitia testium, ut moris erat, eo scilicet fine, ut, si testamentum post testatoris mortem, in curia recitandum foret, testes, qui illud signaverint, eo facilius invenirentur.
7) Quae sequuntur post aliud duarum unciarum spatium scilicet verba: *Testamentum vitalem — Ravennae,*

me judice ab Exceptore, et quidem recitato testamento, inscripta sunt, cum in archivum redigeretur, nempe ut ejus perquisitio, quando ejus inspectione opus foret, facilior redderetur.

8) Sequitur deinde post quatuor unciarum spatium altera subnotatio, eadem continens, quae a Magistratu ipso, sub nro. 5. adnotata fuerant, testamentum scilicet recitatum esse Kal. April. rogante teste Johanne, cui testator illud commendandum crediderit. Et haec ab Exceptore adnotata esse videntur.

9) In dorso chartae reperiuntur superscriptiones testium.

Quae sub nris. 4. 7 et 8 enumeravimus, me judice accesserunt huic testamento, *post* ejus recitationem; adscripta sunt locis vacuis in contextu testamenti obviis, antequam illud in archivum redactum esset, eo fine, ut non solum, testamentum re vera recitatum esse, pateret, sed etiam, ut et Gestorum de recitatione habitorum et testamenti ipsius in archivo asservati perquirendorum, ex ista notitia facilior occasio praeberetur.

III. Maximi pretii hoc antiquitatis monumentum est; patet enim ex illo:

1) Quaenam fuerit vera testamenti sollemnis forma, quam hucusque ignoravimus.

2) Discimus ex eo, non solum accessisse huic testamento subscriptiones et superscriptiones testium, sed etiam magnam fuisse differentiam inter hanc et illam, quam itidem hucusque non satis perspectam habuimus [1]. Testes enim:

---

[1]) *Marinius* hoc primus observavit, in libro: Gli atti e monumenti dei fratelli arvali p. 444. sqq. Post eum *Sabiniacus* rem explicavit, in: Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. II. p. 182—186. Nuperrime de ea differentia et de obsignatione testamentorum disputavit *Theod. Alex. Platzmann*, Jur. Rom. testimoniis de militum honesta missione, quae in tabulis aeneis supersunt, illustrati, specimen, p. 31—37.

a) non solum verbis quibusdam sollemnibus, se interfuisse testamento, et se illud *subscripsisse* enunciabant, et quidem eo modo, ut subscriptio ista in interiori testamenti parte fieret, cui tamen signaculum sive sigillum, ut nunc moris est, haud adponebatur;

b) sed etiam in dorso chartae, sive involucri [1]), cui circumdata erat, lino circumductae, signaculisque testium hic appositis, obsignatae clausaeque, nomen suum et quidem his signaculis iterum *adscripsisse* vel *superscripsisse* testes, inde patet.

Meridiana luce clarius id apparet ex nostro testamento. Videamus e. g. subscriptionem et superscriptionem testis tertii Riccitanci. Subscripsit in interiore testamento: *Riccitanc v. c. huic testamento rogatus a Mannane v. d. testatore, filio qd. Nanderit, ipso praesente et subscribente, atque ei testamento relecto, per quod constituit heredem sanctam ecclesiam catholicam Ravennatem, testis suscripsi.* Superscriptionem vero apposuit in dorso testamenti: *Ricchitanc v. c. testamentum Mannanis signavi.*

De illa superscriptione, nec vero de subscriptione testium agere vexatissima, frustraque hucusque ab interpretibus tentata [2]) fragmenta 22. §. 4 et 30.

---

[1]) Conferas *G. L. Boehmeri* Diss. de testamento subscripto et signato in involucro; in Elect. jur. civ. Exercit. III. Emendanda illa est per ea, quae de superscriptionis et subscriptionis differentia diximus; quod et de opinione *Grupenii* (Observat. de forma conficiendi acta ap. Rom. p. 122. sqq.) dicendum.

[2]) Videas e. g. *Salmas.* de modo usurar. p. 437. de subscrib. et signand. testam. p. 231. sqq. *Heraldi* Observ. ad jus Attic. et Rom. p. 499. 502. *Sarravii* Epistol. ad Burmann. p. 193. *Schulting.* Jurisprud. Antejustin. p. 344. not. 48. *Grupen.* Observat. de forma confic. acta ap. Roman. p. 140 sqq.

Dig. XXVIII. 1. *de testam.* [1]) certum est; unde regulae, quae ex his fragmentis ad usum practicum desumtae, plane concidunt. Sed alia etiam lis inde sopitur. Cum enim fragmentis istis *subscriptiones* testium innui falso putarent jureconsulti recentiores, quo modo, cum jam de iis in his fragmentis mentio fieret, Justinianus, eas per sacras Constitutiones introductas esse, dicere [2]) potuisse, quaesierunt.

Salva tamen res est. Superscriptiones testium, quum ad signacula eorum, testamenti claudendi causa adposita, deberent adnotari, ad essentialia pertinuisse, ut certius esset, testamentum ob fraudes falsariorum coërcendas, vere clausum fuisse, manifestum est; subscriptiones eorum vero haud ita strictissimi juris fuisse, verosimile. Theodosius igitur Imperator denuo, ne subscriptionibus testium testamenta carerent, cavit [3]); et cum in fragmentis laudatis superscriptionis, nec vero subscriptionis testium mentio injecta sit, Justinianus dicere, et quidem jure poterat, subscriptiones testium ex Constitutionibus scil. denuo inventas fuisse.

3) Patet ex nostro testamento vera subscriptionis formula, de qua *Duarenus*, *Salmasius*, *Grupeniusque*, mira

---

[1]) *Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, veruntamen signaverit, pro eo est, atque si adhibitus non esset. Et si, ut multi faciunt, adscripserit se, non tamen signaverit, adhuc idem dicemus.* fr. 22. §. 4. *Singulos testes, qui in testamento adhibentur proprio chirographo adnotare convenit, quis et cujus testamentum signaverit.* fr. 30.

[2]) §. 3. f. II. 10. *de testam. ord.* — *subscriptione testium, quod ex Constitutionibus inventum est* — *subscriptiones autem testatoris et testium ex sacrarum Constitutionum observatione adhibeantur.*

[3]) Novell. Theodos. Tit. IX. — c. 21. C. VI. 23. *de testam.* — *Non subscriptum namque a testibus atque signatum testamentum pro imperfecto haberi convenit.*

et falsa protulerunt. Duarenus scilicet hanc finxit: *Ego Titius hoc meo chirographo Sempronii testamento suscripsi, et testamentum obsignavi:* Salmasius: *Ego T. Sempronii testamentum suscripsi;* Grupenius: *Ego T. Sempronii testamentum signavi;* cum vera subscriptionis formula ea fuerit, quae et hic et in reliquis Ravennatensium testamentorum fragmentis conspiciatur.

Imp. Dno Justino PP. Aug. anno decimo; P. C. ejus anno septimo, sub die V. Kal. Martiar. Indict. octava Ravenn.

Ego Mannanes vir devotus, filius quondam Nanderit, sano corpore, integroque consilio, metuens emergentes casus humanos, hoc testamentum meum Juliano viro honesto, adjutore Johannis Forensis civit. Ravenn. scribendum dictavi, propria manu suscripturus; quod si jure civili vel praetorio aut cujuslibet novellae legis interventu forsitan valere nequiverit, ab intestato vice codicillorum meorum valere volo. Quod cuique hoc testamento dedero, legavero, id, ut detur, praestetur, fiat, fidei heredum meorum committo; quos liberos liberasve esse jussero, liberi liberaeve sint totae. Te igitur sanctam ecclesiam catholicam Ravennatem heredem constituo . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . [1]) Ravennate ad omnia ssta consensi et sus*scribsi*,

---

[1]) Supplendum forte: *Huic testamento ego Mannanes v. d. filius qd. Nanderit, in quo constitui heredem sanctam ecclesiam* Ravennatem ad omnia *suprascripta* consensi et suscribsi etc.

et numero competente testes, ut suscriberent, conrogavi. Alba (lea) nione cum uxore et fil*iis suis in*genuos *esse* volo, civesque Roman*os* [1]) . . . vir . . . ir . . . [2])

. . . *Johannis* vir *strenuus*, huic testamentum rogatus *a Man*nane *viro devoto*, filio q*uondam* Nanderit, ipso prae*sente et su*scribente, atque ei testamentum relictum, per quo constituit heredem *scam ecc*lesiam catholicam Ravennate, testis suscribsi †

*Emili*anus *vir devotus* Scrin*iarius* gl*oriosae sedis*, huic testamentum rogatus a Mannane v. d. testatur*e*, *filio* qd. Nanderit, ipso praesente et suscribente adque testamentum, per quo*d cons*tituit h*ere*dem scam ecclesiam catholicam Ravennate testis suscri*bsi* †

*Ric*citanc v. c. huic testamento rogatus a Mannane v. d. testatore, *filio* qd. *Nan*derit, ipso praesente et suscribente, adque ei testamento relic*tum*, *per* quo constituit hhdem scam ecclesiam catholicam Ravtem *tes*tis suscribsi

*The*odosius v. d. Mag*istratus* gl*oriosae sedis* [3]) huic testamen*tum* rogatus a Mannane v. d. testatore, *filio* qd. Nanderit, ipso praesente et suscribente atque ei testamen*tum relic*tum, per quo constituit heredem scam ecclesiam catholicam *Rav*ennatem testis suscripsi † † †

---

[1]) Conf. Novell. 78. cap. 1. Jure antiquo ingenuitatem liberto dedit Imperator, consentiente patrono, et quidem jus annuli, et natalium restitutionem. Dig. XL. 10. 11. Cod. VI. 8. Justinianus per c. 3. C. VI. 4. *de bonis libertorum*, patronis concessit natalium restitutionem, absque Imperatoris interventu, libertis suis dare; per Novellam 78 etiam jus annuli, talibus libertis in genere dedit. Cf. *Sabiniacum* in: Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter. Tom. II. p. 128. Ceterum *Koppius* pro: *et filiis* legit: *tribus*.

[2]) Vestigia sunt subscriptionis manu propria testatoris factae. Supplendum videtur: *Mannanes* vir *devotus suscripsi*.

[3]) Militabant sub Magistro Officiorum.

Andreas vir h*onestus* huic testamentum rogatus a Mannane v. d. testatore, filio qd. Nander*it*, *ipso* praesente et suscribente adque ei relicto, per quo constituit heredem *scam* ecclesia Rav. testis suscribsi † † †

*Quiria*cus v. h. Orr*earius* [1]) uhic testamentu rogatus a Mannane v. d. testature, filio *qd.* Nanderit, ipso presente et suscribente, adque ei testamentu relictum, per quo costituit hiride sca eclisia Ravennatis, testis suscribsi.

[2]) ὦ Πετρος v. h. Κολεκταριὼς [3]) ουει τηστα μηστωνι ρογατος α Μαννανη v. d. τηστατωρη φιλιως γαμδα Ναρδηρη ηψιου πρηστηνη ετ σουσκριυεντη . . . . ει τηστα μεντω ρηλεκτον ιπερ κυον κονστιτουετ ερηδε σαντα ηκλισια καδολικα Ραυεννατη τηστης σουσκριψιν † [4]).

[5]) *Julianus* v. h. scrib*tor hujus testamenti*, *adjutor Johan*nis Foren*sis*, habens stationem *apud* Sanctum Johannem Baptista, suscriptum complevi ∽ ∽ ∽ ∽

*Mel*minius [6]) Cassianus jun. Mag. Recitata apud me charta *tes*tamenti qd. Mannani d*evotae* m*emoriae* v*iri* subnotavi, *sub* d*ie* Kal. Aprilium, Imp. Dn. *Justi*no PP. Aug. anno decimo, P. C. ejus secundo anno septimo, Indictione *octa*va Rav. † † †

---

[1]) De *Horreariis* vid. fr. 5. §. 3. D. IX. 3. *de his, qui effud.* fr. 60. §. ult. D. XIX. 2. *Locati.* cf. *Gothofred.* Paratitl. ad Lib. VII. Cod. *Theod.*

[2]) Marinii lectio emendata est secundum ea, quae monuit *Koppius* in: Heidelberger Jahrbücher der Literatur für Philologie. Jahrg. III. (1809.) T. I. p. 29—36.

[3]) *Collectarii* ad tributa excipienda et apud ecclesias constituti erant. *Augustin.* de Civit. Dei. L. XXII. cap. 8. nro. 18.

[4]) Apposita huic subscriptioni, in margine nota quaedam manus propriae. Conspiciuntur enim literae: χμη, quas explico: χειρι ἐμη.

[5]) Interest spatium duarum unciarum.

[6]) *Koppius* legit: *Melmonius.*

[1]) *Johannis* v. h. For. hujus Civ. Rav. hunc testamentum Mannani v. d. per quo sibi hhidem constituit scam Eccl. Rav. scribtum a Juliano v. h. adj. meo, et a testibus roboratum et traditum complevi et absolvi.

[2]) Notitia testium:

Johannis vir st. fil. qd. Januari Praefectiani [3]).

Emilianus v. d. Scrin. g. s.

Riccitanc v. c. fil. qd. Montani.

Theodosius v. d. Mag. gl. s.

Andreas v. h. cata ipso Zenobio [4]).

Quiriacus v. h. Orr. qui tenet stationem ad domo Otratarit.

Petrus v. h. Collictar. fil. qd. Thomatis Defensoris.

[5]) † Testamentum vitalem [6]) Mannanis v. d. factum *sub die* V. Kal. Martiar*um* Imp. Dn. Justino PP. Aug. anno decimo, P. C. ejus anno septimo, Ind*ictione* octava, Ravenne †

[7]) . . . 3 . . *post* commenda*tionem* Johannis vir st. res . . . s est *sub die* Kal. Aprilium Imp. Dn. Justino PP. Aug. anno X., P. C. ejusdem secund. anno septimo, Ind. octava Rav.

---

[1]) Interest spatium pedis unius, et trium unciarum.

[2]) Interest spatium duarum unciarum.

[3]) *Praefectianus* i. q. Apparitor sive Officialis Praefecti praetorio.

[4]) *καθα*, prope Zenobium habitans.

[5]) Interest spatium quatuor unciarum.

[6]) Quid verbum *vitalem* sibi velit, incertum est. *Marinius* ait: "forse *vitale*, perchè quando fu scritta tal cosa, era in vita il Testatore tuttavia," sed ea displicent. Forte Mannanes alicui usumfructum sive reditus ad dies vitae, seriore aevo *vitales* dictos, in iis bonis, quae ecclesiae Ravennati legaverit, reservavit; indeque factum, ut testamentum ipsum appellaretur *testamentum vitale*.

[7]) Supplendum videtur: *Testamentum post* (sive *ad*) *commendationem Johannis viri strenui resignatum est sub die* etc.

In dorso literis minutissimis scriptum est:

† Johanuis	† Emilianus	† Ricchitanc	† Theodosius	† Andreas	Quiriacus	† Πετρο...
vir st.	v. d. Scrin. gls	v. c. testa	v. d., testamen	testamen . .	v. h. Orr. testa	. . . . .
testa	testa	mento	tum Man	Manna	me . . .	. . . . .
ment	men	Man	nani . . .	. . . . .	Manna . .	. . . . .
*Ma*nnani	t. Man	na	. . . . .	vi †	. . . . sig	. . . . .
*sig*navi	nani	nis	. . . . .		navi	
†	signavi †	signa				
		vi †				

XIX.

Codicillorum incertae aetatis Fragmentum.

Ex papyro descriptum, altitudinis octo unciarum, latitudinis sexdecim. E Norimbergensi quadam bibliotheca editum: 1) a *Christ. Gottlieb Schwartzio* in Dissert. III. de ornamentis librorum. §. 7. 2) a *Joh. Heumanno* in Commentariis de re diplomatica Impp. et regg. Germ. T. II. (1753) Praef. pag. IX. sq. 3) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXVIII. p. 121. cum animadversionibus, pag. 264.

. . . . . .

Item *prae*cipio, ut *in Ins*ula *Meli*tense dentur per *supra*script*u*m *heredem* . . . . . .
luminaria [1]) per omnes Dei scas Ecclesias, vel qui ad ipsam dioecesen pertinent, solidi centum, et ad pauperes om*nes* in p*raedicta* in Insula solidi centum. Similiter volo, ut dentur in *ca*stella, qui sunt super civitatem Salonitanam, tam in luminaria scarum Ecclesiarum, quam ad pauperes, id est, Asinio, Tilu(a) ...bielio, Genites (r), una cum alIs pulta seu elu(a) r (s) a [2]); solidi centum s(i) . . . vero excepte, quod in anteriore mea deliberavi volun*tatem* ad lib*er*tos meos, quam ad alios, vel quod in praesentes codicellos meos pro remedio anime meae etiam in luminaria vel ad pauperes dandum deliber*avi*, *et quan*ti remanserint in auro, solidi, volo ut omnes pro redemptione captivo*rum adhibeantur* . . . . . .

. . . . . .

[1]) lucernae ecclesiarum. *Lex Wisigoth.* L. XII. tit. 1. §. 3. *Lex Longobard.* L. III. tit. 3. §. 3.

[2]) His literis latere nomen servae sive ancillae *Paleae seu Clarae*, putat *Heumannus*.

II.

Instrumenta

ad rem

tutelariam pertinentia.

XX.

Gesta de constituto tutore speciali habita.

I. Asservantur Romae in bibliotheca Vaticana, scripta in papyro, (nec tamen in cortice, ut plerique autumarunt), longitudine palmarum novem, unciarumque novem, latitudine palmae unius, unciarum quatuor. Edita sunt: 1) a *Bernardo Montefalconio*, Diarium Italicum p. 64—69. Palaeograph. p. 15. et Bibliotheca Bibliothecarum. T. I. p. 480—482, qui vero in eo fallitur, quod tabulam nostram saeculo octavo conscriptam, et notatione aevi christiani instructam esse, censuerit; opinio inanis, quae ansam tamen praebuit errori, et in Prodromo *Chronicis Gottwicensis* T. I. p. 133. obvio, Longobardorum reges, et annorum Christi usum in publicas suas tabulas introduxisse. 2) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." Adp. p. 161—163. 3) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprudence Romaine." Adp. p. 73—75. 4) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXIX. p. 121—123. junctis animadversionibus pag. 264—266.

II. Gesta ipsa anno Christi 557 confecta sunt, et concernunt constitutionem tutoris specialis ad litem, Flaviani scilicet cujusdam, liberis Lendarit et Landarit, ad peti-

tionem matris Gundihildis, dati, et coram Curia Reatina factam. Gestorum tenor hic est:

1) Actores sive mandatarii Gundihildis comparent coram magistratu, exhibentes libellum ejus, petuntque, ut publice recitetur, tutorque in eo libello designatus, ut admittatur.

2) Curia huic petitioni innnens, mittit duos e concurialibus, Volusianum scilicet et Luminosum ad Gundihildem, ad sciscitandum, an actoribus re vera mandaverit ea, quae ab iis prolata fuerint.

3) Volusianus et Luminosus, paullo post reversi, Gundihildem respondisse, affirmant, se rata habuisse, quae a suis Actoribus proposita sint.

4) Recitatur igitur libellus Gundihildis; in quo flagitabat, ut Flavianus liberis suis, ad eas lites finiendas, quas Gunduhuls pater, cum Adjude, Rosemude, et Gundirite habuerit, tutor specialis daretur.

5) Flavianus a Curia interrogatur, an tutelam istam libenter adsumere velit? Et respondet, quod munus suscipere velit.

6) Interrogatur iterum, an fidejussorem idoneum exhibere possit? Et profert ille Liberatum quendam.

7) Introducitur Liberatus, et interrogatur, utrum libenter tutelae hujus fidejussor accedere velit? et cum responderit, se hoc velle,

8) Curia, et tutelam Flaviano decernit, et Liberatum fidejussorem agnoscit.

9) Gesta Flaviano et Liberato eduntur; idque legitime factum esse,

10) Curiales per subscriptiones suas adfirmant, Gestaque, manu Constantini Comitiaci roborantur.

Gunduhulsum, Gundihildem una cum liberis, sed et Adjudem, Rosemudem et Gundiritem e populo Gothorum fuisse, neminem fugit; Curiales, tutor et fidejussor Romani sunt.

. . . . . [1])
. . . Gundihild inlustris *femina* . . . . patrono [2])
nostra . . . . . *Lendarit* adque Land*arit* . . . . . .
. . . quibus adfectione naturae patrona nostra compul
. . . . . qui pridem memoratus superius Gunduhuls q*uond*am jugalis arav (sua) erant, in minore noscuntur esse *aetate*, non potuit repperiri, ne qualicum*que desidia*, *res eorum pere*ant, vel specialem tutorem in negotiis, *in quibus Gunduhuls pater eorum pul*satus fuerat, a vestra fieri desiderat Gravitate . . . . cujus [3]) *peti*tionem factam sollemniter ad vestrae Laudabilitatis Ordin*em* destinavit. Idcirco poscimus, ut eandem petitionem jubeatis *legi*, *quo possint*, *quae su*nt postulata, legaliter ord*inari!*

Horanius, Antonius *adque* Volusianus, sed et cunctus Ordo d*ixerunt*: Ex conc*urialibus nostris* Volusianus *adque* Luminosus ad Gundihildi inl. f., cujus ostensa *petitio est*, *domum* currant, per quos Gundihildi inl. f. si ad nos, faciendi tutorem *petitoriam seriem* direxit, et misso properiae volumtatis responsom significet!

C*umque Volu*sianus adque Luminosus ad Gundi*hild* inl. f. perrexissent, paulo *post* reversi d*ixerunt*: Pergentes ad Gundihil inl. f. *mandatum* vestrae detuli*mus* Gravitatis, quae petitionem faciendi tut*oris spec*ialis, ad vos se p*er Act*ores suos direxisse, propria voce signavit [4]), et postulavit, sicut in ejusdem *peti*torii se-

---

[1]) Deest initium Gestorum, scilicet dies et Consules; quae supersunt, continent verba, quae actores Gundihildis coram Curia fecerunt.

[2]) F. *patrona*.

[3]) *Morinius* inserit: *fec* . . . ex errore forsan, nam hanc voculam non in contextu esse, sed ab eo suppletam, literae Romanae indicant. Quid enim hoc sibi supplementum velit, mihi latet.

[4]) Lege: *significavit*.

riae [1]) continetur, Flavianum *virum honestum* in designatis negotiis tutor*em* specialem filiis ipsius ordinetis!

Horanius, Anthonius, Volusianus *sed* et cunctus Ordo *dixerunt:* Quoniam voluntatem Gundihil inl. f. de faciendo F*lavi*ano speciali tutorem liberis ejus, man*ifestam esse, per* Volusianum, ad*que* Luminosum, nostros concuriales agnovimus, *superest ut* ab Actoribus me*moratae* Gundihil inl. f. oblata petitio suscipiatur, et congrua lectione decl*aretur!*

C*umque suscepta fuisset,* Nitilibus v*ir laudabilis* legit:

„Legali semper est remedio minoribus su*cour*ren„dum, quibus paterna solatia fata subducunt, ne pro„prio genit*ore* privati, cum viduatae matris non poss*int* „*infir*mitate defendi, p*ropter* aetatis invicillitatem ad„versantum frau*dibus pateant,* vel eorum facul*tates* „occumbat [2]). Ante dies istos non plurimos Gundulus „vir inl. qd. jugales [3]), fatorum sorte consumptus, „duos mihi parvulus [4]) de communi matrimonio liberos „dereliquid, quibus doloris stupore depressa, n*ec* tute„lam ministrare valeo, nec utilem, que mun*us genera„lis* tutores [5]) adsu*mat,* repperire personam; et quia „memoratus *Gunduhuls* vir inl. qd. juga*lis* meus in „quibusdam negotiis ante non multum temporis, quam „dece*deret,* noscitur fuisse pulsatus [6]), et eo defuncto „calumniatores in orfano*rum* rebus vehementer insistunt,

---

[1]) *Series petitoria* sive *Series petitorii*, idem quod *Petitio ipsa;* occurrit etiam: *Series conditionum*, *Series conditio*, pro conditione ipsa. Videas *Cangium* sub h. voce.

[2]) Lege: *occumbant.*

[3]) Lege: *jugalis.*

[4]) *parvulos.*

[5]) *tutoris.*

[6]) in judicium citatus; terminus technicus medii aevi.

„ne qualicumque desidia facult*ati*bus orbatorum dispen-
„dium generetur, et eis indifensis, adversa*riorum* insi-
„diae convalescant, elegi vel, spec*ialem tu*torem, donec
„gener*alem* matura deliberatione perquiram, a vestrae
„Gravitatis Ordine . . . . postulare. Quapropter hujus
„serie petitionis inploro vestram, Rea*tinae* civitatis Mu-
„nicipes, Gravitatem, ut in *ca*usis, in quibus mihi
„*semper* dulciter memorandus Gunduhuls qd. conjunx
„meus, ab Adjud *inl. v.* et a Rosemud, qui Faffo con-
„nominatur, *nec non* a Gundirit, viro mag*ni*fico, nos-
„citur in diversis judiciis per aedi*tionem* narrationum [1]),
„sic*ut superius* legitur, esse conventus, Flavianum v. h.
„quem fide conprobatum plu*rimis* ad praesens potui
„repperire, sub legitima cautela, specia*lem tu*torem,
„Lendarit, adque Landarit, meis liberis adhuc in *impu*-
„bertatis annis deg*en*tibus ordinetis, quatenus ejus per-
„*sonis* . . . . . 6 . . . *ins*istente motu *litium* . . . . . tia,
„non fraudibus, ut adsolet, aut quibusdam supreptio-
„nibus r(s)el . . . . [2]) valeant, et aequitatis ordinem
„terminari."

Horanius, Anthonius a*dque* Volusianus, sed *et* cunctus Ordo d*ixerunt:* Lecta petitionis seriem Gesta *susci*pient! Nunc postulatus Flavianus v. h. ad medium deducatur, et, ut*rum li*benter in designatis negotiis officium tute*lae susci*piat, voce pro*pria* fateatur!

Cumque Flavianus v. h. fuisset ingressus, Horanius, Anthonius adque Volusianus sed et cunctus Ordo d*ixerunt:* Gundihildi [3]) inl. f. filiis suis specialem tutorem te in causis, in quibus Guduhuls vir inl. qd. ma*ritus*

---

[1]) *Editio narrationum*: terminus technicus pro *Actio, causa, lis intentata.* Cf. *Sirmond.* formul. 29. *Pitiscus* in Lexic. h. v. *Cangius* h. v.

[2]) F. *relevari et secundum aequitatis* etc.

[3]) Leg. *Gundihild.*

ejus ab Adjud inl. v. vel a Rosemud connominato Faffone, nec non a Gundirit pulsatos fuerat, petit ordinari. Si eandem specialem tutelam libenter adsumis, aut moderanter vel legaliter administras, oportet te, nobis praesentibus confiteris!

Flavianus v. h. dixit: Et libenter in memoratis causis officium tutelae suscipio, et utiliter me, sicut oportet, administrare promitto!

Horanius, Anthonius adque Volusianus, sed et cunctus Ordo dixerunt: Quoniam minorum nihil est utilitatibus denegandum et in eorum designatis negotiis tu(a)m m . . . . num desiderio . . . . 6 . . . . professio vel sponsio . . . . . 10 . . . . specialem te Lendarit adque Landárit clarissimorum puerorum, in causis, in quibus pater eorum ab inl. v. Adjut et Rosemud, connominato Faffone vel a Gunderit inl. v. per narrationum tenore pulsatus erat, specialem te tutelam decernimus ministrare, cui ut legitima firmitas injungatur, fidejussorem de tuae administrationis integritate, sicut legalia constituta sanciunt, praebere idoneum non desistas, cujus accessu minorum possit utilius negotia ministrari.

Flavianus v. h. dixit: Quae legibus sancita sunt, nullus poterit praeterire; ideo, quia specialem tutelam libenter adsumo, Liberatum v. h. de administratione mea fidejussorem vestrae praebeo Gravitati.

Horanius, Anthonius adque Volusianus, sed et cunctus Ordo dixerunt: Nuncupatus a Flaviano v. h. fidejussor nostris optutibus presentetur!

Cumque Liberatus v. h. introductus, Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus Ordo dixerunt: Quare te praesens Flavianus v. h. in concilio nostro deduxit?

Liberatus v. h. dixit: Ut, quia specialis tutor a Gundihil inl. f. filiis ejus postulatus est, in causis, in

quibus pater eorum ab Adjut *vir. inl.* vel a Rosemud, qui Faffo connominatur, sed et a Gundirit v. inl. pulsatus fuerat, ego ei fidejussor accedam.

Horanius, Antonius adque Volusianus, sed et cunctus Ordo *dixerunt:* Libenter hnjus tutel*ae fidejussor* accedis?

Liberatus v. h. *dixit*: Libenter et prona voluntate Flaviani *v. h.* memorati speciali tute*lae* fidejussor accedo. Horanius adque Anthonius et Volusianus *dixerunt*: Et oblegatis rebus tuis omnibus, quas habis et habere potueris, cum tuo actu et adnisu uti*li*ter et integre, *sine* fraude vel dolo minorum negotia spondis administrare?

Liberatus v. h. *respondit:* Oblegatis rebus meis omnibus, quas habeo habiturusve sum, Flavianum v. h. nuncupatum speci*alem tutorem*, *mi*norum utiliter et integre, sine qualicumque dolo vel fraude me a*dni*tente, spondeo ministrare.

Horanius, Antonius et Volusianus vel cunctus Ordo *dixerunt:* Quoniam in designatis negotiis Flavianum v. h. a Gundiildi h. f. [1]) filiis ejus specialis tutor *peti*tus, per interventum fidejussoris est legitima ratione firmatus; nunc quid amplius astantes fieri desider*ant*, *his Gestis prosequantur*?

Flavianus v. h. sed et Liberatus v. h. fidejussor ejus, *dixerunt:* Petimus a Gravitate vestra, ut susceptae tutelae fidem facere valeamus, Gestorum nobis aeditionem jubete sollemniter celebrari!

Horanius, Antonius et Volusia*nus* vel cunctus Ordo dixerunt: Gesta vobis, ut mos est, competenter edantur!

Et alia manu:

Ego Horanius v. s. [1]) Curial. Civitat. Reat. his *gestis apud* nos habitis edidi †

---

[1]) Lege: *inl. f.*

[2]) *vir spectabilis.*

Ego Antonius v. l. Curial. Civitat. Reat. his gestis apud nos habitis edidi †

Ego Volusianus v. l. Curial. Civitat. Reat. his gestis apud nos habitis edidi †

Ego Decoratus v. l. Curial. Civitat. Reat. his gestis apud nos habitis edidi †

Ego Maximus v. l. Curial. Civitat. Reat. his gestis apud nos habitis edidi †

Ego Vigilius v. l. Curial. Civitat. Reat. his gestis apud nobis habitis suscripsi †

Ego Flavianus v. l. his exemplaribus gestorum a me datis subscripsi, quae per Constantinum v. d. Comitiacum aedidi †

Ego Constantinus v. d. Comt. his gestis *ex* authentico [1]) ededi, sub die G II. Id. Decembris P. C. Basili V. C. anno XG. † [2]).

XXI.

Gesta de allegato instrumento plenariae securitatis habita.

I. Asservantur Parisiis in bibliotheca regia; inscripta sunt papyro, longitudinis ferme decem palmarum, tribusque in columnis. Primus hujus documenti mentionem fecit *Cujacius* Libr. IX. Observat. c. 26. (a. 1569); tum *Fornerius* ad Cassiodori Var. L. IX. ep. 7. Exhibuerunt illud: 1) *Brissonius* Libr. VI. de formulis, cap. 195. — 2) seorsim, sed ex apographo minus adcurate descripto, *Gabr. Naudaeus* sub titulo: "Instrumentum plenariae securitatis scriptum anno Justiniani Imp. 38, id est, Instrumentum, quo transigit Gratianus tutor cum Stephano pupillo [3]), e bibliotheca Cardinalis a Balneo prolatum."

---

[1]) *Authenticum* i. q. originale mundum.

[2]) *Marinius* adhuc observat: "Nel sottoposto spazio vacuo è stato modernamento scritto:

Le Goulx et Charnot testes rogati ad hoc."

[3]) Immo: nomine Stephani pupilli, cum *Germana* vidua Collicti.

Romae 1641. 4. — 3) *Mabillonius* Supplem. libror. de re diplomat. p. 73—76; junct. p. 55. 67 et 90 (cui, antequam Brissonium inspexisset, fucum fecerat titulus, teste P. Hamone, a tergo chartae adscriptus, et testamentum C. Julii Caesaris mentitus). Exhibet Mabillonius totum documentum aeri incisum. — 4) *Franc. Carol. Conradi* Lib. II. Parergor. p. 194—237. Libr. IV. p. 437—487. junct. Praef. p. XXXIX—XLII; cum supplementis doctis quidem, nec tamen omni vitio carentibus. — 5) *Terrassonus* in "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 75—78. — 6) *Guid. Ant. Zanetti* in opere, quod inscribitur: Nuova raccolta delle monete e zeche d'Italia. (Bologna 1775—1789. f.) T. II. p. 367 sqq. — 7) *Marinius* in: "I papiri diplomatici" nro. LXXX. p. 124—126; junctis animadversionibus p. 266—272.

II. Continet Instrumentum Gesta in curia Ravennati confecta anno Christi 564. Gratianus tutor Stephani pupilli a Germana vidua Collicti cujusdam, ea receperat, quae Stephano ex testamento Collicti, legati, vel hereditatis nomine, a vidua defuncti debebantur; apochamque, sive securitatem plenariam coram tabellione, et quinque testibus factam Germanae dederat. Germana vero, ut de validitate apochae certior fieret, eam ad acta allegandi consilium ceperat. Tenor Gestorum vero is est:

1) Offert igitur Germana instrumentum a Gratiano conscriptum, curiae, desideratque, ut legatur, et Gratianus ipse interrogetur, an illud a se factum esse, agnoscat.
2) Recitatur instrumentum, mittuntuque Principales cum Exceptore ad Gratianum, ad perquirendum, utrum illud recognoscere velit, an non.
3) Agnito instrumento revertuntur, referuntque ea, quae Gratianus dixerat.
4) Germana petit, Gesta sibi edi, annuuntque magistratus huic petitioni.

Apochae ipsi adnexum est *Breve*, sive inventarium earum rerum, quae ex successione Collicti ad Stephanum venerunt, et a Germana Gratiano traditae erant.

III. Adscribere lubet, quae Conradus de utilitate hujus instrumenti disputavit. Licet ex eo veterem, nec ad hunc diem compositam controversiam tandem dirimere, scilicet quaestionem: utrum in ejusmodi instrumento, quod pro imperito literarum conficitur, duo omnino tabularii desiderentur, an vero unus sufficere possit? Posterius jam olim adversus *Placentinum* tenuit *Accursius* [1]; cui adsensit *Cujacius* [2]) contra *Alciatum* [3]), qui Placentini sententiam defendit. Pro his equidem, qui duos tabularios requiri censent, facit et lectio Basilicorum Lib. XXII. tit. 4. in Novell. LXXIII. c. 8: quae habet: Ταβυλαρίους δύο πάντως καὶ μάρτυρας παραλαμβάνεσθαι, quam lectionem et *Scrimgerus* et *Hombergius zu Vach* tuentur. Verum pro altera parte stat lectio *Haloandri*: Ταβυλαρίους διὰ πάντων καὶ μάρτυρας, quam et vetus Interpres ita expressit: *Et testes et omnino tabularios*, nec aliter *Julianus* legit, quia διὰ πάντων, *semper* vertit.

Quae Juliani auctoritas etiam fecit, ut Alciatus [4]) sententiam haud obscure mutaverit. Omnem dubitationem tollit instrumentum nostrum, in quo nulla, praeter Johannem, alterius tabellionis mentio, aut vestigium occurrit; tum vero ex subscriptione quinque testium apparet, falsum esse Scholiasten Basilicorum, qui, tres tantum testes subscribere, postquam tabuloriarum alter pro literarum experte scripserit, alter interpretatus sit, notare nos jubet.

---

1) Glossa ad c. 32. C. I. 3. *de episcop. et cleric.* — et ad c. 24. C. V. 37. *de admin. tutor.*

2) Exposit. Novell. XLIV.

3) Parerg. L. VI. c. 19. L. VIII. c. 19.

4) Parerg. L. VIII. c. 19.

Germana clarissima femina, relicta quondam Collicti dixit: Cujusmodi chartula plenariae securitatis mihi fecerit Gratianus *vir reverendus*, legitimae constitutus tutor Stefani *honesti pueri*, de it, quod ipsius *popillo de successione quondam Collicti competere poterit; eam a competenti Officio suscipi jubeatis, legi, actisque* indi, deinde una mecum Principales viri pariter et Exceptorem ad memoratum Gratianum v. r. legitimum constitutum tutorem Stefani h. p. dirigi jube*atis*, *qui suprascriptum Gratianum v. r. interrogent, si ipse eam mihi fecerit, et Johanni viro honesto Forensi hujus civitatis Ravennatis scribend*am dictaverit, et ipse, in eadem manu propria signum inpraesserit, testesque, ut suscriberent, conrogaverit, vel si mobilia, quae inferius leguntur, si a me *non omnia ei tradita fuerint, neque immobilia se habere professus sit, vel si quadraginta sex solidos cum argento infra scripto non acceperit, et chartam hanc Gestis apud colend*am *Laudabilitatem vestram* allegare voluerit, seu, quam habeat voluntatem, his actis edicere non moretur.

---

[1]) Series exhibetur hoc loco literarum plurimarum, diversissimo modo sibi invicem junctarum, quarum enodatio hucusque felici successu caruit. Mabillonius ea se nec legere nec divinando assequi potuisse, ingenue fatetur. — Pro comperto tamen haberi potest, iis inesse notationem temporis, nominaque Magistratuum curiae Ravennatis, coram quibus Germana comparuerit. Vana igitur sunt, quae Conradus iis inesse putavit, aenigma hoc tali modo solvens: *Germana c. f. dixit: Chartam quam mihi fecit Gratianus v. r. prae manibus gero, et supplicavit: Si non legalis vidit, scripsit et complevit, ille allegare Gestis municipalibus jubeatur. Mag. Curiae Rav. dixit: Prosequere, quam chartam cupis gestorum allegatione roborari. Germana c. f. relicta quondam* Collicti *dixit*, et quae in textu sequuntur.

Ipsam seriem literarum in tabula I. nostri operi subjuncta, exprimendam curavi.

Magistratus dixerunt: Primitus suscipiatur chartula plenariae securitatis, quae offertur, et legatur!

Cumque suscepta fuisset, ex Officio recitatum est:

„Imp. Dom. nostr. Justiniano PP. Aug. anno tri-
„censimo octavo Rav. P. C. Basili anno vicensimo tertio,
„*sub die* Iduum Juliar. Indict. duodecima, Rav."

„*Ego Johannes Forens. civ. Rav. scribsi, rogatus*
„*a Gratiano v. r. subdiacono, praesente mihique dictan-*
„*te, qui fatetur, omnem tertiam portionem, quibus mo-*
„*dis* (r) vel condicionibus subscriptis possit esse conpu-
„tata, et ideo dum inter Gratianum v. r. legitimae con-
„stitutum tutorem Stefani inpuveris et *Germanam c. f.*
„*relictam qd. Collicti v. h. convenit, sibi tradita, et*
„*omnia plene persoluta esse, ideoque debet suprascriptae*
„*Germanae securitas promitti*, et res gesta documentis
„ascribi, ut omnes de cetero sopiatur oblivio, et res
„memoriae sempiternae mandetur, nec probatio, cum
„necesse fuerit, *deesse possit*, *Gratianus v. r. subdia-*
„*conus propria et libera voluntate profiteor, me tutorem*
„*Stefani h. p. legi*timae constitutum a te *supradicta*
„Germana *c. f. om*nem tertiam portionem praefato mi-
„nori competentem, secundum tenorem testamenti *quon-*
„*dam Collicti, tam in mobilibus, quam in immobilibus,*
„*et de diversis speciebus, quae venditae sunt, sive in*
„*speciebus, secundum divisionem accepisse, et ad* [1])
„conservandam nihilominus per te sstum [2]), de omni-
„bus soperadnexis capitulis, vel de quibuslibet aliis,
„decisam esse omnem causationem *disceptationemque.*
„*Proinde tibi, supradictae Germanae c. f. hanc plena-*
„*riam securitatem facio, quoniam ea, quae suprascripto*
„*popillo competere secundum tenorem testamenti* pote-
„runt, deducta inter nobis *ad liquidum*, omnem ratio-

---

[1]) In textu est: . . . *e conservandam.*

[2]) i. e. *suprascriptum. Conradus* legit: *successionem.*

„nem *suprascrip*tae successionis, te manifestum est, „omnia persolsisse [1]), et sine alicu*jus rei retentione aut „deminutione, sicut in subteradnexo Brevi perscripta „leguntur, et praecipui viri, quorum suscriptiones infra „noscuntur, praesentes viderunt; insuper decla*rans [2]), „neque me, nec *suprascrip*tum Stefanum popillum, he„redesque nostros ultra adversus te, *suprascrip*ta Ger„mana, heredesque tuos inqui*rere, neque per nos, neque „per oppositam* [3]) *personam, et in confirmationem prae„sentis inter nobis initae pactionis, invocato Dei omni„potentis nomine et per salutem Imp. Dn. Justiniani,* „invictissimi principis R*omanum* gubernantis imperium, „me ea omnia, quae superius leguntur adscribta, in„vio*la*ta custodire, *et sine ulla calumnia absque ullo „doli, vis, metus aut circumscribtionis obtentu servare „velle, juro. Quodsi in posterum apparuerit, vel inter„pellatione vel supplicatione, sive ullius* rei *petitione „aut* quolibet [4]) arti*ficio*, memoratae *s*uccessionis, *me „suprascriptum Gratianum* . . . . . secure . . . . . e [5]), „sed tunc [6]) non solum *et* perjurii reatus incurram se„cundum leges [7]), verum etiam daturum me promitto,

---

[1]) *persolvisse.*

[2]) In textu: . . . *tans.*

[3]) Idem quod *interpositam.*

[4]) In textu est: . . . *ce* . . . *a quolibet* etc.

[5]) *Conradus* legit et supplevit: *Gratianum contravenire adversus te, heredesve tuos, tunc* etc.

[6]) Incipit Columna secunda.

[7]) Scilicet c. 41. C. II. 6. *de transactionibus: Si quis major annis XXV. adversus pacta vel transactiones, nullo cogente imperio, sed libero arbitrio, et voluntate confectos putaverit esse veniendum, vel interpellando judicem, vel supplicando Principibus, vel non implendo promissa, eas autem invocato Dei omnipotentis nomine, eo auctore solidaverit; non solum*

„*he*redesque meos, tibi *suprascriptae Ger*manae here-
„desque tuis, penae nom*ine*, ante litis ingressum, auri
„solidos triginta *et sax*, suppositis omnibus rebus meis
„ypoticae titulo, quas habeo, habiturusve sum, manente
„nihilominus hanc plenariam securitatem in sua firmi-
„tate, ubi ubi et in cujuslibet judicio [1]) prolata fuerit;
„quamque plenariae securitatis [2]) Johanni tabellioni
„Civ. Rav. scribendam dictavi, in qua pro ignorantia
„literarum subter signum feci, auctoritateque roborata
„praesentibus testibus optuli suscribendam, quam si ge-
„stis municipalibus allegare, ubi ubi, aut quando tibi
„placuerit, non amplius spectata mea professionem,
„quam praesentibus testibus sum aelocutus, tribuo ex
„more licentiam, stipulatione et sponsione interposita.
„Actum Rav. *sub die* et P. C. ssti. Indict. ssta duode-
„cima.

"Item inserendo Breve.

"Breve de diversis species, quae vinditae sunt de
"successionem *suprascrip*ti q*uondam* Collicti, seu mer-
"cidis mancipiorum, quam etiam pensionem domus,

notetur infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena, quae pactis probatur inserta, et rerum proprietate careat, et emolumento, quod ex pactione vel transactione illa fuerit consecutus.

[1]) Renunciavit his verbis Gratianus subdiaconus fori praescriptioni propter sacerdotii praerogativam. cf. c. 23. C. I. 3. *de episc. et cleric.* juncta c. 29. C. II. 3. *de pactis. Si quis in conscribendo instrumento sese confessus fuerit, non usurum fori praescriptione, propter cingulum militiae suae vel dignitatis, vel etiam sacerdotii praerogativam; liceat antea dubitabatur, si oporteret eandem scripturam tenere, et eum, qui hoc pactus est, non debere adversus suam conventionem venire: vel licentiam ei praestare, decedere quidem a scriptura, suo autem jure uti, sancimus: nemini licere adversus pacta sua venire, et contrahentes decipere* etc.

[2]) sc. *chartam.*

„sed et de cautiones vel de praetio ancillae Ranihildae, „seu boves, et de res *quondam* Guderit liberti, quod „accepit Gratianus v. r. sstus, in portione ssti Stefani „popilli, fieri simul in auro, solidos quadraginta et „quinque, et siliquas viginti tres aureas [1]) nummos „aureos sexaginta.

„Item et in speciebus secundum divisionem, argenti „libras duas, hoc est, cocliares [2]) numero septem, sco„tella [3]) una, fibula de bracile [4]) et de usu bandilos, „formulas [5]) duodecim, stragula prolimita [6]) duo valen„tes solido uno, tremisse [7]) uno, scamnile acu picto „valente solido uno, plicton vetere [8]) siliquas quattuor „aureas, camisia tramosirica [9]) in cocco et prasino va„lente solidos tres semis, sarica [10]) prasina ornata va„lente solido uno et semisse uno, arca clave clausa „valente siliquas duas, sareca misticia [11]) cum manicas

---

[1]) Solidus aureus continebat siliquas aureas XXIV. Sed et asprio dividebatur in siliquas. cf. *Isidor.* Orig. L. XVI. cap. 24.

[2]) *cochleares.*

[3]) *scutella.*

[4]) Bracile est redimiculum, sive succinctorium, quod dividens per cervicem et a lateribus colli divisum, utrarumque alarum sinum ambit, atque hinc inde succingit, ut constringens latitudinem vestiat, corpus atque conjungendo componat. *Isidor.* Orig. XIX. c. 33. — Fibula vero argentea hic dicitur, et ad annectendum bracile et pariter *usui bandilos* i. e. fasciae inservisse.

[5]) *formulae*, imagunculae. *Cangius* v. forma.

[6]) *Stragula polimita* i. e. vestis multi coloris: *polimitus* enim textus multorum colorum. *Isid.* XIX. 22. 26.

[7]) tertia pars solidi. *Isid.* XVI. 24.

[8]) *Plicton vetus*, stragulum per plexuram contextum.

9) *Tramosericia*, stamine lineo, trama ex serico. *Isid.* XIX. 22.

[10]) *Sarica*, *sareca*, *saraca* et *sarca*, genus pallii aut veli. *Salmas.* ad Hist. Aug. Scriptt. p. 86. 165.

[11]) i. e. *mixticia*, diversi coloris varii.

„curtas valente siliquas aureas duas, bracas [1]) lineas „valentes siliqua aurea una, culcita [2]) valente solido „m . . . . 3 . . . , conca [3]) aerea una, cucumella [4]) „una, orciolo aereo uno, lucerna cum catenula annixe „aerea una, ferro fracto libras duodecim, butte de „cito [5]) valente semisse uno, butte minore valente sili- „quas duas semis, aureas nummos quadraginta, butte „granaria valente siliquas aureas duas semis, nummos „quadraginta, arca granaria minore ferro legata [6]) va- „lente siliquas aureas duas, falce missuria [7]) valente „siliqua aurea una, cuppo [8]) uno, runcilione uno, „orcas [9]) olearias duas valentes siliqua una semis argen- „teas, armario uno valente siliquas aureas quattuor, „socas [10]) tortiles duas valentes siliquas aureas sex, „sella ferrea plictile valente tremisse uno, sella lignea „plictile [11]) valente nummos aureos quadraginta, mensa „et catino [12]) ligneos valentes siliqua aurea una, mor-

---

1) c. 2. C. Theod. XIV. 10. *de habitu, quo uti oportet intra urbem. Usum bracarum intra Urbem venerandam neminem liceat usurpare.*

2) culcitra lectularia.

3) *concha*, vas olearium concavum et superius patulum. *Cato* de re rust. cap. 13. 66. *Columella* Lib. XII. cap. 50.

4) caldarium vas. fr. 17. §. 1. D. VIII. 7. *si servit. vind. Cujac.* Observ. X. 15.

5) cupae de aceto, sive cum aceto. *Salmas.* l. c. p. 253. 408. *Cujac.* Obs. IX. 26. *Bynckerhoeck* Observ. jur. Rom. L. V. c. 9.

6) *ligata.*

7) *Paull.* Sent. recept. L. III. tit. 6. §. 36.

8) *Cupos* et *Cupas* a capiendo, i. e. accipiendo aquas vel vinum vocatas, voluit *Isidor.* Orig. XX. 6. 7.

9) *orca, orcium, orciolus* vas olearium. *Isid.* l. c.

10) sc. *sogas*, i. e. funes. *Cangius* h. v.

11) *sella plectilis*, seriore aevo *faldistoria* (Feldstuhl).

12) Ludi latrunculorum genus? Vid. *Cangium.*

„taria marmorea dua valentes siliqua aurea una, al-„biolo [1]) ligneo valente nummos aureos quadraginta, „sacma [2]) valente asprione aureo uno, scamnile cum „agnos [3]) valinte siliquas aureas duas, seryo, nomine „Projecto [4]).

„Item notitia de res Guderit quondam liberti, id „est, arca clave clausa, ferro ligata, valente siliquas „aureas duas, alia arcella minore rupta valente siliqua „una semis asprionis, tina [5]) clusa valente siliqua una „asprionis, cocumella cum manica [6]) ferrea vetere pen-„sante libra una semis, caccavello [7]) rupto pensante „libra una, catena ferrea desuper foco pensante libras „duas semis, sacario [8]) valente siliqua una asprionis, „cute olearia [9]) valente siliquas duas asprionis, pana-„rio [10]) rupto uno, capricio [11]) valente nummos octu-„ginta, orciolo testeo [12]) valente nummos octuginta,

---

1) *alveolo. Columell.* L. VIII. c. 5. *Salmas.* Exercitatt. Plin. p. 848.

2) *sagma*, sagum, quod jumentis imponitur, ut mollius et sine noxa sua vehant. *Veget.* de re veterinar. L. II. c. 50. *Isidor.* XX. 16. *Scheffer* de re vehicul. L. II. c. 2.

3) Agni picti erant in scamnile.

4) Ad mobiles res pertinet servus Projectus.

5) *tina*, vas grande ligneum, vino condendo paratum. *Fest.* v. Tinia. fr. 17. §. 1. D. VIII. 5. *si servit. vind. Salmas.* Exercit. Plin. p. 165.

6) manubrio.

7) *cacabus*, vas aereum, in quo aqua calefit. *Pancirol.* Thesaur. var. Lect. L. I. c. 62.

8) Secundum *Conradum*, rete; *Marinius* legere vult: *satario*, *rotario*, *rutario*, i. e. rutabulo.

9) cote oleo perfuso. *Plin.* Hist. natur. L. XXXIV.

10) *panarius*, corbis ad recipiendum panem.

11) vasculo.

12) *testaceo.*

„olla testea terupta [1]), una talea [2]) valente asprione, „albio [3]) valente nummos octuginta, rapo [4]) valente „asprione, modio valente asprione uno, butticella gra„naria valente siliqua una asprionis, sareca una veteri „tincticia valente siliquas aureas tres, camisia ornata „valente siliquas aureas sex, mappa [5]) valente asprionis „siliqua una, lena [6]) vetere una, sagello [7]) vetere uno.

„Item notitia, quod accepit ss̄tus Gratianus de do„mus, quae sunt intra civitate Ravenna, seu praedia „rustica, quae sunt in diversis territuriis.

„Ex domo, quae est ad sanctae Agathe Rav. secun„dum fidem documenti, uncias duas; ex domo, quae „est post basilica Sti. Victoris Rav. secundum fidem „donationis uncias quattuor; ex casa, qui appellatur „Casa nova Rav. terr*itorio* secundum fidem donationis, „uncias quattuor; ex unciis sex fundi Saviliano, quod „obvenit per donatione Gunderit, uncias duas; ex casale „Petroniano terr*it.* Bononiense in Tellino, secundum „fidem documenti uncias duas; ex uncias tres fundi „Ver*a*tiano, quod vendedit Gaudentius in s̄sto territ. ex „loco una uncia; ex uncias tres fundi s̄sti, quas ven„dedit Afrio [8]) uncia una; ex uncia una semis fundi „s̄sti, quae vero vendedit Bonosa, semeuncia; ex por„tiones Urbicii et Staturiani, quos vindete sunt am*plius* „ . . . . . ad Ponticello et Lupatis *suprascrip*to terri-

[1]) *dirupta.*

[2]) bacillus fissilis, rationibus recipiendis aptus.

[3]) *alveo.*

[4]) vel *sapo.* Vocula incertae significationis.

[5]) genus vestium.

[6]) chlaena, vestis.

[7]) Sagum, vestis.

[8]) Incipit Columna tertia.

„*torio*, nec non ex domo intra civitate Corneliense, „quos fundos vendedit Nessor Episc. uncias quaternas „de . . . portionem ejus, siliquas quattuor et pu(a)nga[1]) „una,

Tantum."

„Signum ssti Gratiani v. r. subdiaconi literas nescien„tem et alia manu *subscribentem.*

„*Ego* [*N. N.*] *huic plenariae securitati, sicut supe„rius legitur, de perceptam omnem tertiam portionem, „quod supra*scribto Stefano popillo de successionem ssti „qd. Collicti conpetere poterunt, rogatus a ssto Gratiano „v. r. subdiac*ono* tutore ssti po*pilli, qui me presente „signum fecit, et ei relectum est, testis suscribsi, et „omnia mobilia, quae superius leguntur, ei tradita vidi, „inmobilia vero se habere professus est, et* gestis alle„gandi municipalibus tribuit licentiam, et quadraginta „sex solidos cum ssto argento ei traditos vidi.

„Montanus vir *inl. huic plenariae securitati, sicut „superius legitur, de perceptam omnem tertiam portio„nem, quod ssto Stefano popillo de successione ssta qd. „Collicti conpetere poterunt*, rogatus a ssto Gratiano „v. r. subdiac*ono*, tutore ssti popilli, qui me praesente „signum fecit, et ei relectum est, testis suscribsi, et „omnia *mobilia, quae superius leguntur, ei tradita vidi, „inmobilia vero se habere professus est, et gestis alle„gandi municipalibus tribuit licentiam, et quadraginta „sex solidos cum* ssto argento ei traditos vidi.

„Stefanus *vir devotus, Scriniarius gloriose sedis* „huic plenariae securitati, sicut superius legitur, de „perceptam omnem *tertiam portionem, quae ssto Stefano „popillo de successione ssta qd. Collicti conpetere pote-*

[1]) *Conradus* legit: *ex uncia una. Punga* sive *panga* vero sine dubio nummus fuit, sed qualis? Medio aevo *punga*, πυγγα, sacculum sive bursam significavit, teste *Marinio.*

„*runt, rogatus a ssto Gratiano v. r. subdiac. tutore ssti*
„*popilli, qui me praesente* signum fecit et ei relictum
„est, testis suscribsi, et omnia mobilia, quae superius
„leguntur, ei traditas vidi, inmo*bi*lia vero se *habere*
„*professus est, et gestis allegandi municipalibus tribuit*
„*licentiam, et quadraginta sex solidos cum ssto argento*
„*ei traditos vidi.*

„[N. *N.*] *huic plenariae* securitatis, sicut superius
„legitur, de percepta omnem tertiam portionem, quod
„ssto Stefano popillo de successione ssta qd. Collicti
„*conpetere poterunt, rogatus a ssto Gratiano v. r. sub-*
„*diac. tutore ssti popilli, qui me praesente signum fecit,*
„*et ei relectum est, testis suscripsi, et omnia mobilia,*
„quae superius leguntur, ei traditas vidi, inmobilia
„vero se habere professus est, et gestis allegandi muni-
„cipalibus tribuit licenti*am*, *et quadraginta sex solidos,*
„*cum ssto argento, ei traditos vidi.*

„[*N. N.*] *huic plenariae securitati, sicut superius*
„*legitur, de perceptam omnem tertiam por*tionem, quod
„Stefano popillo de successione ssti qd. Collicti conpetere
„poterunt, rogatus a ssto Gratiano v. r. subdiac, tutor*e*
„*ssti popilli, qui me praesente signum fecit, et ei rele-*
„*ctum est, testis suscripsi, et omnia mobilia, quae su-*
„*perius leguntur, ei tradita vidi, inmobilia vero se*
„*habere pro*fessus est, et gestis allegandi municipalibus
„tribuit licentiam, et quadraginta sex solidos cum ssto
„argento ei datos vidi.

„*Ego Johannes Forens. civ. Rav. hoc instrumentum*
„*plenariae securitatis, factum a Gratiano v. r. Subdiac.*
„*tutore Stefani* popilli, in Germana cl. f. relectum, ro-
„boratum et traditum conplevi et absolvi diae ssta.“

Ag*ens* Mag*istratum* d*ixit:* Lecta chartula plenariae securitatis in acta migravit! Et adjecit: Secundum petitionem Germanae cl. f. relictae qd. Collicti per*gant nunc de praesenti viri laudabiles Principales* [*N. N.*]

una cum Exceptore ad Gratianum v. r. subdiac. tutorem Stefani popilli, ut dum eidem chartula plenariae securitatis seu Brevis subteradnexi ostensa relectaque fuerit, si a se in supradicta Germana *factam esse agnoverit, aut quid responsi dederit, actis renuncietur!*

Cumque itum fuisset et paullo post regressum [*N. N.*] *Principales una cum Exceptore dixerunt: Gratianus v. r. cum ei a nobis ostensa et relecta fuisset chartula plenariae securitatis cum Breve subteradnexo, dixit: ego hanc chartulam Johanni For. civ. Rav. dictavi, in qua subter manu mea signum feci, testesque, ut susscriberent conrogavi et mobilia ssta omnia mihi tradita sunt, et inmobilia habeo, et quadraginta sex solidos, cum ssto argento accepi.*

Ag. Mag. dixit: Accepta responsione praesentium [*N. N.*] *Principalium, pariterque et Exceptoris, quid nunc amplius Germana c. f. fieri desiderat?*

Germana c. f. dixit: Peto, ut Gesta mihi edi jubeatis ex more!

Ag. Mag. dixit: Ut petisti, Gesta tibi dabuntur ex more!

III.

Instrumenta donationum.

XXII.

Instrumentum donationis Flavii Artemidori.

I. Repertum prope Romam in cippo marmoreo, sed postea in Angliam translatum. Publici juris factum: 1) a *Rogerio Gale*, in: "Philosophical Transactions." Ann. 1736. Tom. XXXIX. nro. 441. p. 211-219. sub titulo: "A copy of an ancient chirograph, or conveyance of a sepulcre cut in marble, lately brought from Rome, and now in the possession of Sir *Hans Sloane*, with some observations upon it." — 2) in *Lud. Ant. Muratorii* Nov. thesauro veterum Inscriptt. T. I. p. 337. nro. 5. et iterum p. 439. nro. 1. sed mendose in utroque loco. — 3) in *Christoph. Saxii* Observationib. antiquario-philologicis ad vetus chirographum thesauri Muratoriani mancipationis formulam continens. Traject. ad Rhen. 1757. 4.

Conf. et epistolas mutuas *Saxii* et *Küsteri*, de hoc instrumento, in *Bachii* "Unpartheyische Critik." Tom. VI. p. 162-178; et p. 392-404.

II. Inest monumento nostro brevis notitia, de donatione sepulcri, ollarias quatuor, cinerarias quinquaginta tria continentis, secundum ritum mancipationis celebrata. Donavit illud Flavius Artemidorus, Herennio Agricolae, anno urbis Romae 927, Imperatoribus Severo et Caracalla;

notitiaque ipsa sepulcro insculpta erat, ut titulus donationis, dominiique inde elucerct. Mentio insuper injecta est Antestati et Libripendis; haud vero testium, qui numero quinque adesse debuerunt.

DIIS MANIBVS
MARCI HERENNII PROTI. VIXIT ANNOS XXVI. MENSES II. DIES V. FECERVNT PARENTES M. HERENNIVS AGRICOLA ET HERENNIA LAJENA FILIO.

CHIROGRAPHVM.

Ollaria numero quatuor, cineraria quinquaginta tria, intrantibus parte laeva, quae sunt in monumento T. Flavii Artemidori, quod est via Salaria in agro Volusi Basilides, ientibus [1]) ab Urbe parte sinistra, donationis causa mancipio accepit M. Herennius Agricola de Tito Flavio Artemidoro, sestertio nummo uno [2]), libripende M. Herennio Justo, antestatus est Tiberium Julium Erotem [3]), inque vacuam possessionem earum ollarum et cinerariorum T. Flavius Artemidorus Herennio Agricolae ire, aut mittere, ossaque inferre permisit, sacrumque quotiens facere vellit Herennius Agricola heredesve ejus, permisit, clavisve ejus monumenti potestatem facturum se dixit, dolumque malum huic rei abesse afuturumque. Se hac re dari, fieri, praestarique stipulatus

---

[1]) euntibus.

[2]) Formula consueta in perpetrando mancipationis ritu; quam Justinianus cessare voluit, in c. 37. C. VIII. 54. *de donationibus:* "*Verba superflua, quae in donationibus poni solebant, scil. sestertii nummi unius, assium quatuor, penitus rejicienda esse censemus.*"

[3]) Lege: *antestatus est Tiberius Julius Eros*, aut subintellige: *antestatus est* scil. *Herennius Agricola Tib. Julium Erotem.*

est M. Herennius Agricola, spopondit Titus Flavius Artemidorus.

Actum XVIII Kalendas Januarii, C. Calpurnio Flacco, L. Trebio Germano Coss.

XXIII.

Instrumentum donationis Statiae Irenes.

I. Extat in tabula marmorea, effossa Romae anno 1554. Publici juris factum est: 1) a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. MLXXXI. nro. 1. — 2) a *Maffeio* in: "Istoria diplomatica." L. I. p. 41-43. — 3) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 58. — 4) a *Brummero* in Comment. ad legem Cinciam. cap. 14; cum doctis annotationibus.

II. Continet notitiam de donatione, quam Statia Irene, jus trium liberorum habens [1]), Marco Licinio Timotheo, de sepulcro fecerat, anno Urbis conditae 1003. Imperatoribus Trebonio Gallo et Volusiano.

Monumentum, quot est via triumpale infer miliarium secundum et tertium, euntibus ab Urbe parte laeva in clivo Cinnae, et est in agro Aureli Primiani, fictoris Pontificum [2]), C. C. V. V. [3]), et appellatur Terentianorum, juxta monumentum Claudii quondam Proculi, et si qui alii affines sunt, et qua quemque tangit et populum, Statia Airene, jus liberorum habens, M. Licinio

---

[1]) Conf. *Paull.* Sentent. recept. L. IV. tit. 9. §. ult.

[2]) i. e. qui de pane vel cera simulatas hostias faciebat. cf. *Gutherium* de jure pontif. L. II. cap. ult.

[3]) *Calator Curiatus Virginum Vestalium*, i. e. sacrorum, quae a Vestalibus fiebant, minister et praeco e classe curiata. *Brummer.*

Timotheo, donationis, mancipationisque causa H-S. n. L. [1]) mancipio dedit, libripende Claudio Dativo, antestato Cornelio Victore, inque vacua cuam [2]) possessionem monumenti ss. [3]) cessit, et ad id monumentum itum, aditum, ambitum adque haustum, coronare, vesci, mortuum, mortuas mortuosve ossa inferre ut liceat. Quod mihi Licinnio Timotheo tu Statia Airene j. l. h. monumentum ss. H-S. n. L. mancipio dedisti, de ea re dolum abesse, afuturumque esse a te, herede tuo, et ab his omnibus, ad quos ea res pertinebit, haec sic recte dari, fieri, praestarique stipulatus est Licinius Timotheus, spopondit Statia Irene, j. l. h.

Actum Pr. Kal. Aug. Impp. DD. NN. Gallo Aug. II. et Volusiano Aug. Consulibus.

Isdem Consulibus eadem die Statia Irene j. l. h. donationi monumenti ss. sic, ut suprascriptum est, consensi, subscripsi, et adsignavi.

XXIV.

Fragmentum instrumenti donationis cujusdam.

Extat Patavii in lapide, apud Franciscum Quirinum, patricium Venetum, vulgatum 1) in *Apiani* Inscriptionib. sacrosanctae vetustatis (1534) p. CCCXXXV. — tum 2) a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. DCCCXCVI. nro. 14.

. . . . . .

inferendi in area, humandi, sepeliendi jus potestasque esto, ut huic areae, quam ego definii, et a fronte ma-

---

[1]) Lege hic et infra, pro: L. — I. sc. *sestertio nummo uno.*

[2]) Lege: *eique vacuam possessionem.*

[3]) suprascripti.

cerias [1]) duxi, et titul. [2]) posui, ultra eam aream et maceriam in fronte, in agro versus late P. X. retro, usque ad Canabetum huic area cedet, in qua pedatura [3]), neque humani, neque tumulum fieri volo, ut habeat ea area et a tergo [4]), et a latere accessum suum . .

. . . . . .

. . . . . .

XXV.

Instrumentum donationis Samyaris Doryphorionis.

I. Extat Romae, in aedibus Benzoniorum ad S. Marcum, in lapide. Vulgatum est: 1) a *Geo. Fabricio.* 2) a *Grutero* in Corp. Inscript. p. DCCCLXXIV. nro. 5. — 3) a *Terrassono* "Hist. de la jurisprud. Rom." Adp. p. 44, sub falso titulo: Libellus Aelii Adriani Imperatoris.

II. Continet donationem Samyaris Quintiani Doryphorionis, C. Julio Caedo factam, et quidem per epistolam, anno Urbis 887.

C. Jul. Caed. Lib. Samiaris Quintianus salutem!

Cum petieritis a me, ut si cui quid vestrum humanitus acciderit, is in locum, qui est in fundo Aeschiniano meo, intrantibus a via, parte laeva, a monumento testatio [5]), per longitudinem pedum CLXXV. latitud. a

---

[1]) pro *maceriae.* Maceria sepimentum sepulcri. fr. 73. §. ult. D. XVIII. 1. *de contrah. E. V.*, *Varro* de re rust. L. I. cap. 14. *Brisson.* Antiq. select. Lect. L. II. cap. 16.

[2]) *titulum* i. e. inscriptionem.

[3]) Hoc loco *pedatura* idem significare videtur, quod *fundus.*

[4]) Verba: *et a tergo* desunt ap. Apianum.

[5]) testaceo.

maceria intro, rursus pedum XXV. inferatur, id jus concedere me hac epistula notum vobis facio. Bene valere vos cupio!

Data XIII. K. Julias, in hortis Statiliae Maximae, Ceionio Commodo et Civica Pompejano Cos.

Samyaris Doryphorion.

XXVI.

Instrumentum Theodovii, donationem ecclesiae Cornutianae factam continens.

I. E diplomatario archivi Tiburtini vulgavit *Josephus Maria Suaresius*, ediditque illud *Joannes Mabillonius* in Opere de re diplomatica. Libro VI. nro. 1.

II. Inscriptum fuit in diplomatario: *Exemplar* (i. e. exemplum, copia) *authenticae chartae, unde colligere eam potuimus ecclesiae Cornutianae, videlicet, ut divino ministerio subjecti, competentem possint et de loco, cui serviunt, habere substantiam* (i. e. subsistentiam). Quae quidem verba apud Mabillonium textui male adhaerere videntur. Donatio facta est a Theodovio, sive Theodosio, ecclesiae Cornutianae, quam forte ipse fundavit, adsignandaque est anno 471 p. C. n. Initium instrumenti deesse, inconcinna styli ratio docet.

. . . . . .

Ilico quoque decorum putamus, ut luminaribus templum quotidie divinae religionis ornetur, et ingruentibus prae temporum prolixitate, artis [1]) tectum reparationique sumptus hoc nostro munere collatus, deesse non possit. Quibus rebus congruas procuramus expensas, ut obse-

[1]) Lege: *sartum*.

quium nostrum possit propitiationem divinitatis mereri. Qua consideratione permotus, largior tenore praesentis paginae [1]) ecclesiae Cornutanensi, massae [2]) juris nostri a me ipso Dei favore et juvamine constitutae atque fundatae, id est, fundum paternum Maranum, fundum Montem paternum, fundum Casam Martis, fundum Vegetem, qui est casa Projectici, et fundum Batilianum, excepta Sigillosa [3]) filia Anastasii et Pice colonorum, quam juri nostro retinuimus atque retinemus, provincia Picini Tiburtino territorio constitutos, purae ac directae liberalitatis titulo possidendos, cum omnibus ad se pertinentibus, et cum omni jure instructo atque instrumento suo, sicut ipse possideo, cum omni scilicet onere professionis [4]) suae vel necessitate [5]), quam certum est, Formesia praedia sustinere. Donamus etiam eidem ecclesiae solum, in quo constituta est, cum area sua, et a praedicti Praetorii jure separamus, et ad faciendos hortos vel habitacula clericis custodibusque largimur, id est, a cava arcus, qui mittitur ad Praetorium, et deinde per parietes, qui contra Praetorium redeuntes, aream ecclesiae claudunt, usque trans apsida [6]), et de parietibus ipsis per sepem, quae hortos inquilinorum, qui in Praetorio commanent, videtur munire, quae

[1]) Idem quod *chartae*.

[2]) massas — constitutas atque fundatas.

[3]) Coloni scilicet, nisi aliud pactum fuisset, ad novum dominum, una cum fundo, transibant. Conf. c. 7. C. Theod. IX. 42. *de bon. proscriptor.* c. 3. C. Theod. XIII. 10. *de censu.* fr. 112. D. XXX. *de legat. in primo.*

[4]) scilicet tributorum fiscalium. cf. c. 2. C. Theod. X. 14. *si petitionis socius* et *Gothofr.* ad h. l.

[5]) *Necessitas*, quaevis exactio, sic dicta, quod necessaria sit et coacta.

[6]) Absida, circulus externus aedificii, vel chori ecclesiae. *Isidor.* Orig. L. XIV. cap. 18.

sepis descendit per regam [1]) ante ad viam cavam sive ad torum [2]), quae redit usque ad arcum suprascriptum, ut inter sepem et viam cavam post apsida, supradicti clerici hortos possint habere. Praeterea eadem largitate offero fundos, id est, fundum Callicianum, Casam Novam, Casam Prati, Casam Marturi, Casam Crispini, fundum Boaricum, et Casam Pressam in provincia Picini, Tiburtino territorio constitutos.

Retineo usum fructum in vita mea, eidem ecclesiae catholicae proprietatem hujus epistolae largitione transcribens, ea lege et conditione, ut cum etiam fructus post obitum meum capere coeperit ac sibimet vindicare, non solum solemnem modum agnoscat fiscalium functionem [3]), verum etiam propagationem formarum [4]), quae ab omnibus dominis hujusmodi praediorum dependi consuevit. Impendo argentum quoque ad ornatum ejusdem ecclesiae vel celebritatem suprascripti mysterii sacrosancti, in his scilicet speciebus, id est, patenam argenteam, calicem argenteum majorem I, calices argenteos minores II, urceum argenteum, hamulam [5]) oblatoriam, colum [6]), thymiamatorion [7]), pharum [8]), cantharum argenteum cum catenis et delphinis XVIII,

---

[1]) i. q. *ruga*, *ragaleia*, *riga*, i. e. platea.

[2]) *toro*, *turonus*, *turo* i. e. collis.

[3]) F. *functionum*, i. e. exactionum.

[4]) i. e. tabulae aereae, quae agrorum fines ac centuriationes continebant.

[5]) *hamula* s. *amula oblatoria*, vasa in quibus sacra oblatio continetur, ut vinum.

[6]) vasculum quoddam subtilissimis foraminibus ab imo fundo perforatum, per quod vinum ex hamulis in calicem refundebatur.

[7]) Lege: *thymiamaterium*.

[8]) lychnuchus coronaceus.

coronas [1]) argenteas IV cum catenulis suis et delphinis VIII, cicindelas [2]) argenteas V cum catenulis suis. Stantarea [3]) argentea, et in confessione Ostrea argentea II cum clavi sua, quae omnes species appensatae habent ad stateram urbicam, argenti pondo quinquaginta quatuor uncias. Septem pharos aereos, duos habentes delphinos octonos et hermoras [4]); cantharos aereos majores sex, minores XII, et lilia aerea II, et stantaria aerea XIII. Nec non et in palliis; pallium holosericum agnaphum [5]) auroclavum I, mafortem [6]) tramosericum rhodomelinum aquilatum. Item mafortem e teleoporphyro [7]) tramosericum, opus marinum; item alium holosericum luritatum [8]); pallium Cassioticum, item pallium lineum Aquitanicum, et alia pallia linea quatuor.

Et pro arae ora, Vela tramoserica alba auroclava II, Vela blattea auroclava paragaudata II [9]), Vela holoserica alba auroclava orthopluma II [10]), Vela tramoserica prasinopurpura II, Vela tramoserica leucorhodina II, Vela tramoserica leucoporphyra II, Vela holoserica coccoprasina II. Item alia paratura holoserica: Vela blattea

---

1) *corona*, i. q. pharus. *Gregor.* M. L. I. Ep. 66. "*Ministeria ecclesiae — id est, in argento calices duos, coronas cum delphinis duo, et de aliis coronis lilios.*"

2) lychnes e vitro.

3) *Stantareum*, candelabrum majus, quod per se stat.

4) F. *remoras.*

5) *agnaphus*, fullonem nondum expertus.

6) cuculus monachorum.

7) τελειοπόρφυρος.

8) luridatum. *Tertullian.* adv. Marcion. L. IV. c. 8.

9) *paragauda*, ornamentum pallii vel vestis. c. 2. C. Theod. X. 21. *de vestib.* Conf. *Gothofred.* ad h. l.

10) rectis plumis variegata, opere scil. plumario.

auroclava orthopluma II, Vela tramoserica holoblattea II, Vela loricata [1]) melinoporphyra uncinata [2]) duo, Vela holoserica holoblata II, Vela apoplacia [3]) coccoprasina cancellata rosulata [4]) duo; item Vela apoblattea coccoprasina cantharata [5]) V. Item alia paratura: Vela linea auroclava clavatura quadra, duo; Vela linea auroclava paragaudata clavatura rotunda II, Vela linea paragaudata Persica clavatura leucorhodina II, Vela linea blatoserica [6]) paragaudata II, Vela linea blatoserica orthopluma II. Item Vela linea pura XIIII.

Item ante regias [7]) basilicae: Vela linea plumata majora fissa numero tria. Item Vela linea pura tria. Ante consistorium [8]): Velum lineum purum I. In pronao [9]) velum lineum purum I. Et intra basilicam pre porticia [10]): Vela linea rosulata VI. Et ante secretarium [11]), vel curricula: Vela linea rosulata pensilia, habentia arcus II.

Item codices: Evangelia IIII, Apostolum, Psalterium et Comitem [12]).

---

[1]) Lege: *luricata*, sive *luridata*. Luricata, in modum loricarum squamulis distincta.

[2]) in inferiore parte uncinulis adjectis.

[3]) Lege: *apoblattia* sive *atploblatea*.

[4]) rosulis sive rosis distincta.

[5]) in quibus erant depicta animalia, ac praesertim scarabaei, quos Graeci κανθάρους appellant.

[6]) blattea serica.

[7]) introitus.

[8]) atrium ecclesiae. *Sidon. Apollin.* Epist. L. II. ep. 2.

[9]) Pars ecclesiae, ubi stabant audientes.

[10]) Fenestra, παραθύρα κατόπιν τοῦ οἴκου.

[11]) Sacrarium, sacristia. Sed quid sibi vult *curricula?*

[12]) Liber S. Hieronymo adscriptus.

Illico ante omnia cautione prospiciens, ne mecum, quod absit, observatio cultusque ecclesiae Cornutianensis videatur occidere, ut legem et conditionem ponerem, donationi meae, ne umquam cuilibet Antistitum presbyterorum sibimet succedentium, vel clericorum quidquam ex his praediis, vel hortis, vel speciebus argenteis, seu vestibus a me supra designatis, alienare in aliam quolibet titulo unquam liceat, aut certe, sub occasione cultus divini ad alterius ecclesiae ornatum qualicumque ex hoc occasione transferre. Quod etiam in his observari eadem conditione volo, quae futuro tempore fuerint provocatione nostrae devotionis adjecta, quoniam largitatis nostrae praesentis perpetuam praefatae ecclesiae cupio pertinere substantiam. Quodsi quidquam de alienatione a me prohibita fuerit forte tentatum; tunc ego, vel haeres, haeredesque sui, vel successor, successoresque mei, vel qui illis deinceps successerint, universa, quae hujus donationis sunt tenore comprehensa, ad suum jus, proprietatemque reducant, quoniam, quod a nobis cogitatione venerandae religionis oblatum, secundum legem et conditionem positam, licere non debet cuicumque personae vel alterius ecclesiae, vel praediis cujuslibet deputare.

Hanc autem scripturam donationis Feliciano Notario meo scribendam dictavi, eique relectae a me sine dolo malo manu propria subscripsi, et Gestis allegari propria voluntate mandavi, stipulantibusque venerabili viro Presbytero, Diaconibus universisque clericis memoratae ecclesiae de omnibus supradictis spopondi, subscriptae XV. Kal. Majarum, Domno Leone PP. Augusto quart. Probiano V. C. Coss.

Fl. Valia. Q. Theodovius V. C. et Inl. et Comes et Magister utriusque militiae huic donationi a me dictatae, et mihi relectae prediorum omnium suprascriptorum argenti et vestium, servata et in perpetuum

custodita lege, et conditione, quam eidem donationi imposui, consensi et subscripsi, salvo scilicet usufructu suprascriptorum agrorum, quem supra eadem mihi scriptura servavi.

XXVII.

Gesta de donatione regis Odoacris habita in curia Ravennate et Syracusana.

I. Scripta sunt in papyro, in duas lacinias disrupto. Prior lacinia asservatur Neapoli (nella casa di S. Paolo de' pp. Teatini); posterior Viennae in bibliotheca imperiali. Illam primus in lucem protraxit *Marinius* "I papiri diplomatici" nro. LXXXII. p. 128. 129; hanc: 1) *Maffeius* "Istoria diplomatica." Adp. p. 138; et iterum in libro: Verona illustrata. P. I. p. 331. — 2) *Terrassonus* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 63. — 3) *Monachi Benedictini* in: "Nouveau traité de Diplomatique." Tom. V. p. 640. nro. 1. — 4) *Marinius* l. l. nro. LXXXIII. p. 129, 130; junctis animadversionibus p. 272-280. Quinque columnis exarata sunt.

II. Gesta nostra circa annum 489 p. C. n. in curia Syracusana, de traditione fundorum Aemiliani, Dubli et Putaxiae apud Syracusas e complexu sive massa diversorum fundorum, Pyramitana dicta, habita sunt; comprehendunt vero et Gesta de allegatione donationis eorundem fundorum in curia Ravennate confecta. Odoacer enim rex Pierio Comiti Domesticorum donaverat summam 690 solidorum. Pierius de ista summa acceperat 450 solidos ex reditibus massae Pyramitanae, 200 solidos ex reditibus provinciae Dalmatiarum, et insulae Melitae. Restabant igitur 40 solidi. Ad supplendam summam rex igitur donavit Pierio fundum Aemilianum, praestantem solidos 18, partem fundi Dubli, praestantem solidos 15, siliquas 18,

et partem fundi Putaxiae, praestantem solidos 7. Instrumentum donationis, jussu regio a Marciano, Notario regni, scriptum, et ab Andromacho Magistro Officiorum, nomine regis subscriptum erat.

Actores Pierii illud protulerunt coram curia Ravennati, ut allegaretur Gestis municipalibus; mos qui quidem seriore aevo in donationibus a principe factis, sublatus est per Novell. LII. cap. 2. Cumque allegata fuisset donatio, Actores iter fecerunt Syracusas, ut traditio fundorum celebrari potuisset. Gesta igitur in curia Ravennate confecta curiae Syracusanae obtulerunt [1]) traditionemque efflagitaverunt. Ea facta, iterum Gesta iis edita sunt, quae nostro in instrumento leguntur. Continet igitur, quae sequuntur:

1) Actores Pierii curiae Syracusanae offerunt Gesta de allegatione donationis memoratae Ravennae habita, petuntque, ut legantur, actisque nectantur.
2) Recitantur Gesta Ravennatensia, secundum integrum tenorem. Continent petitionem Actorum Pierii, ut instrumentum donationis legatur, et a Marciano, qui illud jussu regis conscripserit, agnoscatur; eoque agnito, ut Gesta sibi de allegatione instrumenti ad acta, edantur.
3) Recitatis Gestis Ravennatensibus, Actores petunt a curia, ut praesentibus iis, traditio fundorum donatorum celebretur, per Gregorium Chartarium.
4) Curia deputat Amantium Decemprimum, e suo gremio, ut traditionem una cum Gregorio celebret.
5) Celebratur traditio, posteroque die Amantius et Gregorius comparent in curia, referuntque de mandato iis commisso.

---

[1]) Secundum ea, quae praecepit c. 8. C. Theod. VIII. 12. *de donationibus. — Gestorum quoque confectionem sive ante traditionem, sive post traditionem fieri oportebit, ut instrumentum, quo continetur munificentia, apud Acta publicetur.*

6) Actores Gesta sibi edi petunt, de traditione facta;
7) Eduntur que iis Gesta.

III. Praeter ea, quod instrumentum nostrum veram nobis exhibet speciem Gestorum de allegatione donationum, ut et de traditione rerum donatarum, confectorum, conservavit nobis insuper unicum Odoacris regis monumentum, quod superstes est. Notum enim, non solum omnes Odoacris nomine cusos nummos, sed etiam omnes constitutiones, edicta, et diplomata ejus nomine edita, periisse.

. . . . . .

Apud Flavium Annianum, v. l. Ag. vices Magistratus, praesentibus Amantio viro praeclaro Decemprimo . . . , Actores Pierii viri inlustris dixerunt: Offerimus Gesta a magistratibus colendis curiae Ravennatis, nobis edita. Petimus Gravitatem vestram, ut ea a competenti Officio suscipi jubeatis, legi atque actis indi!

Cumque suscepta fuissent, ex Officio recitatum est: „*Probino V. C. Consule, sub die . . . . . Ravenne,* „*apud Aurelium Verinum Magistratum, praesentibus* „*Melminio* . . . . . ano Pr*incipalibus*, *A*ctores Pieri v. „*inlustr.* d*ixerunt: Quando* pra*ecellentiss.* Rex Odo„*vacar* D*n. ad* . . . . *um*, patronum nostrum Pierium „v. i. dignatus *est*, *fun*dum Aemilianum pres*tantem* „solidos numero decem et octo, *nec non et* partem „fundi Duh*li*, *qu*ae *remansit*, *pres*tantem solidos quinde„cim ac siliquas decem et octo, adque partem fundi „*Pu*taxiae, qui prestat per Januarium et *Octe*dium [1]) „solidos septem, *ex corpore Ma*ssae Pyramitanae in „provincia Sicilia, Syracusano territorio constitutos, de „qua re paginam donationis regiae prae manibus geri-

---

[1]) Octobrem?

„nius, quaesumus *Laudabilitatem* vestram, ut eandem „a conpetenti Officio suscipi jubeatis, legi et actis indi. „Deinde, quoniam v. i. adque magnificus Magister „Officiorum [1]) et Consiliarius Dn. *Andromachus* ex ac [2]) „civitate Romae profectus est, qui jussu regio in ipsa „largitatem suscribsit ad Marcianum *virum clarissimum* „Notarium [3]) regni ejus, qui ipsam donationem scribsit, „*pergere una* nobiscum jubeatis adque praesentes Prin„cipales viros et Exceptorem, ut dum ejus Nobilitati „ipsa pagina donationis hostensa fuerit, adque relectam, „*si a sua Nobilitatem* [4]) scribtam agnoscit, vel in eadem „jussu regio Andromachus suscribserit, aut si jussum „sit, gestis adlegari, his actis aedicere non grevetur!

„Aurelius *Virinus Mag. dixit: Suscipiatur* pagina „regiae largitatis summa cum beneratione [5]), quae offer„tetur, et a conpetenti recitetur Officio!

„Cumque tradita, et recitata est:

"*Viro inlustri* ac magnifico *fratri* [6]) Pierio Odovacar "Rex! Ex sexcentis nonaginta solidis, quos Magni"tudini tuae humanitas nostra devoverat conferendos, "sexcentos *quinquaginta* juxta nostrae donationis te"norem viri sublimis Comitis et Vicedomini nostri

---

[1]) De magistro Officiorum vid. *Valesium* ad Ammian. Marcellin. XVII. c. 5. *Zirardinum* ad Novell. p. 427.

[2]) *hac.*

[3]) De notariis imperialibus vel regiis, vid. *Cassiodor.* Var. L. IV. ep. 16. *Gothofred.* ad c. 1. C. Theod. VI. 10. *de primicer. Valesium* ad Ammian. Marcellin. L. XVII. cap. 5.

[4]) Militia notarii regii *nobilis* vocatur, in c. 4. C. Theod. VI. 10. *de primicer.*

[5]) *veneratione.*

[6]) *Frater* titulus, quem Imperatores Comiti Domesticorum dare consueverant, sic ut titulum *Patris* Praefectis. *Brissen.* de formul. L. III. cap. 62. 63.

"Ardori didicimus *suggestione* [1]) contraditos, id est, "intra *presens* Syracusano territorio *Pyramitana massa* "solidos quadringentos quinquaginta, et in provincia "Dalmatiarum, Insulam Melitam, *du*centos *so*lidos "pensitantem. Reliquos ergo solidos quadraginta *de* "*prefatam summam* in *suprascriptam* Massam, fundos, "id est, Aemilianum, prestantem solidos decem et "octo, et part*em fun*di Dubli, quae rem*a*nsit, solidos "quindecim siliquas [2]) *decem et octo*, nec non et "part*em fundi Puta*xiae, qui *prestat per Ja*nuarium "et Octedium *solidos* septem, ss territorio *con*stitutos, "volen*tes* supplere *sum*mam superius con*pr*aehe*nsam*, "praesenti donatione in t*e*, cum omni jure suo, om-"nibusque ad se pertinentibus, jure directo [3]) tran-"scribimus adque ad tuum dominium, optima profi-"temur lege migrasse, quos utendi possidendi, alie-"nandi, et ad posteros transmittendi, livero potiaris "arvitrio; quam donationem Marciano v. c. Notario "nostro scribendam dictavimus, cuique Andromacum "v. i. et magnificum Magistrum Officiorum, Consi-"liario nostro pro nobis suscribere jussimus, tribuen-"tes adlegandi fiduciam [4]), ita ut [5]) a tuis Actoribus "fiscalia tributa solvantur. Actum Ravenna *sub die* "quinto decimo Kal. Aprilium, Probino V. C. Con-"sule [6])."

---

[1]) *Suggestio*, idem quod, relatio, insinuatio, ἀναφόρα. Occurrit hac significatione in Cassiodoro, Symmacho et Codice Theodosiano.

[2]) Incipit columna secunda.

[3]) i. e. pleno, integro. cf. *Gothofred.* ad c. 2. C. Theod. X. 1. *de jure fisci.*

[4]) i. e. allegandi gestis municipalibus, licentiam tribuentes.

[5]) ea conditione, ut.

[6]) Consul fuit anno 489. p. C. n.

„Et alia manus suscribtio [1]): "Incolumem sublimi-"tatem divinitas tueatur, domine inlustris et magnifice "frater! Regestum [2]) sub die et loco, quo supra."

„Magistratus *dixit:* Quod lectum est, actis indetur! „Et adj*ecit*: Secundum petitionem vestram vel tenorem „paginae regiae largitatis recitate, necessae mae [3]) est, „una vobiscum et praesentes Principales viros ad Ex-„ceptorem pergent [4]) ad Marcianum v. c. Notarium „regiae sedis, ut dum pagina donationis, quae recitata „est, hostensa fuerit ejus Nobilitati, adque relecta, si a „sua Honorificentia conscribta regio jussu, agnoscit, vel „v. i. Magistrum Officiorum et Consiliarium regni ejus „Andromachus suscribsisse, nobis his actis, absque sui „injuria, edicere non gravetur!

„Cumque ad Marcianum v. c. *per*ventum fuisset, „adque eidem paginam largitatis hostensa et relecta est, „Marcianius v. c. Notarius Dn. praecellentissimi Regis „Odovacris *dixit*: Paginam regiae largitatis, quae mihi „hostensa adque relecta est, jusso regni ejus a me scrib-„tam agnosco, in qua etiam ex praecepto regio v. i. et „magnificus Magister Officiorum et Consiliarius Dn. „Regis Andromachus suscribsit, et praecepit eam ad-„legari his actis. *Et paullo post* [5]) regress*um* apud „. . . 9 . . . entio . . . 9 . . . ps (r) a (u).

„Magistratus *dixit*: *Accepta responsione* Marci*ani* „*v. c. Not. quid nunc* praesent*es Actores* fieri desiderant?

---

[1]) Subscriptio est Andromachi, nomine regis facta. De formula subscriptionis videas *Brisson.* de formul. L. III. c. 78.

[2]) sc. in archivo. cf. *Gothofred.* ad c. 14. C. Theod. de ind. debit. et *Cangium* s. v. Regestum.

[3]) Lege: *necessarium est.*

[4]) Lege: *et Exceptorem pergere.*

[5]) Incipit columna tertia, nec non et lacinia Viennae asservata.

„Actores v. i. et magnifici Pieri *dixerunt:* Petimus „Laudabilitatem ves*tram*, ut Gesta *nobis* a conpetenti „Officio edi ju*beatis* ex more!

„Aurelius Virinus Magistratus *dixit*: Ut petistis, „Gesta vobis edentur ex more."

Et alia manu subscriptum fuit:

"Melminius . . . 6 . . . *v. l.* pro Aurelio Virino "Magistratu Gesta apud eum habita recognovi."

Mag*istratus* d*ixerunt:* Gesta Gestis nectentur, *adque*, si quid aliud *est* agendum, inter acta designetur! [1])

Actores Pieri v. i. d*ixerunt:* Quoniam *Gregorius vir devotus*, Chartarius [2]) ad praedia *tra*denda nobiscum videtur esse directus, que*so* Gravitas vestra, quoniam *in* q. . 20 . [3]), ut quae ei pro patroni nostri utilitatem videntur injuncta, possit una cum Gravitate vestra adimplere!

Mag*istratus* d*ixerunt:* Ingrediatur Gregorius v. d. Chartarius, quem praesentes Actores Pieri v. i. p*raesentem esse profiten*tur! [4]) Et cum ingressus fuisset, Mag*istratus* d*ixerunt*: Quae Devotioni tuae *a praesen*tibus Actoribus dicuntur injuncta, inter Gesta deprome! [5])

Gregorius v. d. Chartarius d*ixit: Certos* fundos ex corpore massae Pyramitanae ad supplendam summam ss, sicut praeceptorum ad me datorum textus elo*quitur*, una cum vestra Gravitate oportet, praesentibus Actoribus praefati v. i. Pieri, legibus traditionem fieri, ut possimus tantis et t*alibus* praeceptis *parien*tiam commo-

---

[1]) *Inter acta fateri*, occurrit: fr. 1. 2. D. XLIX. 1. *de appellat.* con. un. C. VII. 6. *de Latin.* c. 22. C. IX. 47. *de agricol.* c. 6. C. IX. 27. *ad L. Jul. Rep.* c. 12. C. II. 13. *de pactis.*

[2]) i. q. *Chartularius.* cf. *Cassiodor.* Var. L. VIII. ep. 23.

[3]) Lege: *quod jam ingrediatur.*

[4]) In textu: *Pieri v. i. po . . . 4 . . entur; et cum.*

[5]) c. 6. C. IX. 27. *ad leg. Jul. Repetund.*

dare [1]); unde, si jubetis, eamus ad eandem praedia, et *traditio* celebretur.

Magistratus dixerunt: Quoni*am* nobis *insistendum est in ac*tibus p*ubli*cis, et non possumus egredi *omnes, pagina* regia [2]) su*scipiatur* [3]) *cum* devotio*ne*, et *a* Gregorio, *Amantioque*, et praesenti*bus* [4]) *Ac*toribus Pieri v. i. *traditio* corporalis proven*tum suum accipiat!*

Et cum hodie ambulassent et pervenissent ad singula praedia, adque introissent . . . . . 22 . . . m et inquilinos [5]), sive servos, et circuissent [6]) omnes fines, terminos, agros, arbos [7]), cultos vel incultos seu . . . 4 . . . *et tr*aditio corporalis celebrata fuisset Actoribus Pieri v. i., nulla contradicente, et alio die ad civitatem reversi fuissent et in publicum pervidissent [8]), Magistra*tibus praesentibus A*mantius *vir praeclarus* | *Xprimus* d*ixit:* Secundum praecepta regalia vel sublimia adque jussionem vestrae Laudabilitat*is* perreximus ad praedia, quae superius *continen*tur, et praesentibus Actoribus una cum praesen*ti* Gregorio v. d. Chartario traditionem fecimus, nullo contr*a*dicente, et ideo oportet, praesentes

---

[1]) *parientiam accomodare*, occurrit in c. 1. C. III. 4. *qui pro sua jurisd.* et in *Cassiodor.* Var. L. VII. c. 27. cf. *Cujac.* Observ. et Emendat. L. I. c. 6. *Parientiam commodare*, idem quod *obtemperare.*

[2]) In textu: . . . 24 . . *f.* (*r*) *i* . . . *ia suscipiatur.*

[3]) Incipit columna quarta.

[4]) In textu: *et* . . . 2 . . . *ro* . . . *i* . . . *e et praesentibus.*

[5]) fr. 112. D. XXX. *de legatis in primo: Si quis inquilinos sine praediis, quibus adhaerent, legaverit, inutile est legatum.*

[6]) Satis erat, introiisse. cf. fr. 5. §. 1. D. XLII. 2. *de adquir. possess.*

[7]) *arvos* i. e. campos, fundos.

[8]) Lege: *pervenissent.*

Actores inter acta vestrae Gravitatis fateri, sibi traditionem factam praediorum ss., et si parati sunt, pro isdem singulis quibusque annis fiscalia conpetentia persolvere.

Magistratus dixerunt; Audierunt praesentes Actores prosecutionem Amanti v. p. Xprimi, fratris et concurialis nostri, et quid ad haec dicunt?

Actores Pieri v. i. dixerunt: Certum est, nobis per praesentem Amantium Decemprimum atque Gregorium v. d. Chartarium traditionem nobis factam praediorum ss., nullo contradicente, et parati sumus, singulis annis pro eadem praedia, fiscalia conpetentia solvere, unde rogamus, uti jubeatis a polypthicis [1]) publicis nomen prioris dominii suspendi et nostri dominii adscribi. Gesta [2]) quoque allegationis praeceptorum adque traditionis nobis cum vestra suscribtione edi jubete!

[3]) Flavius Annianus . . . . 20 . . . et . . . 11 . . us, agentes magisterium pro filiis suis, dixerunt: Professionem praesentum Actorum Pieri v. i. acta retinebunt, unde erit nobis cura, de vasariis [4]) publicis nomen

---

[1]) De libris polypticis v. *Cujac.* Observ. et Emend. L. IV. c. 27. *Gothofred.* ad c. 2. C. Theod. XI. 26. *de discuss.* *Salmas.* ad Histor. Aug. script. p. 16. *Sirmond.* ad Capitul. Car. (Opp. T. III. p. 16), *Cangium* v. Polyptici. — Vid. c. ult. C. Theod. XI. 3. *sine sensu vel reliq.* — *Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua possessor fuerit effectus, censualibus paginis nomen suum postulet annotari, ac se spondeat soluturum, ablataque molestia de auctore, in succedentem capitatio transferatur.*

[2]) c. 8. C. Theod. VIII. 12. *de donatt.* — *Gestorum quoque confectionem, sive ante traditionem, sive post traditionem fieri oportebit, ut instrumentum, quo continetur munificentia, apud Acta publicetur.*

[3]) Incipit columna quinta.

[4]) *Vasaria publica* i. q. libri polyptici. cf. *Cassiodor.* Var. L. VII. ep. 45. *Gothofred.* l. c.

prioris domini suspendi, et vestri domnii adscribendi. Gesta quoque actionis cum nostra subscribtione vobis dabuntur ex more!

Fl. Annianus *vir laudabilis* et X*primum* civit*atis* Syracus. et agens magisterium pro filio meo E . . . 5 . . viro praeclaro XI [1]) legal*ia Gesta* suscribsi . . . . . anno [2]) *et die* eodem, quae in p*rincipio notata sunt.*

Leo . . . 8 . . . . [3]).

XXVIII.

Gesta de donatione Mariae spectabilis feminae habita.

I. Gaudet iis museum instituti Bononiensis. Exarata sunt in papyro, per tres columnas, sed, misero modo discerpta sunt. Fragmentum primum et secundum continet columnam primam, tertium vero reliquas. Pars ejus, scilicet secundae columnae prodiit in *Jo. Mabillonii* Supplemento librorum de re diplomatica, p. 89. n. 2. et ex eo in opere monachorum Benedictinorum: "Nouveau traité de Diplomatique." Tomo V. p. 636; integrum documentum exhibuit *Marinius* "I papiri diplomatici." nro. LXXXIV. p. 130 — 132. junctis adnotationibus, p. 280 — 283. qui quidem columnam tertiam aeri incidi curavit Tab. VII. et VIII.

II. Gesta confecta sunt in curia Ravennate anno 491 p. C. n., de donatione a Maria quadam Johanni Episcopo Ravennati facta. Maria scilicet ejusque maritus ab Episcopo sepulturae locum in ecclesiae S. Laurentis acceperant,

---

[1]) Decemprimo.

[2]) In textu est: *amo.*

[3]) Vestigia subscriptionis Exceptoris.

ecclesiae vero casam [1]) *Domicilium* nominatam, dederant. Maritus Mariae morte praeventus donationis instrumentum complere nequiverat, quare nunc Maria ipsa illud Jovino Forensi scribendum dictavit, complevitque. Gestorum tenor is est:

1) Defensores ecclesiae offerunt chartam donationis curiae Ravennati, ut agnoscatur a Maria, quae praesens erat.
2) Recitatur donatio, interrogaturque Maria, utrum, eam a se factam esse, agnoscere velit.
3) Instrumento a Maria agnito, Defensores petunt ut sibi Gesta edantur.
4) Eduntur Gesta ad mandatum Fl. Projecti Quinquennalis, roboranturque per subscriptionem Fl. Rustici. Exceptoris vero subscriptio periit.

Post Consulatum Flavii Fausti junioris viri clarissimi Consulis, anno . . . . . Ravennae Apud Flavium Projectum Quinquennalem et iterum Magistratus, Defensores sanctae ecclesiae catholicae civitatis Ravennatis dixerunt: Gerimus prae manibus chartulam donationis, quam patrono nostro Johanni Papae, fecit Maria spectabilis femina, et . . . [2]) maritus ejus. Petimus Gravitatem vestram, ut eam de presenti interro*ga*re dignemini, si pat*rono* nostro *hanc chartu*lam donationis fe*cerit* [3]), *eamque* Gestis Gr*avitatis* ve*strae* voluerit *alle*gari, aut quam habeat *voluntatem, his actis non more*tur edicere!

---

[1]) *Casam* non solam fuisse domum parvam, sed fundum ipsum, cui casa adhaesit, docuit *Gothofredus* ad c. 7. C. Theod. IX. 42. *de bon. proscript.*

[2]) In textu est: . . . *reponam* . . . *de presenti.* Sub vocula *reponam* latere videtur nomen *Gregorii*, mariti Mariae.

[3]) In textu est: *feci* . . . *Gestis. Gr. v.*

Quinquennalis dixit: Suscipiatur charta, quae offertur, et legatur!

Cumque suscepta fuisset, recitatum est:

„Domino sancto et beatissimo Papa Johanne, Ma„ria *spectabilis femina et . . . maritus meus simi*liter fusis „precibus supplicavimus, ut intra basilicam *San*cti Lau„renti *martyris* eum [1]) locum nobis, *ubi corpuscula „nostra* requiescerent, *non* denegasset, in cujus conlati „beneficii vicissitudinem, casam juris nostri, cui voca„bulum est Domicilium in Corneliensi *fundo, donavi„mus, reservantes nobis u*sumfructum [2]) diebus vitae „nostrae, venerabilis [3]) ec*clesiae civita*tis Ravennatis, „cui vestra praesidet Beatitudo. *In cujus* firmitatem, „conscribtam, subscribtamque don*ationis chartulam tibi „feci, ut cum* [4]) *fu*erit legibus alle*gata, traditio fiat, „putavique ego Maria sp. f. donationis,* praediique con„lati, hanc scribturam meo *n*omine emittendam, per „quam praefatae sanctae ecclesiae . . . . . .

„ . . . . n jure fir*matum* est a prae*sente* Domini . . . [5]) „post obitum vero meum factura cor . . . 3 . . . a tra-

---

[1]) In textu: . . . *cum locum.*

[2]) Reservatio ususfructus pro traditionis sollemnitate fuit. c. 28 C. VIII. 54. *de donatt. Quisqüis rem aliquam donando, vel vendendo usumfructum ejus retinuerit, nec quid amplius requiratur, quo magis facta videatur traditio, sed omnimodo idem sit in his causis usumfructum retinere, quam tradere.* Vid. *Cujac.* Observ. L. XIX. c. 19. *Gothofred.* ad c. 9. C. Theod. VIII. 12. *de donatt.*

[3]) Leg. *venerabili.*

[4]) In textu: *don . . . a . . . on . . . erit.*

[5]) Incipit columna secunda. Locus vexatissimus, quem supplere non ausus sum. Maria sane dixit, jam prius a se et suo marito casam istam ecclesiae donatam fuisse, maritum vero morte praeventum esse, quominus eam complesset. Necessarium igitur fuisse, ut donatio a se ipsa fieret, et quidem denuo.

„de*nda* praedium, qual (quid) . . . 6 . . . tempore *fu-*
„*turo* . . . . 8 . . . Dolum malum huic donationi abesse,
„afuturumque esse promitto, sub *iui* . . . . 2 . . . . ae
„legis [1]) habita mentione, quae firmandis inserta dona-
„tionibus . . . . 4 . . . um habet nominata u (cau) . . .
„3 . . . i . . . indita . . . 12 . . . actis. Chartulam Jo-
„vino noto meo scribendam dictavi, cuique, quia ignoro
„litteras, signum feci, ad quod Castorium V. C., carum
„meum, ut pro me suscriberet [2]) conrogavi, nobiles
„quoque viros, qui suas suscribtiones dignanter adne-
„ctant, pari supplicatione poposco, stipulantique tibi, vir
„beatissime Pater et Papa Johannes spopondi ego, qui
„supra, Maria *sp. f.*, et ob juris ecclesiae perpetem fir-
„mitatem, cum hanc chartulam allegare placuerit Gestis
„municipalibus, mea prosecutio [3]) subsequatur. Actum
„Ravennae sub die quarto Nonas Januarias P. C. Flavi
„Fausti junioris V. C. Cons.

"Signum Mariae sp. f. s̄s*tae* donatricis.
„Flavius Castorius V. C. huic donationi rogante Maria
„sp. f. ipsa praesente, ad signum ejus pro ea suscribsi."

Subscribtio testium:

„Flavius Gregorius V. C. huic donationi, rogante
„Maria sp. f. ipsa praesente testis suscribsi.

„Flavius Hilarius v*ir* d*evotus*, Scrini*arius sacrarum*
„l*argitionum* huic donationi, rogante Maria sp. f. ipsa
„praesente, testis suscribsi.

„Flavius Severus, v*ir* h*onestus*, Argentarius, huic
donationi, rogante Maria sp. f. testis suscribsi."

Q*uinquennalis* d*ixit:* Quod lectum est, actis inde-

---

[1]) Alludit forsan ad ea, quae in c. 41. C. II. 4. *de transactionibus* cauta sunt.

[2]) Conferas ea, quae hac de re postea Justinianus in Novell. LXXIII. cap. 8. edixit.

[3]) Idem quod *professio coram judice.*

tur! Et adjecit: Audit praesens Maria sp. f. quid Defensores sancti ac venerabilis viri, Johannis Episcopi hujusce urbis, actis fuerint prosecuti, vel quid textus epistulae donationis contineat, et ideo, quid ad haec dicit?

Maria sp. f. dixit: Ego hanc epistulam donationis Jobino noto meo scribendam dictavi, in qua subter, manu mea signum feci, et Castorium V. C. rogavi, ut pro me suscriberet, ubi dono contuli sancto ac venerabili Johanni Episcopo hujusce urbis, quoniam antea vivo marito meo de ac ipsa casa scripturam feceramus, sed quia morte praeventus, ut eam minime potuimus allegare, nunc necesse mihi fuit, ut epistulam nomini meo facerem, ubi ei dono contuli casam juris mei, cui vocabulum est Domicilium in Corneliensi territorio constituta, cum omni jure suo, omnibusque ad se pertinentibus, retento mihi usufructu in diae vitae meae. Coiu(d)m casam donavimus, ut nobis Beatitudo ipsius locum dare dignaretur intra basilicam Sancti Laurenti, ubi corpuscula nostra requiescerent.

[1]) Quinquennalis dixit: Plena est responsio Mariae sp. f. de facta a se epistula donationis casae suprascriptae. Nunc quid amplius fieri desideratur?

Defensores sanctae eccles. catholicae civitatis Rav. dixerunt: Petimus, ut Gesta nobis edi jubeatis ex more!

Flavius Projectus Ql. et iterum Magistratus dixerunt: Ut petistis, Gesta eduntur ex more!

Flavius Rusticus [2]) v. h. pro filio meo Proje-

[1]) Incipit columna tertia.

[2]) Koppius legit: Ructicus.

cto [1]). Qi. et iterum Mag. Gesta apud eum habita recognovi.

XXIX.

Fragmentum instrumenti donationis a Hildevara factae.

I. Asservatur Parisiis in bibliotheca regia, exaratum est in papyro. Publici juris factum: 1) a *Brissonio* de formulis Libr. VI. cap. 159. — 2) e schedis Peirescianis, a *Sponio* in Miscellan. eruditae antiquitatis, p. 283; ubi falsum titulum gerit: "Testamentum christianae feminae, tertio Saeculo in cortice exaratum Ravennae." — 3) a *Fleetwodio* in Inscript. p. 520. — 4) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." Adp. p. 149 sq. — 5) a *Franc. Car. Conrado* in Parergis Libr. IV. p. 482. — 6) a *Terrassono* "Histoire de la Jurisprudence Romaine." Adp. p. 68. — 7) ab *Amadesio* Chronol. Antist. Ravennat. T. I. p. 259. — 8) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXXV. p. 132. junctis animadversionibus, p. 283. 284.

II. Continet fragmentum hocce particulam instrumenti donationis Ecclesio episcopo Ravennati factam a Hildevara illustri foemina; anno 523 post Christum natum. Maxima pars instrumenti periit; scilicet totus introitus, designatioque rerum donatarum; quae supersunt, spectant ad clausulam doli, tum subscriptionem Hildevarae donatricis, et testis primi Johannis continent.

Reliquae testium subscriptiones, nec non et tabellionis, si quidem adhibitus fuerit, periere omnes.

Ergo nec ausi sumus, ea, quae amissa sunt, supplere, cum omne, cui inniti possit, momentum desit.

---

[1]) Literarum forsan expers Projectus fuit, ita ut pater ejus pro eo, subscriberet. Ignorantiam enim literarum non obstitisse muneri Decurionum, discimus e c. 6. C. X. 51. *de decurionib. et eor. filiis.* — *Expertes literarum Decurionis munera peragere non prohibent jura.*

. . . . . .

possessiones, *que* p . . . sine vi, metu doloque vel et circumventionis studio, sed deliberatione propria et voluntate prona, scribendam dictavi, quam rogatorum a me nobilissimorum testium, vel propriae manus mea *subscrib*tione firmavi, quam cum Gestis, vos Actoresque vestros, quibuslibet duxeritis, allegandam, professionibus . . . . [1]) non deerit tuis posterumque tuorum utilitatibus in futurum; de qua re et de quibus omnibus stipulanti tibi b*eatis*simo adque apostolico viro Ecclesio suprascribtae urbis Episcopo *e. s. ei.* [2]) *et* Actoribus vestris pariter in praesentia constitutis, ego Hildeuara, quae superius, olim jam perfectae aetatis [3]), in verbis *solle*mnibus spopondi. Actum in Classe *salida* [4]) III. Iduum Novembrium, Maximo *V. C.* Consule.

Hildeuara *inlustris femina* huic cessioni adque donationi a me factae, in beatissimo adque apostolico viro Ecclesio, sacerdotem [5]) Ravennatis ecclesiae ad omnia,

---

[1]) Forte: *professio mea non deerit.*

[2]) Forte: *et successoribus tuis.*

[3]) c. 4. C. II. 45 *de his, qui veniam aetatis. — Si quis aliquid dari vel fieri voluerit, et legitimae aetatis fecerit mentionem, vel si se absolute dixerit perfectae aetatis, illam tantummodo aetatem intellectam esse videri volumus, quae et XXV annorum curriculis expletur.*

[4]) Legendum sine dubio: *in Classe Ravenate sub die III. Iduum.* Classem Ravennatem, eam civitatis Ravennae partem, sive suburbium, cui classis ab Augusto ibi collocata nomen fecit, appellatam esse constat: velut cum *Spartianus* in Didio Juliano, cap. 6. scribit: *Julianus Classem Ravennatem occupat.* Sic et in charta anni 591. *Imp. Dn. N. Mauricio Tiberio P. P. Aug. anno nono, P. C. ejusdem octavo sub die sexto Iduum Martiarum, Indictione nona, in Classe Ravennate.*

[5]) *Sacerdotis* nomine hoc tempore proprio significabantur Archiepiscopi.

quae superius tenentur adscribta, relegi, consensi et *suscribsi*, et testes, ut suscriberentur,[1]) conrogavi; stipulantique ss. viro beatissimo, et Actoribus tuis, in praesentia constitutis, in verbis sollemnibus *spopondi*.

Ego Johannis V. C. *hujus* donationis, cessionisque instrumento, rogatus ab Hildeuara, *ill. femina* . . . . . *testis suscripsi*.

. . . . . .

XXX.

Fragmentum instrumenti donationis a Gáudioso defensore factae.

I. Asservatur Bergomi (*presso la Marchesa Antonia Solzi Suardi*); scriptum in papyro. Publici juris factum: 1) a Canonico *Maria Lupo* in Codice diplomatico civitatis et ecclesiae Bergomatis. (Bergomi 1784. fol.) pag. 402. — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CX. pag. 169; junctis animadversionibus, pag. 325. 326.

II. Lacerum fragmentum continet donationis instrumentum, factum ecclesiae Ravennati, a Defensore ejusdem ecclesiae, Gaudioso, de horto, cum usu stabuli et putei. Supersunt nonnisi subscriptiones quatuor testium, et tabellionis, qui instrumentum scripsit. Aetatis incertae est. Cum vero inter testes occurrat scholaris collegii Gentilium, conscriptum esse debet ante Justiniani tempora, si quidem vera sunt, quae Gothofredus contendit, Justiniani scilicet aevo, nullos superfuisse milites gentiles, idque Justiniano ansam praebuisse, quominus titulum Codicis Theodosiani, *de nuptiis gentilium* suo Codici inserendum duxerit.

[1]) Leg. *suscriberent*.

. . . . . .

. . . . tinus V. C. Domestiens Numeri felicium Letorum [1]) uhic usufructuariae donationis chartule *suprascripti hortus in integro*, qui est in pergulis exornatus cum usu cortis [2]) et putei, adque ingresso *et egresso*, *nec* non et pariete a platea vel *omnibus ad eiusdem pertinentibus, sicut superius legitur, facta a suprascripto* Gaudioso reverentiss. Defensore *sancte* Ecclesiae Rav. donatore *in ssta sca Eccl. Ravenn.*, *qui me presente* suscripsit, et coram nobis ei relicta est, rogatus a ssto Gaudioso, *testis suscripsi*, et hanc chartulam posita super sancta Evvangelia [3]) *Actionariis presente* Aeclesiae a memorato Gaudioso sub jusjurandum traditam vidi.

[*N. N.*] ουιξ υπεκταβιλες ουι συνοφρουκτυαριας δονατζιονες καρτουλαι σστι ορτου ιν ιντεγρο, κουι εστ ιν περγουλις εξορνατος κομ ουσου κορτις ιδ πυτει αδκειαι ινγρεσο ιδ εγρεσο νον νον ιδ παριετε α πλατεα υελ ομνιβους αδ ιδδεμ περτινεντιβυς, σικυδ σπ. λεγιτος φακτα α σπ. γαυδιοσο ρευερεντισσιμο δεφενσορε σανκτε ιεκλεσιαι ρα-ιλαντιν δονατορε ιν σπ. ραυεννατεμ εκκλες. κ. με πρεσεντε συσκρίψι ιδ κορα νοβις αι ρελικτα εστ, ρογατους α σπ. γαυζιοσο τεστις συσκρίψι ιδ ανε ιν παρτε υλαμ ποσιτα σουπερ σανκτα ευαγγελια Ακτζιονεριις πρεσεντε εκκλεσιαι α μεμορατο γαυζιοσο σουβ ιυσιυραντδομ τραδιτα υιδι.

[*N. N.*] *Dom.* Num. fel. Leon. huic usufructuariae donationis chartule ssti *hortus in integro*, qui est in

---

[1]) *Leti*, populus barbarus, e quo numeri militum quidam eligebantur. Cf. *Cangium* v. Leti.

[2]) *cors*, *cohors* i. q. stabulum. *Varro* de re rustica. L. I. c. 13. L. III. cap. 3. *Palladius* de re rustica. L. I. c. 22.

[3]) Mos, qui seriore aevo in investituram per Sancta Evangelia, vel per Altare degenerasse videtur, de qua conferas Scriptores rei diplomaticae. Juramentum super evangeliis primus introduxisse videtur Justinianus *Novell.* VIII. tit. 3.

pergolis exornatus, cum usu cortis et putei, adque ingresso *et egresso*, nec non et pariete a platea vel omnibus ad eumdem pertinentibus, *sicut superius* legitur, facta a ssto Gaudiosum reverentiss. Defensure sancte *Eccl. Rav. donatore* in ssta sancta Rav. Aecclesia, qui me presente suscripsit, *et coram nobis* ei relicta est, rogatus a ssto Gaudiosum, testis suscribsi, et *hanc chartulam posi*tam super sancta Evvangelia Actionariis praefatae Aecclesie *a memorato Gau*diosum sub jusjurandum traditam vidi.

[N. N.] *vir discretus* Scolaris collegii Gentilium huic usumfructuariae donationis *chartulae* sste ortus in integro, qui est in pergolis exornatus, cum *usu* cortis et puteis, adque ingresso et egresso, nec non pariete *a platea vel* omnibus ad eandem pertinentibus, sicut superius legitur, *facta a suprascripto* Gaudioso reverentissimo *Defensore* sancte Aeglesie Rav. donature in *sstam scam* Rav. Aeglesie, qui me presente suscripsit, et quoram nobis *ei relecta est*, rogatus a ssto Gaudioso testis suscripsi, et in hanc *chartulam posita* super sancta Evvangelia Actionariis sancte Aeglesie pre*fate a memo*rato Gaudioso sub jusjurandum traditam vidi.

. . . . . s Primicerius Scolae Forensium Civitatis Ravennatis seo Classis . . . . . hujus usufructuariae donationis chartule *sti hortis* in integro, qui est in pergulis exhornatus, *et omnibus* ad eodem pertinentibus seo adjacen*tibus* cum ingresso et egresso, sicut superius legitur, *post ro*boratione testium atque tradetam *complevi* et absolvi.

Notitia testium, id est:

. . . . . acius V. C. Dom. Num. fel. Let.

. . . . . tinus V. C. Dom. Num. fel. Let.

. . . . . .

XXXI.

Instrumentum donationis, factum Defensoribus ecclesiae Ravennatis a Runilone.

I. Asservatur Venetiis in archivo (*di S. Nicolo de Greci*), exaratum in papyro, longitudine palmarum IX, unciarum II, latitudine palmae I, unciarum IV.

Publici juris factum: 1) in *Girolamo Zanetti* "Descrizione e spiegazione di un antichissimo e segnalato papiro." Venez. 1763. — 2) in *Marini* "I papiri diplomatici." nro. LXXXVI. p. 121-124. junct. animadv. p. 284-286.

II. Confectum est instrumentum anno 553 p. C. n. Ex mandato patris Aderit, Runilo femina nobilis e gente Gothorum, consentiente marito Felithane, donat, ut protectionem Archiepiscopi inde habeat, ecclesiae Ravennati quinquaginta argenti libras, nec non dimidiam partem massae Fadilianae, et massae . . . lianae, tum clericis in ista ecclesia servientibus solidos quinquaginta, ut sibi vestimenta emant; ea tamen sub lege, ut ecclesia cedat quindecim argenti libras, sextamque fundorum partem, Ademunto, filio naturali patris Aderit.

. . . . . Aderitnis [1]) patris mei, argenti libras quinquaginta, in reditibus solidos centum, id est, Massae Firmidianae, territorio Urbinati, et . . . 4 . . . lianae, territorio Lucense constitutarum, uncias senas, id est, earum Massarum mediam quantitatem, cum omni instructo, instrumentoque suo [2]), omnibusque ad se per-

---

[1]) Legendum forte: *Aderit gls.* i. e. *gloriosi patris.*

[2]) De hac formula conferas *Brissoni* de formul. L. VII. cap. 82.

tinentib. cum ad . . . 4 . . . [1]) colonicis, subsequentibusque suis finibus, terminis, servitutibusque earum cum mancipiis, quae in designatis Massis esse noscuntur, et quae a tempore barbarici [2]) ex eisdem lapsa [3]) repperiri potuerint, tenendi per hujus meae paginam largitatis, dominos et procuratores vos in re vestra instituens, et revocandi damus licentiam. In ornatu pariter conferimus et veste, solidos quinquaginta a praesenti *die*, integram dominii potestatem habentes, in jura vestrae beatitudinis vindicetis, quae mihi obvenerunt ex successione Aderitgis [4]) patris mei, cujus etiam hoc me perfecisse mandato, manifeste profiteor, ex quibus rebus estis Ademunt qui et Andreas appellatur, naturali quondam patris mei, argenti libras quindecim Massarum estarum uncias singulas suis cum omnibus ad se pertinentibus . . . . 8 . . . . id est, solidos quinquaginta, nihilominus conferatis titulo largitatis, contra quam donationem nullo tempore, nullaque ratione, me posteros successoresque meos venturos esse pollicetur, invocato tremendi diem judicii et salutem invictissimi principis, obtestans, Romanum gubernantis imperium, praecipuam cum haec et mandato patris perfecerim, et defensione [5])

---

[1]) An: *adjacentibus colonicis.* Colonicae erant casae rusticae ad usum colonorum.

[2]) *Tempus barbaricum* designare videtur, tempus, in quo incursiones Gothorum fierent, ut ex Eutropio, Ammiano, Spartiano et aliis scriptoribus patet.

[3]) pro *elapsa.* De servis fugitivis titulus singularis Codicis Justinianei loquitur. Ad rem facit epistola *Gregorii M.* (L. VII. e. 52.) ad conductores suos: *Noveritis ei sub hac conditione vos esse commissos, ut mancipia, si quae foris latitant, vel fines pervasos, sui instantia juri ecclesiastico, revocare non differat.*

[4]) Legendum forte: *Aderit gloriosi patris.*

[5]) cf. *Gothofred.* ad l. 1. C. Theod. I. 5. *de offic. judi. mil.* et ad l. 1. Cod. Theodos. XI. 24. *de patrocin. Vic.*

atque solaciis vestris me contineri, non sit indignum, ut et tuitionem vestram adversus violentas inpetos nobis etiam tempore futuro praestitur [1]). Ergo, quae tradenda erant, tradidimus; quae mancipanda erant, mancipavimus [2]); huic tam legaliter perfectae donationi dolum malum abesse, afuturumque esse promittimus, quarum rerum sstarum triginta dierum usufructus est nobis pro traditione [3]) sollemnitate retentio. Gestis etiam, quibus volueritis, allegandi liberum ex nostra permissione, nostrum ulterius minime requirentes consensu, sumatis arbitrium, promittentes quoque, si necessarium fuerit, inter acta praebere raesponsum, quemadmodum et in praesenti Curialibus hujusce urbis sum professa. Quam *largitatem* omni juris soliditate et *maturo* firmatam consilio Severo Forensi Civ. Rav., scribendam dictavi, cui propriae manus tum ego, quam Felithanc vir sublimis jugalis meus propter ignorantiam litterarum signa inpraessimus et testibus optuli suscribendam, stipulationis et sponsionis robore confirmatam vobis beatissimis Archiepisc. Actoribusque vestris, coram suscribentibus tradidi. Imp. Domn. Justiniani anno vicensimo septimo, sub die prid. Nonarum Aprilium, duodecies P. C. Basili jun. V. C. Actum Ravenna in domo jugalis donatricis, Ind. prima.

Signum † Runilonis sublimis feminae, *supra-scriptae* donatricis.

Signum † Felithanc viri subl. jugal. sstae quae ego Severus For. inclusi [4]).

---

[1]) *praestetur.*

[2]) Cum his temporibus vetus mancipationis ritus jamdiu cessaverit, formula ista sensu idoneo caret, omninoque vana est.

[3]) *traditionis.* cf. c. 28. C. VIII. 54. *de donationibus.*

[4]) Tabellio signis crucis nomina donatorum adscripsit, quod vocat, *includere signa crucis.*

† Laurentius *vir spectabilis* rogatus a Runilone subl. f. ejusque jugale Felethanc subl. vir., quibus me presente relicta est, et *signa* fecerunt, testis suscribsi, et me presente est tradita donatio [1]).

† Arborius V. C. huic donationi, rogatus a Runilone subl. f. ejusque jugale *Felithanc* subl. vir., quibus me praesente relicta est, *et signa* fecerunt, testis suscripsi, et me presente est tradita donatio.

† Bassus V. C. huic donationi, rogatus a Runilone subl. f. donatrice ejusque jugale Felithanc subl. v., quibus me praesente relicta est, et signa fecerunt, testis suscribsi, et me praesente est tradita donatio ∽ ∽ ∽

† *Termantus vir strenuus* huic donationi rogatus a Runilone subl. f. donatrice ejusque jugale Felithanc subl. v., quibus me praesente relicta *est*, *et* signa fecerunt, testis suscribsi, et me praesente est tradita donatio ∽ ∽ ∽

† [*N.* N.] . . . . huic donationi *rogatus* a Runilone subl. f. donatrice, ejusque jugale *Felithano subl. v.*, quibus me praesente relicta est, *et signa* fecerunt, testis suscr*ibsi*, *et me praesente est tradita donatio*.

Ego Severus For*ensis* et scribtor, hanc donationem *roboratam a testibus*, et conpletam absolvi, die et duodecies P. C. *suprascripto*.

---

[1]) Instrumentum donationis in mundum redactum. cf. c. 17. C. IV. 21. *de fide instrum.*

XXXII.

Gestorum de donatione Justini imperatoris ecclesiae Ravennati facta, habitorum Fragmentum.

I. Asservantur Romae in bibliotheca Vaticana, exarata in papyro, longitudine palmarum II unciar. IV, latitudine palmae, et dimidiae. Primus illud fragmentum legit *Grimaldus*, e cujus schedis editum est: 1) a *Leone Allatio* in Animadversionib. ad fragmenta Curtii Inghirami antiquitat. Etruscar. Paris. 1640. 4. p. 67. — 2) a *Just. Fontanino* in Vindic. antiq. diplomatum. Rom. 1705. 4. p. 10. — 3) a *Donio* in Inscriptt. Class. XIX. nro. 7. et in praefatione *Gorii* p. XXIV. — 4) ab *Amadesio* Chronol. antist. Ravenn. T. I. App. nro. XVIII. — 5) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXXVII. p. 134; junctis animadversionibus, p. 287-289.

II. Lacerum istud fragmentum ab editoribus mirum in modum explicatum est; certe tamen ejus tenor hujusmodi fuit. Justinianus Imp. omnem Gothorum Arrianorum substantiam Ravennati ecclesiae, et Agnello Episcopo condonavit, habereque concessit [1]), ea tamen sub lege, ut tributa fiscalia, his bonis imposita, solveret. Cum vero voluntas ejus in omnibus minime esset adimpleta, Justinus

[1]) Vid. *Rubeum* in vita Agnelli, in Adpend. libror. histor. Ravennat. c. 2. ubi dicit: "Temporibus istius Justinianus rectae fidei Augustus omnes Gothorum [Arianorum] substantias huic ecclesiae et B. Agnello episcopo habere concessit, non solum in Urbibus, sed in suburbanis villis, et viculis etiam, et templa, et aras, servos, et ancillas, quidquid ad eorum jus, vel ritum Paganorum pertinere potuit, omnia condonavit et concessit, et per privilegia confirmavit." Rubei fidem frustra convellere voluisse *J. P. de Ludewieg* in Vita Justiniani, p. 718. 719. e nostro instrumento coelo clarius elucet.

jun. Imperator ejusque contubernalis Sophia, (qui sub nomine *christianissimorum Dominorum* laudantur) donationem istam confirmaverunt, et quidem sub eadem lege, quod ecclesia tributa fiscalia solvere adstricta esset.

Numerarii igitur scriniorum et canonum rationes confecerant de qualitate et quantitate tributorum, et eas obtulerant Exarcho Ravennati, ut agnoscerentur ab Agnello et Defensoribus ecclesiae Ravennatis. Dixerant Defensores, se agnoscere rationes, et se velle tributa illa solvere, cautionemque fecerant ad muniendum fiscum. Agnitis rationibus instrumentum donationis recitatum est; et traditio bonorum fiebat.

Fragmentum nostrum exhibet Gesta de hac agnitione et traditione habita; sed ita lacerum est, ut multa periisse videantur. Rationes a Numerariis confectae in initio conspiciuntur, subsequitur petitio Numerariorum de agnoscendis rationibus, et responsio Defensorum; finem faciunt fragmenta instrumenti donationis, jussu Justini confecti.

„ . . . . . .
„ d *massa* . . . . *ent ad* Scm Martinum . . . . . .
„ d . . . . . st p Titianum [1]) . . . . . .
„ d *massa*, *quam* tenet Johannis Capitul*arius* [2]) . .
„ d . . . . — — — — — . . . . . .
„ d *massa* et taberna . . . . . sol. n. ∞ . . . .
„ . . erri . . . . . — — — — . . . . . .
„ . . — — — — — . . . . . .
„ p . . . . fanum — . . . . . .

---

[1]) E. massa, quae est prope Titianum.

[2]) *Capitularii*, genus exactorum. cf. *Cassiodor.* Var. Lib. X. ep. 28. *Gothofred.* ad c. 3. C. Theod. VI. 35. *de privileg. eor. qui in sacr. palatio.*

„ac sic fieri [1]) — — — sol. n. ∞ ∞ CLXXIS.
„ pensio — — — sol. n. DCCCCXXXIIS.
„ fiunt — — — sol. n. ∞ CCXXXGIII.
„ in . . . non Praefect — sol. n. ∞ CLIIIS.
„ in titulo largitionali — sol. n. LXXXVS."

Cumque itum fuisset et paululum post regressis, Cumquodeus, Adon, Eventius et Honorius, Numerarii in scriniis suburbicariis et canonum [2]), per unum ex se Honorium dixerunt: Secundum jussionem praecelse potestatis vestrae [3]) ostidimus rationes nuperius positas, praesente Agnello viro beato Archiepiscopo [4]), Defensoribus ecclesiae Ravennatis . . . 12 . . . un . . . c . . 4 . . . e fundi quondam patrimonio tributa sunt et distributa, et requisivimus ab eis in praesentia viri beati Agnelli Archiepisc. hujus Rav. eccl., si libenter ac gratae suscipiant, et ut nobis cautilas [5]) mari solito praebeant. Et spoponderunt, eodem viro beato Archiepisc. consentiente, se libenter et grate suscipere, et gratias agunt christianissimis ac tranquillissimis Dominis nostris [6]) et vestrae praecelse potestati, per cujus dispo-

---

[1]) *Koppius* legit: *fiesi.*

[2]) De scriniis canonum, conferas *Cassiodor.* Var. L. XII. ep. 13. *Gothofred.* ad c. 2. C. Theod. VI. 30. *de palatin.*

[3]) Titulus Magistratus sublimis, Exarchi forsan. Gesta enim haec haud in curia Ravennati confecta esse videntur, quia nulla in iis conspicitur allocutio ad Magistratus, Principales, Curiales etc. sed coram Exarcho Ravennate.

[4]) Mortuus est anno 569. p. C. n.

[5]) *Koppius* legit: *cautila.*

[6]) Designantur Justinus junior Imperator et Sophia ejus contubernalis, ad cujus mandatum per Exarchum donatio executionem suam haberet. De titulo *christianissimi* cf. c. fin. C. I. c. 1. de *summa trinitate;* — de titulo *tranquillissimi* videas *Gregor. M.* Epistol. L. I. ep. 16. *Juret.* ad Symmach. L. II. ep. 8. L. K. ep. 46, *Gothofred.* ad c. 2. C. Theod. II. 9. *de pact.*

sitionis sca voluntas pietatis eorum inpletur; sed et cautilas nobis secundum more consuetum praeberunt, fiscum in totum monientes [1]). Dixit [2]): Considerantes christianissimorum Principum ac Dominorum nostrorum perpetuae benignitatis sacratissimum fontem, quo cunctus subjectus [3]) suos diversis largitatibus inrigare dignatur; inspecta quoque divinorum apicum [4]) sanctionem, per quam sancte catholice Rav. eccl. talem munificentiam pietas principalis indulget et ateperatis [5]) omnibus ac confusione vel in e . . . . patrim . . . . de quo agitur, congruam modificationem . . . t . . . . for(s)tin . . . . r inperial . . . se famutari, e(u)t illa, que a predecessoribus nostris minime sunt adinpleta, ad plenum effectum integrumque perducere patiatur. Igitur sancta catholica Ecclesia hujus Rav. Civitatis, augustissimi Principis [6]) beneficiis et omnem patrimonium quod Arianorum quondam Ecclesie fuit, proprio jure possedet, quoniam cognovimus ex pra . . . ur (as) . . . . e Patricii plurimu(a)s solidos pd [7]) . . . is ela(u)m tradi . . . . Defensoribus sce. Rav. Eccl. . . . . .

. . . . . .

---

[1]) munientes.

[2]) Forte: *Exarchus* dixit.

[3]) *subjectos.*

[4]) Sic et *Apices Augusti* etc. *Brisson.* de Verb. Sign. h. v.

[5]) Forte: *attemperatis.*

[6]) sc. Justiniani Imperatoris.

[7]) *praedictos?*

XXXIII.

Gesta de donatione Ecclesiae Ravennati a Bono et Martyria facta, Ravennae habita.

I. In duas lacinias disrupta sunt, quarum altera in bibliotheca Gambalunga Ariminensi, altera Romae in bibliotheca Vaticana asservatur. Exarata sunt in papyro, et quidem per quatuor columnas per transversum scriptas, longitudine palmarum IX et dimidia, latitudine unius palmae et dimidiae. Lacinia Ariminensis publici juris facta ab *Amadutio* in Anecdotis Romanis. T. II. p. 439; posterior Romana edita: 1) in *Donii* Inscriptt. Cl. XIV. p. 502. — 2) in *Maffei* "Istoria diplomatica." Adp. p. 155. — 3) in *Conradi* Parerg. L. IV. p. 476. Utramque edidit *Marinius*, eas cohaerentes esse primus suspicatus, in opere: "I papiri diplomatici" nro. LXXXVIII. et LXXXVIII a. p. 135-137; junctis animadversionib. p. 289-292. Specimen scripturae etiam dedit in Tab. IX.

II. Gesta confecta sunt in curia Ravennate, anno 572 p. C. n. Bonus et ejus conjux Martyria ecclesiae Ravennati sex uncias bonorum suorum, nec non septem semis uncias fundi Quadrantulae donaverant, instrumentumque donationis per Liberium tabellionem fieri jusserant. Producitur illud a Defensoribus ecclesiae coram Curia, ut donatio ad acta insinuetur.

Deputatur Melminius Bonifacius cum exceptore Gunderit, ad quaerendum, si donatores instrumentum agnoscant. Revertuntur et de agnitione illius curiam certiorem faciunt. Deinde Defensores petunt, ut Acta de his habita, sibi edantur; editioque decernitur. Gesta roborantur subscriptionibus Magistratuum et Exceptoris.

[1]) . . . . *apud Melminium Laurentium virum laudabilem et iterum Magistratus Civitatis Ravennatis, praesentibus Theodosio V. C.* atque Melminiis Bonifacio et Johanne jun. Principalibus, Defensores sce Eccles. *cath. Rav. dixerunt: Notam facimus Laudabilitati vestrae donationem, quam in sanctam nostram Ravennatem ecclesiam fecerunt Bonus vir, honestus,* Bracarius [2]) ejusque conjux Mar*tyria honesta femina* de id, quod ipsius chartula donationis inferius ad singula *continere dignoscitur, quam prae manibus habemus. Petimus Laudabilitatem vestram, ut eandem* a conpetenti Officio suscipi *ju*beatis, legi, actisque indi, deinde una nobiscum Principales *viros pariter et Exceptorem ad memoratum Bonum v. h. Bracar. et conjugem ejus Martyriam h. f. dona*tores dirigi jubeatis, ita ut dum eisdem chartula donationis ostensa relectaque fuerit, si a se in antedictam sciam nostram *Rav. ecclesiam factam agnoverint, et eam Liberio v. h. tabellioni* Civ. Rav. scribendam dictaverint, et ipsi in eadem manibus propriis signa inpraesserint, testesque, ut *suscriberent, conrogaverint, et hanc donationem actis Laudabilitati vestrae allegari voluerint,* seu, quam habeant voluntatem, his actis aedicere non morentur!

Magistratus dixit: Suscipiatur chartula donationis, quae a Defensoribus sctae eccles. Rav. offertur, et a conpetenti percorratur [3]) Officio!

---

[1]) Vestigia hic conspiciuntur literarum mirum in modum contortarum sibique invicem adhaerentium, eodem modo, ut in Instrumento plenariae securitatis.

[2]) *Bracarius*, qui fabricat braccas; quarum usus populis Germanis consuetus.

[3]) *percurratur* idem quod, *recitetur*.

Cumque suscepta fuisset, et recitatum est:
„*Imp. D. N. Justino* PP. *Aug. anno septimo et* P. *C.*
„*ejus secundo, anno quarto, sub die* . . . . Ind. quinta
„Rav. Dominae scae et per omnia venerabili Eccl. cath.
„Rav. Bonus v. h. Bracarius et *Martyria h. f. conjux*
„*ejus praesentes praesenti salutem! Munera deo et*
„*ecclesiis sanctis* offerenda numquam sunt periturae, et
„ideo hac consideratione conmoniti, praesenti vobis De-
„fensoribus *scae eccles. cath. Rav.* donamus, cedimus,
„tradimus ac mancipamus sex uncias totius substantiae
„nostrae in mobilibus, in inmobilibus . . . . erri (risi),
„ut dictum est, in rusticis urbanisque praediis, exceptis
„mancipiis [1]), et septem semis unciis fundi *Quadrantulae*
„*sub reservatione ususfructus dierum vitae nostrae, jure*
„*directo in perpetuum, quae possidendi* liberum sortia-
„mini ex nostro permisso arbitrium; quae res nobis
„universae obvenerunt, tam ex proprio, quam . . . .
„*anus* hujus Eccl., quem admodum et a *nobis*, vel au-
„ctoribus nostris constat esse possessum . . . . [2]) *utendi*
„*possidendi* . . . . . dominio *possideri* . . . . . .
„modis om*nibus* . . . . . *Quam donationis chartulam a*
„*nobis* suscriben*dam dictavimus Liberio tabellioni hujus*
„*Civit. Ravenn. licentiam vobis trib*uentes, si, nec*esse*
„*fuerit, allegandi Gestis municipalibus, non spectata*
„*denuo nostra professione. Actum Rav. die ssto.*
„ *Signum Boni h. v. Bracarii ssti.*
„ *Signum Martyriae h. f. conjugis* ejus don*atricis*
„ *sstae, consentientis in omnia ssta.*

---

[1]) Mancipia sive servos excipere fas fuit; haud vero colonos, qui una cum fundis ad novum dominum transire debebant. cf. c. 7. C. Theod. IX. 42. *de bon. proscript.* c. 3. C. Theod. XIII. 10. *de censu;* fr. 112. D. XXX. *de legat. in primo.*

[2]) Incipit lacinia in bibl. Vaticana asservata.

[*N. N.*] *huic donationi sex unciarum totius substan-*
„*tiae, sicut superius* legitur, rogatus *a Bono h. v. Bra-*
„*cario et Martyria h. f. conjuge ejus, quibus me prae-*
„*sente relecta est, et qui in mei praesentia signa fece-*
„*runt, testis suscribsi.*

„[*N. N.*] *huic donationi sex unciarum* totius *sub-*
„*stantiae, sicut superius legitur, rogatus a Bono v. h.*
„*Bracario, et Martyria h. f. conjuge ejus, quibus me*
„*praesente relecta est, et qui in mei* praesentia *signa*
„*fecerunt, testis suscribsi.*

„[*N. N.*] *huic donationi sex unciarum totius sub-*
„*stantiae, sicut superius le*gitur, roga*tus a Bono h. v.*
„*Bracario, et Martyria h. f. conjuge ejus, quibus me*
„*praesente relecta est, et qui in mei praesentia signa*
„*fecerunt, testis suscribsi.*

„[*N. N.*] *huic donationi sex unciarum to*tius sub-
„st*antiae, rogatus a Bono v. h. Bracario et Martyria*
„*h. f. conjuge ejus, quibus me praesente relecta est, et*
„*qui in mei pr*aesentia *signa fecerunt, testis suscribsi.*

„[*N. N.*] *huic donationi sex unciarum totius sub-*
„*stantiae, sicut superius legitur, rogatus a Bono* v. h.
„Bra*cario et Martyria h. f. conjuge ejus, quibus me*
„*praesente relecta est, et qui in mei praesentia signa*
„*fecerunt, testis suscribsi.*

„*Ego Liberatus v. h. tabellio Civ. Rav. hanc do-*
„*nationem, sex unciarum factam a Bono v. h. Bracario*
„*et Martyria h. f. conjuge ejus, in scam eccl. Rav.*
„*sicut superius legitur, scribsi, et post testium robora-*
„*tionem, complevi et absolvi.*"

Mag*istratus* di*xit:* Lecta chartula donationis in acta megravit. Et adjecit: Secundum petitionem Defensorum scae Eccle*sie* Rav*ennat.* pergant nunc de praesenti Melminius Bonifacius v. l. una cum Gunderit Exceptore ad Bonum v. h. Braca*rium* ejusque conjugem Martiria donatores, ita *ut, dum* eisdem chartula donationis ostensa

relectaque fuerit, si a se in supradicta Eccle. Ravennatem factam esse, cognoscent, vel, quid responsi dederint, actis renuncietur!

Cumque itum fuisset, et paulo post regressum ad publicum, *praesentibus, quibus, supra,* Melminius Bonifatius v. l. sed et Gunderit Exceptor *dixerunt:* Sicut praecepit *Laudabilitas vestra,* perreximus ad sepedictos donatores, Bonum v. h. Bracarium et ad ejusque conjugem Martyria h. f., quibusque dum a nobis eisdem chartula donationis ostensa relectaque fuisset, ita dederunt responsum, se eam Liberio tabell*ioni* hujus Civ. Rav. scribendam dictassent, testesque, ut suscriberent, pariter conrogassent, per qua se donasse professi sunt eidem sce Eccl*esiae* cath. Rav., in qua *vir beatissimus* Petrus Archiepisc*opus* praeesse videtur [1]), id est, sex uncias totius substantiae suae, excepto mancipiis, sed et septem semis uncias fundi sste Quadrantulae, sub reserbatione ususfructus dierum vitae eorum, jure directo in perpetuum eidem Eccl*es.* Rav. possidendam, quam etiam Gestis *Laudabilitatis vestrae* allegare desiderant, et in hac se voluntate perduraturi esse promittunt, his actis profitemur.

Mag*istratus* d*ixit:* Accepta responsione praesentum Melmini Bonifati v. l. pariterque et Gunderit Excepto*ris,* quid nunc amplius Defensores fieri desiderant? Prosequantur!

Defensores sce Eccl*esiae* cathol. hujus Rav. d*ixerunt:* Quoniam omnia suo ordine, quae ad firmitatem chartulae donationis pertinebant, rite adimpleta sunt, ideoque petimus *Laudabilitatem vestram,* optimi Mag*istratus,* ut Gesta nobis propter munimen Eccl*esiae* nostrae a competenti Officio edi jubeatis ex more!

---

[1]) *Videtur* seriore aevo saepissime passive sumitur, pro *est, conspicitur, dignoscitur.*

Melminius Laurentius et iterum Magistratus *dixit:* Ut petistis, Gesta vobis dabuntur ex more!

Melminius Laurentius et iterum Magistratus Gesta apud me habita recognovi.
Melminius Bonifatius v. l. his Gestis apud nos habitis suscripsi.
Melminius Johannis jun. his Gestis apud nos habitis suscripsi.
Gunderit Exceptor Curiae Civ. Rav. his Gestis edidi.

XXXIV.

Instrumentum donationis, factae Monasterio Sancti Andreae, a Gregorio Diacono.

I. Asservatur Romae in monasterio S. Andreae ad clivum Scauri. Editum e Codice Frangipanensi 1) in *Annalibus Camaldulensibus.* T. IV. App. nro. 1. p. 600. — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici," nro. LXXXIX. p. 137-139; cum animadversionibus, p. 292-295. Authenticum original periit, exemplar solum a Falconio descriptum, nobis restat. Cum in originali complura haud amplius legi potuissent, forsan et descriptor siglas quasdam haud rite explicasset; mirum non est, lectionem admodum corruptam esse.

II. Continet instrumentum donationem quatuor unciarum fundi Laveriani, Spejani et Ancessani, quam Gregorius Diaconus, Monasterio S. Andreae ad clivum Scauri, anno 587 p. C. n. fecit. Conscriptum fuit a Deusdedit Notario urbis Romae; desunt tamen subscriptiones testium duorum ultimorum, nec non et ipsa Notarii suscriptio. Inde Falconius descriptor dixit, se decerpsisse ea, quae nondum emarcuerint.

In nomine Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante Domino Mauritio Tiberio Augusto anno sexto, et post Consulatum ejusdem Domini nostri anno quarto, Indictione sexta, vigesima octava die mensis Decembris. Sancto et venerabili Monasterio Sancti Andreae Apostoli nostro loco constituto, quod appellatur Clivus Scauri, in quo est Maximianus et reverendissimus Abbas, et per eum in eodem venerabili Monasterio Gregorius indignus Diaconus Apostolice sedis perpetuam salutem! Quoties laudis vestre usibus, licet parva quedam conferimus, vestra vobis reddimus, non nostra largimur, ut hec agentes non simus elati de munere, sed de solutione securi. Proinde ego Gregorius servus servorum Dei [1]) dono, cedo, trado et mancipo, et ex meo jure in vestro jure, dominioque transcribo quatuor videlicet in integrum principales untias trium fundorum Laveriani, Spejani, Ancessani cum Castello suo, vel cum adjacentibus suis, sive, quo alio vocabulo nuncupantur, cum mancipiis, colonis suis, vel cum omni jure et proprietate eorum, cum casalibus atque appendicibus suis, sive cum silvis, campis, pratis, pascuis, salectis, sationibus, vineis, olivetis, arboribus pomiferis, fructiferis et infructiferis, diversique generis, putels, fontibus, rivis, aqua perenni, limitibusque suis omnibus, et omnibus ad easdem quatuor untias suprascripti Laveriani, Spejani atque Ancessani cum Castello suo, vel cum omni jure et proprietate eorum; et omnibus ad se pertinentibus constitutis via Tiburtina milliario ab urbe Roma plus minus vigesimo quinto, territorio Tiburtino coherentes in . . . . consortes octo untiarum juris Gra-

[1]) Fortasse in authentico fuit sigla: *Gregorius s. s. d.* i. e. *Gregorius suprascriptus Diaconus.* Falconius descriptor eam male adsecutus esse videtur.

tiosi juri [1]) honesti, et inter affines, fundus qui appellatur Momordianum, juris Comitis Commodi, et si qui alii affines sunt [2]) aut ab origine fuerunt, et quicquid est in perpetuum [3]), sicut optime maximeque sunt, et a meis auctoribus preauctoribusque meis bono optimo et inconcusso jure possesse sunt, et usque in hodiernum diem possidentur, una cum omni jure professionum et tributarium, quas mihi obvenisse profiteor ex successione Desiderii clarissimi viri inter alios memoralis [4]). De quibus quatuor untiis fundi supradicti Laveriani, Spejani et Ancessani cum castello suo, inde pro indiviso cum omnibus ad se pertinentibus quinque mihi dierum retineo usumfructum, que retentio ipsius ususfructus prefato Monasterio ejusque auctoribus [5]) pro sollemni et legitima traditione constare sanxerunt, *post* transactum vero usumfructum meum superius designatum, antefatum Monasterium habeat, teneat, possideat jure dominioque suo in perpetuum vendicet et defendat. In quo donationis pagina spondeo, atque promitto, nunquam me, heredes, successoresque meos, nec per aliam quamlibet dolosam fictitiamque personam pro cujuslibet legis interventu contrariam inferre voluntatem. Sed in hujus me heredes, successoresque meos promitto fidem cartule duraturos. Quam largitatis mee paginam omni vi, dolo, metu et circumscriptione cessante Deusdedit

[1]) Leg. *viri.*

[2]) Formula usitatissima, ad terminos designandos.

[3]) *et q. q. t. et p.* Sigla usitata pro: *et qua quemque tangit et populum*, designans, sane in authentico adhibita fuerit; quam male Falconius descriptor per verba: *et quicquid est in perpetuum*, explicavit.

[4]) Corrupta vox. Legendum videtur: *Magistri Scrinii Memorialium*; sive *viri inter alios memorabilis.*

[5]) Lege: *Actoribus.*

viro nobili Notario [1]), rogatarioqué [2]) meo scribendam mandavi, cuique subtus manu mea subscripsi, et testibus a me rogatis obtuli *sus*cribendam. Allegandi etiam Gestis, quibus tibi placuerit, non expectari [3]) deinceps professione mea ex more concedi licentiam, sub stipulatione et sponsione solemnitate [4]) interposita, imperante Domino nostro Mauritio Tiberio perpetuo Augusto anno sexto, post Consulatum ejusdem Domini nostri anno quarto, Indictione sexta, vigesima octava die mensis Decembris. Actum Rome die et Consulatu suprascripto.

Ego Gregorius peccator S. R. E. Diaconus huic donationi a me facte in prefato Monasterio de suprascriptis fundis, ad omnia suprascripta relegi, consensi, et subscripsi, et testes, ut scriberentur [5]), rogavi.

Ego Romanus vir clarissimus huic donationi quatuor untiarum fundi suprascripti Laveriani, Spejani et Ancessani cum Castello suo, et omnibus ad se pertinentibus, in integrum, facte a suprascripto Gregorio Diacono sedis Apostolice in suprascripto Monasterio Sancti Andree Apostoli, rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius praesentia testis subscripsi, et hanc donationem ab eo predicto Maximiano Abbati traditam vidi.

Ego Romanus vir nobilis et tabellarius [6]) Urbis Romae huic donationi quatuor unciarum fundi suprascripti Laveriani, Spejani, et Ancessani cum Castello

---

[1]) Lege: *viro honesto Noto.*

[2]) *Rogatarius* dicebatur Notarius, quia *rogabatur ad conficiendum instrumentum.*

[3]) Lege: *exspectata.*

[4]) Lege: *sollemniter.*

[5]) F. *ut suscriberent, conrogavi.*

[6]) F. *vir honestus et tabellio.*

suo, et omnibus ad se pertinentibus in integrum facte a suprascripto Diacono Sedis Apostolice in suprascripto Monasterio Sancti Andree Apostoli, rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius presentia testis subscripsi, et hanc donationem ab eo predicto Maximiano Abbati traditam vidi.

Ego Bonifacius Lector Tituli Sancte Marie [1]) huic donationi quatuor unciarum fundi suprascripti Laveriani, Spejani, Ancessani cum castello suo, et omnibus ad se pertinentibus in integrum, facte a supradicto Gregorio Diacono Sedis Apostolice in suprascripto Monasterio Sancti Andree Apostoli rogatus ab eodem Gregorio, qui coram me subscripsit, ipsius presentia testis *suscripsi*, et hanc donationem ab eo predicto Maximiano Abbati traditam vidi.

Falconius Scriniarius S. R. E. hec, que superius leguntur, ex antiquiori tomo, quod Deusdedit S. R. E. Scriniarius descripserat, compleverat et absolverat, quatenus emarcuerant, et fere jam deperierant, rogatu Domini Ruberti venerabilis Abbatis Monasterii Sanctorum Andree et Gregorii de Clivo Scauri, ne ex toto consumarentur, dicerpsi, et in hanc transferri curavi.

---

[1]) Lector ecclesiae titulate: Sancta Maria. De Lectoribus ecclesiasticis vide *Petiti* Observ. L. III. c. 6. *Meursii* Exercitatt. crit. P. II. L. I. c. 1. *Georgii* Liturg. Rom. Pontific. T. II. p. LXXXIII. etc.

XXXV.

Instrumentum donationis, factae a Johanne spatario ecclesiae Ravennati.

I. Asservatur in museo Bononiensi, exaratum in papyro, longitudine palmarum VII. unc. 4. latitudine palmae et unc. 4. Publici juris factum: 1) a *Mabillonio* in Supplem. libror. de acte diplomat. p. 89. nro. III; e quo particulam decerptam ediderunt Monachi Benedictini, in: "Nouveau traité de Diplomatique." Tom. V. p. 637. — 2) a *Muratorio* Thesaur. Antiq. Ital. T. V. p. 715, qui illud perperam Saeculo nono adjudicavit. — 3) a *Marinio* "I papiri diplomatici" nro. XC. p. 139; junct. animadversionibus, p. 295-299.

II. Continet donationem sex unciarum omnium bonorum, quam Johannes spatarius quidam Georgii Magistri militum, eo tempore, quo Exarchi Ravennam tenebant, ecclesiae Ravennati fecit. Initium instrumenti nec non subscriptio tabellionis perierunt.

. . . . . .

. . . . . qua . . . . . .

*prae*dictae scae Rav. Eccl. pro oblationem et remedium animae me*ae*, numquam esse venturum sed perpetuis temporibus tam *me* quam hhdes [1]) successoresque meos inlesam atque inma*culatam* conservare promitto, excluso a me vel meos hhdes *omnium* legum beneficia, juris et facti ignorantia, fori, loci *militiaeque* perscribtione [2]), seu quod de revocandis donationibus *sunt per* lege indulta donantibus, quoni*am ad* hanc lar*gitatem*

---

[1]) *heredes.*

[2]) *praescriptione.* cf. c. 29. C. II. 3. *de pactis.*

meam sponte, ut superius fatus sum, et huic habita deliberatione *per*vini, nullius cogentis consilio vel admonentis inpulso; *quam in*revocabilem donationis meae usufructuariae paginam *sstarum* sex unciarum principalium in integro [1]) totius substantiae me*ae*, mobile et inmobile, seseque moventibus, sicut superius legitur, absque ullo dolm, vim metu et circumscribtione cassan*te* [2]), Vitali tabellioni hujus Civ. Rav., rogatorio meo scriben*dam* dictavi, in qua subter, posteaquam mihi coram testibus *atque ad* singula relecta est, consentiens in omnibus mano propria p*rop*ter ignorantia litterarum signum scae crucis feci, et testibu*s* a me rogitis optuli suscribendam, eorumque praesentia *eam* vobis Actoribus supra nominatae scae Rav. Eccl. contra*didi* [3]), quam si Gestis municipalibus allegare maluerint, Act*oribus* antedictae scae Rav. Eccl. liberam tribuo et concedo ex m*ore li*centiam allegandi, non expectata dinuo meae professionis vo*ce*, ut sum de praesenti professus, stipolatione et sponsione *sollemni*ter interposita. Act*um* Rav*ennae*, Imp. Console et die suprascrib*tis*.

Signum † manus Johanni V. C. Prm. Numerii fel. Theo*dosiac*. [4]) ssti donatoris, omnia ssta agnoscentis et consentientis, cui et relec*ta est*.

---

[1]) *Unciae principales in integro* nullam habent sensum, si de donatione partis omnium bonorum sermo est, ut hic cernitur.

[2]) *cessante*.

[3]) *contradere* i. q. tradere. cf. *Cassiodor*. Var. L. V. ep. 7. L. VIII. ep. 23.

[4]) *Primicerius felicum Numeri Theodosianorum* sc. militum; sive *Primicerius Theodosiacus* numeri. cf. *Brisson*. de Verb. Signif. v. *Numerus*: *Lebeau* in Memoires des Inscriptions et des belles lettres. T. XXIX. p. 404. *Zirardini* degli ant. edifiz. Ravennat. p. 217.

† Johannis aolis [1]) huic chartulae usofructuariae donationis sstarum sex unciar. principalium in integro supranuminatae totius substantiae, mubile et inmubile seseque moventibus, sicut superius legitur, facta, in ssta sca Rav. Eccl. a Johanne spatario [2]) quondam Georgii Magistri Militum et nunc Prm. Num. felicum Theodosiacus ssto donatore, qui me praesentem signum scae crucis fecit, et coram nobis ei relicta est, rogatus ab eodem ad signum ejus roborando, Chirocrista [3]) suscripsi, et de conserbandis, quae superius scripta leguntur, ad sca evangelia corporaliter mei praesentia praebuit sacramenta [4]) et hanc donationem ab eodem praedicto Johanne Actore praenuminatae scae Rav. Eccl. traditam vidi †

† Μαρινος χρυσοκαταλακτις [5]) ουεικ χαρτουλε ουσουφρετυάρη δωνατιωνις ccταρουμ σιξ ουνκεαρουμ περικιπαρίω inn τρεγω σωπρφνομιματε τωτιους σουστατιε μουυελε et immωυλε cεσεκυε μωμειντιυους σιγκουμ σουπεριους λεγιτος φακτε ιν ccστα cακτα Εκλισιε α Ιωαννε υκ Εισπαταρίω Γεοργι Μαειστρο Μιλιτουμ et τοτου [6]) Περιμικιριους Νουμερι Φελικουμ Θεοδωσιακος ccστω δονατουρε, κοι μι πρεσεντε σιγνου cακτι Κρυκις φικετ et κωρα νουc ει ριλικτα εcτ, ρογατος au εοδεμ τεcτις cουcκριλι et δε κωμσερβανδις ωμνιυους κε cουπεριους μικηριτα λεγουντυρ αδ cακτα ευαγελλια κορποραλιτερ μεει πρεcεντια πρεβυιτ cακραμεντα et ουαυκ δωνατιονεμ υουκ [7]) περροτενατε cακτε Ραυεννατε εκλιcιε τραδιταμ ουιδι.

---

1) Vox dubia, quae et uolir, adis, udir legi potest. Quodsi udir legendum esset, per vir discretus explicari possit sigla.

2) spatarius i. q. armiger. Lex Burgund. tit. 52.

3) χειροχρεστης, scilicet is, qui pro illo, qui literas nescibat, suscripsit, nomenque ejus signo crucis adposuit. cf. Cangium in lexico Graecitatis, h. v.

4) c. 41. C. II. 4. de transactt.

5) χρυσοκαταλακτης, trapezita, argentarius.

6) et 7) F. nunc.

† Anastasius vir honestus ex Cubicul [1]) hûic chartule usufructuarjae donationis sstarum sex unciarum principalium in integro supernuminatae totius supstantis mubile et inmubile siseque moventibus, sicut superius legitur, facta in sstam scam Rav. Ecclesia a Johanne V. C. expatbario quondam Georgio Magistro Militum et nunc Primicerius Numeri filicum Theudosiacus ssto donature, qui mi presente signum sancte Crûcis ficit et cora nubis ei relicta est, rogatus ab eodem testis suscribsi, et de conserbandis omnibus, quê superius adscripta leguntur, ad sancta evangelia corporaliter mei presentia prebuit sacramenta, et hanc donatione ab eodem praedicto Johanne Acture prenuminate sancte Rav. Eccles. traditam vidi. †

† Stefanus V. C. Com. [2]) uhic chartul. usufructuariae donationis suprascribtarum sex uneiarum principalium in integro supranominatae totius substantiae, movilem et inmovilem, seseque moventibus, sicut superius legitur, facta in ssta sca Rav. Eccl. a Johanne V. C. exspatario qd. Georgii Magistro Mil. et nunc Primicirio Num. fel. Theodosiac. ssto donatore qui me praesentem signum sce Crucis fecit, et coram nobis ei relictum est, rogatus ab eodem testis suscribsi, et de conserbandis omnibus, que superius adscribta leguntur, et [3]) sca evangelia corporaliter mei praesentia praebuit sacramenta et hanc donationem ab eodem praedicto Johannem Actorem praenominate sce Rav. Eccl. traditam vidi. †

† Petrus V. C. Com. uhic chartul. usufructuariae donationis suprascriptar. sex unciarum principalium in

[1]) *Excubitor*, sive ex *Cubiculariis*. cf. *Cangium* h. v.

[2]) *Comes*, cum *viri clarissimi* titulum gerat, haud vero *Comitiacus*, qui nonnisi titulo *viri devoti* utebatur.

[3]) F. *ad*.

integro supramemonomenatae *totius substantiae*, movilem et inmovilem siseque moventibus, sicut superius *legitur*, facta in suprascribta santa Rav. Eccl. a Johannem V. C. spat*ario qd. Georgi* Magistro Mil. et nunc Premicirius Num. fel. Theodosiacus *supra*scribto donatore, qui me presente signum sante Crucis ficet et co*ram nobis* ei relictum es, rogatus au [1]) eodem testis suscribsi, et de conserban*dis omni*bus, que superius adscribta leguntur et santa evangelia corpo*raliter* mei praesentia prebuit sacramenta et hanc donationem au eod*em predic*to Johannem Acture prenominate sante Rav. Eccl. traditam vi*di*.

† Johannis Excepto*r* inl*ustris* P*raefecturae* huic chartulae usufructuariae donationis *sstarum* sex unciarum principalium in integro supranominatae totius sub*stantiae*, movile et inmovile seseque moventibus, sicut superius legitur, *facta in* ssta sca. Rav. Ecclesia a Johanne V. C. spatario qd. Georgii *Mag. Militum* et nunc Primicerius Num. felicum Theodosiacus ssto donatore, *qui me* presente signum scae Crucis fecit, et coram nobis ei relect*um est, rogatus* ab eodem testis subscribsi, et de conservandis omnibus, quae *superius ad*scribta leguntur, ad sca Evangelia corporaliter mei prae*sentia praebuit* sacramenta, et hanc donationem ab eodem pdto Johanne *Actore* prenominatae scae Rav. Ecclesiae traditam vidi. † . . . . . .

. . . . . .

---

[1]) *ab.*

XXXVI.

Instrumentum donationis, Mansionariis ecclesiae S. Mariae Romanae factae a Xanthippe gloriosa femina.

I. Extat Romae in Ecclesia S. Mariae majoris marmori incisum ex authentico instrumento, et quidem jussu papae Gregorii IV. Saeculo nono, ne periret; ut subscriptio docet. Editum est: 1) in *Donii* Inscript. Cl. XIX. nro. 17. — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. XCI. p. 141; junctis notis p. 299-302.

II. Continet donationem factam circa medium saeculum quintum, et quidem a Xanthippe quadam, Mansionariis, i. e. clericis, prope ecclesiam habitantibus, et qui iisdem officiis, quibus posteriore aevo canonici, obstricti erant, inserviebant. Initium instrumenti deest, subscriptiones testium, praeter ultimam, abbreviatae sunt, ut opportunius lapidi inciderentur.

. . . . . .

Noto rogatorioq*ue* meo scribendam dictavi, cui*que* subter manu propria litteris grecis suscripsi et testib*us* a me rogitis optuli subscribendam, allegandi etiam Gestis, quib*us* placuerit, et tempore, quo volueritis, si necessum, non spectata denuo mea professione, ex more concedo licentiam, de qua re, quibusque omnibus sstis, stipulatione et sponsionem sollemniter interposita. Act. Rom. Imp. die, Cons. et Ind. ssta.

† Fl*avia* Xanthippi [1]), filia qd. Megisti, imperialis a secretis, huic chartul*ae* usufructuarie donationis de ssta

---

[1]) Ξανθίππη, quod Graeci *Xanthippi* pronunciabant.

Massa, quam Paganicense [1]), in integro, cum fundis et casalibus suis, id est F. Arturianus, F. Garganus, F. Mattianus, F. Viarus, F. Criscianus, F. Turita, F. Solinianus, F. Casa porcinare, F. Calvisianus, F. Rubianus, F. Sipicianus, F. Bubianus unc. sex, F. Ucupia, F. Casaviti, F. Eruttianus, F. Ferratulas, F. Casulari, F. Calgianus unc. quattuor, F. Pistore, F. Petrociana, F. Casabasilius, F. Optavianus, F. Arbuscianus, F. Gurgus, F. Casagini, F. Turanus, F. Rubianus, F. Felianus, F. Manilius, F. Oclata, F. Cottianus unc. sex, F. Filipianus, F. Orcianus, F. Triscasas et ortu vineatum intro civit*at*. Signina, nec non et F. Candicianum in integro et omnibus ad eis generaliter pertinentibus fact. a me in omnes mansionarios [2]), essentibus et introeuntibus [3]) perenniter basilicae scae Dei genetricis Mariae, qua ad presepe [4]), pro oblatione animae nostrae, sicut superius legitur, ad omnia ssta relegens consensi et suscribsi, et testes, qui subscriberent, rogavi.

† Fl. Anastasius Trib*utorum* *Tri*b*unus* sci Petri [5]).

† Theodatus, Adorator [6]) numeri Theodosiac.

† Ego Georgius Optio [7]) num. mil. Sermisiani.

---

[1]) sc. vocant.

[2]) Dicti a *mansionibus* sive parvis domibus, quas inhabitabant prope ecclesiam.

[3]) sc. ad celebrandas orationes. — *essentes* pro *exeuntes*.

[4]) sc. vocatur.

[5]) sc. ille qui tributa recipiebat, quae debebantur basilicae S. Petri.

[6]) de *Adoratoribus purpurae*. cf. c. 7. C. Theod. VII. 1. *de re milit.* ibiq. *Gothofr.*

[7]) *Optiones* annonam militarem a Susceptore flagitabant; *Susceptores*, quorum etiam quidam praepositi horrearum (*Horrearii*), dicebantur, qui species annonemque militarem a se susceptam, sibique commissam Optionibus flagitantibus erogabant. *Gothofr.* Paratitl. ad L. VII. Cod. Theodos.

Fl. Epiphanius aurifex [1]).

† Theodorus Acolythus Scae Rom. Eccl. huic chartul. usufructuariae donationis de ssta Massa, qua Paganicense, cum fundis et casalibus suis in integro, nec non et fund. qa Candiiani in integro, omnibusq. ad eis generaliter pertinentib., excepto mancipiis et mobilibus rebus seseque mobentib. fact. a Xanthippi gl. f. in omnes mansionarios essentibus et introeuntibus perenniter Basilicae scae Di. Genetricis qa ad presepem, sicut superius legitur, rogitis a ssta donatrice qnp scripsimus [2]), ipsa presente, testes subscripsimus et hanc donationis chartulam in presenti traditam vidimus.

† Ego Theodorus v. h. tabell. urb. Rom. scriptor hujus chartul. usufructuariae donationis post testium subscriptiones et traditione facta, complevi et absolvi.

TEMPORIBVS DOMINI NRI SANCTISSIMI GREGORII QVARTI PAPAE EX ROGATV RADONIS NOT. REG. SCAE ROM. ECC. HOC EX AVTHENTICIS SCRIPTIS RELEVATVM PRO CAVTELA ET FIRMITATE TEMPORVM FVTVRORVM HIS MARMORIBVS EXARATVM EST.

---

1) Subscriptiones Anastasii, Theodati, Georgii et Epiphanii, hic abbreviatae, et cum illa Theodori coadunatae sunt. Legendum igitur in Theodori subscriptione pro: *testes suscripsimus* et *vidimus*; — *testis suscripsi* et *vidi*; quae saltem in authentico erant.

2) F. *quae nobis praesentibus subscripsit.*

XXXVII.

Instrumentum donationis Ecclesiae Ravennati factae a Stephano illustri Graeco.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana, exaratum in papyro sex palmarum, quatuor unciarum longitudine, palmae et dimidiae latitudine. Mentionem ejus injecit *Leo Allatius* Animadv. ad Antiq. Etrusc. p. 83; primus vero illud edidit *Marinius* "I papiri diplomatici" nro. XCII. p. 142. 143. junct. animadv. p. 302 - 304. cf. et Tab. XIII.

II. Continet donationem Ecclesiae Ravennati factam a Stephano, illustri Graeco, habitante in Neapoli, et quidem Saeculo sexto, vel septimo. Initium instrumenti, Romae conditi, deest. Donationis ipsius vestigia occurrunt in repertorii cujusdam Ravennatis Codice, Monachii asservato, et a *Fantuzzio* [1]) tum a *J. B. Bernharto* [2]) publici juris facto.

. . . . . .

. . . me haec omnia, quae praesens donationis textus *eloquitur*, inviolabiliter conservare atque adim-

---

[1]) Monumenti Ravennati de' Secoli di mezzo per la maggior parte inediti. Venezia (1801. 4.) T. I. 50.

"Item in civitate Heugubio domum, quae vocatur domnicalia pos juxta S. Secundinum cum orto et vinea — — Item foris civit. fundum q. voc. Capell. villulas Labriano, vineola pos sstum fund. Villula, Fullonica, Ferrania, Pratalata, Casanovula habentem in curte q. p. soaleniano et decano *que obvener. sce. Rav. Ecclie a qnd. Stephano magnifico viro q. mansit in civ. Neapuli.*"

[2]) Codex traditionum ecclesiae Ravennatis; in: *v. Aretin* "Beyträge zur Gesch. und Literatur." T. VIII. p. 1 - 115. (Monachii 1807.)

plere, *ejusque* rei dolum malum abesse, afuturumque esse pro*mitto, et* hanc donationis a me factae chartulam omni *vi, dolo* malo, metu et circumscriptione cessante, Theodosio v. h. tabell. urb. Rom. noto rogatarioque meo *s*cribendam dictavi, cuique subter manu propria, *ut no*vi, subscripsi, testibus a me rogitis optuli *suscri-b*endam, allegandi etiam Gestis, quibus vobis *placu*erit, et tempore, quo volueritis, non spectata *denuo a*lia mea professione, concedo ex more licentiam, de *q*ua re, quibusque omnibus *stipulanti tibi beatiss.* domino et Actoribus *scae Eccl. Rav. ego* Stefanus magnif. illustrius Grecus, donator *in* verbis sollemnibus spopondi et hanc donationem vobis in praesenti contradedi. Act. Roma, Imper. . . . . *d*ie, anno et Indict. ssta.

† Φn [1]) στεφανος ιλλυστριος κονμανενς [2]) ἐν κιβιτατε Νεαπολιτανε οικ καρτυλε α die πρεσεντι δονατιονις de σοπρα ισκριπτα ομνια ενμοβιλια πρεdια κυι ςυντ τερριτοριο Αγυβινο ουβι ουβι σευ εντρο κιβιτατε σευ φαρι κιβιτατε ιυρις μει, α με φακτε εν σανκτα εκκλεσια Ραβεννατε ad ομνυα σοπραισκριπτα ρελεγι κονσενσι ετ συςκριψι, ἐτ τεστες κυι συσκριβερεντ ρογαβι [3]).

† Johannes Dom. Num. Dac. [4]) huic chartule a die presenti donationis de ssta homnia inmobilia predia, que sunt territorio Agubio seu intro cibitate seu foris civitate, ubi ubi ei conpetit, facte ab Istefano magnif. Greco inll. in sca *Eccl.* Rabennate, sicut superius legitur, rogatus a ssto donatore, q*ui* m*anu* p*ropria sub-*

---

[1]) F. *Flavius.*

[2]) habitans.

[3]) Correcta subscriptio secundum ea, quae *Koppius* contra Marinii lectionem monuit in *Heidelb. Jahrb.* l. c.

[4]) *Domesticus numeri Dacici. Suidas:* Δομεστικοι, οἱ των Ρωμαιων ἱππεις, οἱ καθα Ρωμαιυς οικειακοι στρατιωται. De Domesticis vid. *Salmas.* ad Hist. Aug. Script. p. 197. 238. et *Cangium* h. v.

scrisit, ipso presente testis suscripsi et hanc donationem in presenti *Acto*rib. scae Eccles. Ravennat. traditam vidi. †

† Varacius V. C. huic chartule a die praesentis donationis de ssta omnia inmobilia *pr*aedia, que sunt territurio Agubio seu int*ro* civitatem seu foris civitatem, ubi ubi ei conpetit, facte ab Istephano magnif. Greco inll. in sca Eccl. Ravennate, sicut superius legitur, rogatus a ssto donatore q. m. p. subscripsit, ipso praesen. testis subscripsi, et hanc donationem in praesenti Actoribus scae. Eccl. Ravennat. traditam vidi. †

† Crihsogonus V. C. Cancel. [1]) huic chartule a diae presenti donationis de ssta omnia inmobilia predia, quae sunt territorio Agubio seu intro civitate, seu foris civitate, ubi ubi ei competit, facte ab Istefano magnif. ill. Greco in sca Eccles. Rabenate, sicut superius legitur, rogatus a ssto donatore q. m. p. subscripsit, ipso presente testis subscripsi, et hanc donationem in presenti Actoribus sce Eccl. Rabennatis traditam vidi. †

† Ego Marinus v. h. huic chartule a die presenti donationis de ssta omnia mōvilia predia, que sunt territorio Agubio, seu intro civitate seu foris civitate, ubi ubi ei competit, facte ab Istefano magf. inlustrio Grec. in scam Eccl. Ravennate, sicut superius legitur, rogatus a ssto donatore, q. m. p. subscripsit, ipso praesente testis subscripsi et hanc donationem in praesenti Actoribus scae Eccl. Ravennat. traditam vidi. †

† Domni*cirius Optio* Numeri *Equitum Sermisian. hanc* chartul*am* a die praesenti donationis de ssta omnia inmobilia predia, sunt *in territo*rio Agubio, seu intro cibitate, seu foris cibitate *factae a Stephano magnif. in*lustrio Grec. in scam Eccl. Rabennate, sicut superius legitur, rogatus a ssto donatore, q. m. p. sub-

[1]) Cancellarius. De cancellariis vide *Maffeium* Istor. diplomat. p. 98. et *Cangium* h. v.

scribsit, ipso praesente *testis suscripsi*, *et hanc donationem in praesenti Actoribus* sse *ecclesiae* Rabennatis traditam vidi. †

† Ego Theudosius v. h. tabell. urb. Rom. habens stationem in porticum de Subora, Re*gione* quarta, scriptor hujus chartulae a die praesenti donationis, post testium subscriptiones et traditione facta, conplevi et absolvi.

Notitia *testium* id *est*

Ba(u)rracius V. C.	Johannis Domc. Num. Diac.
Maurinus v. h.	Chrisogonus v. c. cancell.
	Dominici*r*(s) v. c. Optio Num.
	Eq. Sermisiani.

XXXVIII.

Instrumentum donationis ecclesiae Ravennati factae a Sisivera, liberta Theudifarae.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana, exaratum in papyro, longitudine duodecim palmarum et dimidiae. Publici juris factum: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 143. sqq. e quo specimen scripturae dederunt Monachi Benedictini in: *Nouveau traité de diplom.* T. IV. 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. XCIII. p. 144-146; junct. not. p. 304-308.

II. Continet donationem, factam a Sisevera, liberta Theudifarae nobilissimae feminae e Gothorum populo, et quidem ecclesiae Ravennati, ejusque diacono Bo. Initium, sed pauculae ejus lineae tantum deesse videntur. Instrumentum Saeculo sexto, haud vero quinto, ut Maffeio placuit, adscribendum est.

. . . . . .

et in jur . . . . . omni . . . . . *in potestatem* perpe*tem* transscribo [1]), cedo, trado et mancipo [2]), id est, ex fundum, cui vocabulum est Balonianum, omnem portiunculam meam in integro, cum terris et vineis, et omnibus generaliter et specialiter ad memoratam portiunculam meam longo lateve pertinentibus, constitutam territorio Ariminensi, inter adfines circum circa tam in ssto fundo Baloniano, quam in aliis fundis possedentes a pradicta sca. Rav. Ecclesia, qui nunc sunt, et si qui alii adfines sunt, q*ua* q*uemque* t*angit* et populum, finibus, terminis, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, sationalibus, vineis, arbustis, arboribus pomiferis, fructiferis et infructiferis, diversisque generibus, rivis, fontibus, aquis perennis, liminibus limitibusque suis omnibus, omnique jure proprietateque ejus, sicuti a me, meaque patrona [3]), auctores et proauctores bono, optimo, maximo et inconcusso jure possessum est, atque nunc usq*ue* in ho*diernum* d*iem* rite possedetur, ita et a me traditur a praesenti die sstae scae Ecclesiae Rav. pro remedium animae meae imperpetuo possedendum, venientem mihi ex de*stinatione* sstae qd. Theudifarae patronae meae, quam mihi concessit ad confirmandum libertatem [4]); de quam praefatam portionem meam in integro fundi ssti Baloniani, cum omnibus ad se gene-

---

[1]) *transscribebatur* nomen posterioris domini in libris polypticis, nomine anterioris domini deleto. Vid. *Brissonium* de V. S. sub h. v.

[2]) Cum vetus mancipationis ritus, jamdiu cessaverit, formula haec vana est.

[3]) Theudifara scilicet.

[4]) Ne scilicet Sisivera nudum libertatis beneficium acciperet. *Destinationis* verbum technicum esse, e fr. 38. D. XLI. 2. *de adq. vel omitt. poss.* et e *Plinio* H. N. L. III. c. 2. elucet.

raliter pertinentibus, reteneo mihi usufructu dierum decem, quod possit supradictae scae Rav. Ecclesiae, Actoribusque ejus, ut leges [1]) censeunt, pro sollemni et corporali traditione constare. Post vero transactos dies usufructuarios meos, memoratam portionem fundi ssti praedicta Ecclesia Rav. Actoresque ejus habeant, teneant, possedeant, juri dominioque, more, quo voluerit, imperpetuo, vindicent atque defendant, vel quidquid ex eadem portionem juris mei facere maluerint per quolibet contractu, liberam et perpetem in omnibus habeant potestatem; contra quam etiam inrevocabilem donationis meae pagina polliceor, numquam esse venturam, neque per me, neque per heredes successoresque meos adversus pdtam sca Ecclesia Rav. Actoresque ejus, quoniam et legebus cautum est, ut, quod semel in loco venerabilia donatum vel quoquo modo cessum fuerit, nullo modo revocetur, et pro majori firmitatem jurata dico [2]) per Deum omnipotentem et sca quattuor Evangelia, quos corporaliter manibus meis teneo, salutemque Dominorum invictissimorum Principum Augustorum, Romanum guvernantum Imperium [3]) adtestatione confirmo, me, ut superius dixi, contra numquam esse venturam, sed inviolabiliter, tam me, quam heredes meos conservatura esse, spondeo, excluso erga me omnium legum beneficia, quae de revocandis donationibus et de sexu femineo Beliianus senatusconsultus [4]) mulieribus subvenire adsolet, quoniam ad hanc largitatem meam sponte et habeta deliberatione perveni, nullius cogentis imperio, nec suadentis inpulso, et hanc

[1]) c. 28. C. VIII. 54. *de donatt.*

[2]) De hoc juramento videas *Novell.* VIII. c. 3. cf. et c. 41. C. II. 4. *de transactt.*

[3]) Forte *Mauritii* et *Theodosii*, sive *Justini jun.* et *Sophiae.*

[4]) SCtum Vellejanum.

inrevocabiliter me donasse profiteor, quam donationis meae paginam omni vi, dolo, metu et circumscribtione cessante Bono tabellioni hujus civitatis Rav. rogatario meo scribendam dictavi, in qua subter propria manu, pro ignorantia litterarum signum venerabilem scae Crucis feci et testibus a me rogitis optuli suscribendam, quam si Gestis municipalibus allegare voluerint Actores Ecclesiae, liberam tribui ex more licentiam allegandi. De qua re et de quibus omnibus sstis, stipulatione et sponsione sollemniter interposita. Actum Rav. Imp. et die ssto. ✝

Signum ✝ Sisiverae *honestae feminae* sstae donatricis, omnia ssta agnoscentis et consentientis cui et relecta est. ✝

✝ Armatus *vir devotus* Scola. [1]) huic chartulae donationis portionis in integro fundi ssti Baloniani cum omnibus ad se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, facte in sca Ecclisia Rav. a ssta Sisevira h. f. donatrice, quae me praesente signum scae Crucis fecit, et coram nobis ei relicta est, rogatus ab eadem, ad signum ejus roborandum pro ea testes et Chirocrista suscribsi, et de conservandis omnibus sstis ad Evangelia corporaliter praebuit sacramenta, et hanc donationem a ssta Sisevera pala Bo [2]) *viro venerabili* Diac. et Vicedomino traditam vidi. ✝

✝ Adquisitus Optio numeri victricum Mediol*anens.* huic chartule donationis in integro fundi ssti Baloniani cum omnibus ad se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, factae in scae Aeccl. Rav. a ssta Sisevera h. f. donatrice qe me praesentem signum sctae Crucis

[1]) *Scholaris et Collectarius ecclesiae Ravennatis.* Scholaris vocabatur, quia membrum scholae sive collegii clericorum, in hac ecclesia servientium fuit.

[2]) *Bo* certe fuit nominativus.

fecit et quoram nobis ei relicta est, rogatus ab eadem testis suscribsi, et de cunserbandis omnibus s̄stis ad Evangelia corporaliter praebuit sacramenta et hanc donatione a s̄sta Sisevira palam Bo v. v. Diac. et Vicedominum traditam vidi.

† Iωannhς Cυρος naγυζατρο [1]) ουεικι καρετυλε dωναζιονις πορεζονε ειn ιnτεγρω φωndι σσ. Βαλοnιαnι κεn ωμεnιβως αd σε γεnεραλιτερ περτιnεnτιβυς σικοd συπεριος λεγετωρ φακτε ιν σαnκτα εκκ. Ραβεnnατε α σστα Cισιβερα h. φ. dωnατρικι κυαε με πρεσεnτε σιγnυμ σαnκτε κρυκες φικετ εd. κοραμ nοβις ει ρελικτα εστ τhστhς συσκριψh εd dε κοnσερβαndις ωμnιβος σστις αd ευαnγελια κορποραλιτερ πρεβυhτ σακραμεnτα ετ αnκ dωnαζιοnεμ α σστα Cισιβερα παλαμ Βο β. β. dιακοnοn ετ Βικεdωμεnοn τραdεταμ βιδι. †

† Laurentius *vir strenuus* Ex epod. [2]) huic chartule donationis portionis in integro fund. s̄sti Baloniani cum omnibus ad se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, facte in s̄ca Eccl. Rav. a s̄sta Sesivira h. f. donatrice, que me praesente signum s̄cae Crucis fecit, et coram nobis ei relictum est, rogatus ab eadem testis suscribsi et de conservandis omnibus s̄stis ad Evangelia corporaliter praebuit sacramenta et hanc donatione a s̄sta Sesivira palam Bo v. v. Diacono et Vicedomino traditam vidi. †

† Julinus v. h. huic chartulae donationis portionis in integro fundi s̄sti Baloniani cum omnibus ad se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, factae in sancta Eccl. Ravennate a s̄sta Sisivera h. f. donatricae, quae me praesente signum sanctae Crucis fecit, et coram nobis ei relicta est, rogatus ab eadem testis suscribsi, et de conserbandis omnibus s̄stis ad Evangelia

---

[1]) negociator sive mercator Syrus.

[2]) Υποδέκτης, susceptor, exactor. cf. *Gothofred.* paratitl. Cod. Theod. XII. 6. *de susceptorib.*

corporaliter praebuit sacramenta et hanc donationem a ssta Sisevera palam Bo v. v. Diac. et Vicedomeno traditam vidi. †

† Juvinus v. h. Orrearius huic cartule donacionis portionis in integro fundi ssti Baloniani cum omnibus a se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, facta in sca Ecclesia Rav. a sipra iscripta Sisevira h. f. donatrice, que me presente signum sce Crucis fecit, et coram nobis ei relegta est, rogatus ab eadem testis subscripsi, et de conserbandis omnibus sstis ad Evangelia corporaliter prebuit sacramenta et hanc donacionem a sipra iscribta Sisevira palam Bo v. v. Diacono et Vicedomino traditam vidi. †

† Bonus tabellio civitatis Rav. scribtor hujus chartulae donationis portionis in integro fundi ssti Boloniani cum omnibus ad se generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, post roboratam a testibus atque traditam complevi et absolvi. †

† Notitia testium, id est

Armatus v. d. Schol. et Coll. a sca Eccl. ad signum [1])
Adquisitus v. c. Optio Numeri Mediol.
Johannis v. h. Negotiator Syrus a Caput Porticus [2]).
Laurentius vir st. ex Ypod. Civ. Fanestr.
Julinus v. h. qui fuit Adj. qd. Marcatoris [3]).
Juvinus v. h. Horrearius. †

---

[1]) sive *ad locum*, scilicet ratione habita ad signum domus, ubi habitabat.

[2]) Regio in urbe Ravennate.

[3]) scilicet *tabellionis*. Marcator tabellio occurrit infra in chartula damnatae litis.

XXXIX.

Gesta habita de allegando instrumento donationis a Deusdedit Subdiacono gratiam eccles. Rav. facto.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana, in papyro exaratum. Publici juris factum est: 1) a *Donio* in Inscriptt. Cl. XIX. nro. 8. — 2) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 154. — 3) a *Marinio* in: "I papiri diplomatici." nro. XCIV. p. 146. junct. notis p. 308-310.

II. Continet charta nostra, Gesta habita in curia Ravennate de allegando quodam instrumento, per quod Deusdedit subdiaconus ecclesiae Ravennatis, ipsi ecclesiae sex uncias totius substantiae dedit. Initium Gestorum superest, perierunt, quae, recitato instrumento, de ejus agnitione acta fuerunt; petitio scilicet Doni, Actoris ecclesiae, ut de hac agnitione Gesta sibi ederentur, et decretum magistratus de editione Gestorum.

Gesta confecta sunt anno 625. p. C. n.

Impp. DD. NN. PP. *Aug. Heraclio, anno quintodecimo et P. C. ejus* anno quarto *decimo, atque Heraclio Constantino* novo, filio ejus an*no tertio decimo*.... *Idus* Junii, Ind. tertia decima, Ravennae. *Apud* [*N.* N.] *Magistratus*, [N. *N.*] *Apparitor civ.* Rav. dixit: *Donus vir spectabilis* Notarius et *Scrine*arius scae Ravennatis Eccle*siae* prae foribus esse, et petere, ingredi. Quid jubetis!

Magistratus dixerunt: Ingrediatur! Cumque ingressus fuisset, Cur prae foribus fuisti? et quare ingredi po*stu*lasti?

Donus v. s. Notarius et Scrinearius dixit: Notum facio La*udabilitati vestrae, quod* Deusdedit *vir reve-*

rendus; subdiaconum scae Eccl. Rav. *donationem fecit* sex unciarum principalium in integro totius substantiae suae, mobile et inmobile, seseque moventibus, excepto omnes mancipiis . . . . *hor*ticellum in integro positum juxta domum ejus, sed et pistrino, adque duo hospitia intra se, cum curticla [1]) sua in sca Ravennate *Ecclesia. Quaeso Laudabilitatem vestram*, optimi Mag*istratus*, uti eadem a me *sus*cepi, relegi, actisque indi praesentibus jub*eatis*; deinde ab eodem Deusdede v. r. subd. *petere dignemini, si eam a se fa*ctam esse cognoscit, et ipse in eadem *chartula* manu propria suscribsit, et tam tabellio*nem*, quam testes, q*ui* hic subscripseru*nt*, *ipse rogavit*; *his actis edicere non moretur.*

*Magistratus dixerunt: Charta do*nationis, quam Donus v. s. Notarius et Scrinearius scae Rav. Eccl. offert, susci*piatur*, *suscepta* legatur, et Gestis *praesentibus inseratur!*

Cumque suscepta fuisset, recitatum est:

„*Impp.* DD. NN. PP. Augg. Heraclio anno quinto „decimo *et P. C.* ejusdem anno quarto decimo, atque „Heraclio novo Constantino, filio ipsius an*no tertio* „*decimo* . . . . . *Indictione tertia decima. Ecclesiae* „Ravennatis, in qua, Deo *prote*gente, D*ominus* vir „b*eatissimus* atque apostolicus Johannis tertio junior „*Ar*chiepiscopus ponti*ficatum tenere videtur, Deusdedit* „*vir reverendus subdiaconus, filius quondam* [*N. N.*] „Mag*istri* Mili*tum* et Melissae jug*ali*bus [2]) prae„senti praesens [3])! Sanctarum scribturar*um* nos *ratio* „*amonet, illa semper disponere, quibus aeternam vitam*

[1]) *corticella, cors minor, curtis minor.* Stabulum parvum secundum *Varron.* de re rust. L. I. c. 13. L. III. c. 3. *Pallad.* de re rust. L. I. c. 22. Sed medio aevo vox *curticla* designat habitationem colonorum.

[2]) *jugalium.*

[3]) sc. *Salutem dicit.*

„*mereamus. Igitur credo, evan*gelicam in me subsiqui „lectionem, et in hoc saeculo centuplum et in futuro „aeternae vitae esse participem, *quare hac considera*„*tione commonitus ego Deusdedit v. r. subdiac. filius* „[*N. N.*] *Mag. mil. et Me*lissae jugalibus, prono animo „et spontanea voluntate, nullo cogente, neque *con*pel„lente, sed mea propria de*liberatione* . . . . . *tius* jure „directo [1]) tra*nscribo, c*edo, *trado* et mancipo pro obla„tione et remedio animae meae, id est, sex uncias „princip*ales totius substantiae*, quibuslibet loc*is vel* „*terris* constit*utas*, nec non et de omni supelle*ctile*, ex „qualibet linea [2]) vel titulo mihi *obveniente*; . . . . . in „integro, qui est con*stitutus juxta area* [3]) Sci. Apo„lenar*is et* ante arca S. Georgi, se*d* et fundum, cui „vocabulum est C*arpinianus* . . . . . *in* integro, cum „ingressu *et egressu, nec non et hortus positus* juxta „domum meam, sed et *p*istrino *atque duo* hospitia „intra se, *cum curticla sua, excepto tamen* horticello „in integro, *quem nuper* per chartul*am* liber*tat*is [4]) „donavi Secundo, *familiari* [5]) *meo*. De quas vero ss „*res*“ . . . . . .

. . . . . .

[1]) *jure directo*, i. e. pleno, solido, integro. cf. *Gothofred.* ad c. 2. C. Theod. X. 1. *de juro fisci.* Sed in nostra charta huic formulae sensus latere videtur, quem exprimit *Isidor.* Orig. L. V. cap. 24. — *Donatio directa ideo nuncupatur, quia et jure et usu statim transit in alterum, nec ultra inde aliquid ad jus donatoris r torquetur.*

[2]) sc. *cognationis et agnationis.*

[3]) *Arcae* erant monumenta, ad recondenda funera erecta (*Todtencapellen*). Theodericus rex arcas complures in urbe Ravennate edificari jussit: *quarum beneficio cadavera in supernis humata sunt lugentium non parva consolatio.* cf. *Commonitorium Theodorici.* L. III. nro. 19. et *Fantuzzi* Monumenti Ravennati. T. IV. p. 501. T. VI. p. 587.

[4]) *epistolam manumissionis.*

[5]) i. q. *servo*; quamvis differentia intererat inter servum et familiarem secundum jus vetus. c. 3. C. Theod. IX. 6. *ne praeter crimen majest.*

XL.

Gesta de alleganda donatione Vigilio facta et de traditione rerum donatarum habita.

I. Asservantur in papyro exarata Romae (*nel museo del Cav. Franc. Gualdo Riminese*); edita: 1) apud *Donium* in Inscriptt. Cl. XIII, p. 499. — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici" nro. CVII. p. 168. junct. not. p. 323. 324. Aetatis incertae sunt.

II. Lacera continent fragmenta instrumenti donationis, et Gestorum ipsorum; foedis insuper mendis obsita, quibus nulla medela adhiberi posse videtur.

. . . . . .

Apud Titium . . . Magistratus, praesentibus Vividiano . . . . Vigilius vir . . . dixit: Offero chartulam donationis, a [N. N.] mihi factam, de rebus infra scriptis. Quaero Laudabilitatem vestram, uti eandem a me suscipi, relegi actisque indi jubeatis; deinde ab eodem [N. N.] praesente petere dignemini, si eam a se factam esse cognoverit, et ipse in eadem chartula manu propria suscribserit, et tam tabellionem quam testes, qui hic suscripserunt, ipse rogaverit, his actis edicere non moretur!

Titius . . . . Magistratus dixit: Charta donationis, quam Vigilius vir . . . offert, suscipiatur, legatur, et Gestis praesentibus inseratur!

Cumque suscepta fuisset recitatum est:

„ . . . . . .

„ . . . . . .

„ad me ex parentum successione pervenerunt, quam „vidimus confici ex prima . . . dominioque suo a . . . .

„decisione de defendeque, ad tuos transmissos haeredes, „vel quicquid . . . . . decenter . . . . . .
„*Quam meae donationis chartulam manu mea subscripsi,* „*ut* subscriberent *ac* testes conro*gavi* [1]), et ad te dedi „sub die primo calendarum. *Actum . . . et die ssto.*

„[*N. N.*] . . . *rogatus a donatore* . . . . . hujus „donationis omnium rerum in hac donatione testis sub„scripsi [2]).

„[N. N.] . . . . . rogatus a donatore subscripsi.
„ . . . . . "

Titius . . . . Mag. dixit: Quod lectum est, actis indetur! Et adjecit: Audit praesens [*N. N.*], *quid Vigilius actis fuerit prosecutus, vel quid textus epistolae donationis contineat, et ideo quid ad haec dicit?*

[*N. N.*] *dixit: Ego omnes meas res* . . . . . unciarum . . . . . lunsa Vigilio [3]), fil*io* . . . . . meo fun*do* . . . . . unsa cum . . . . . omni jure suo et hominibus ibidem consistentibus et quatuor uncia domus in castello inferiori cum omni jure suat. mobilia et serramenta [4]), sub retentione ususfructus. Traditionem ac sententiaturus esse sollemnitate completa [5]) . . .

. . . . . .

Titius . . . . Magistratus dixit: Plena est responsio [*N. N.*] *donatoris. Suscipiatur a Vividiano concuriali nostro, chartula donationis* [6]) *et praesentibus Vigilio et* [*N. N.*] *donatore, traditio celebretur!*

---

[1]) In textu: *consor* . . . .

[2]) In textu: *subscripsit.*

[3]) In textu: *lunsatigilio.*

[4]) Lege *ferramenta*, et cf. *Gothofred.* ad c. 37. C. Theod. XV. 1. *de operib. publ.*

[5]) Sine dubio haec tota paragraphus, cujus verba foedissimis mendis involuta sunt, professionem N. N. donatoris, coram Magistratu factam continebat, scilicet, se has res donasse Vigilio, et se petere, quod traditio, praesente Curiali celebraretur.

[6]) Scilicet, ad cognoscendas res, quarum traditio fieri debebat.

Cumque itum, et alio die regressum fuisset ad publicum, Vigilius noster . . . *dixit* . . . . . hominibus ibidem commanentibus et inferioribus et omni jure earum crementa [1]), ferramenta, utensilia, mobilia traditio . . . . quod . . . . messem . . . . et ipsa . . . . ex directo curiali professione constare *debere* [2]).

Magistr*atus* dixit: Praesens *Vividianus* Concurialis noster, si traditionem fecerit, fateatur! [3])

Vividianus dixit: [4]) . . . . majoris, cum omni jure suo et hominibus ibidem consistentib*us*, et quatuor uncias domus in castello inferiore, cum superoribus et inferioribus, et omni jure earum, utensilia, movilia, crementa, cum eisdem quatuor unciis pertinentibus . . . . sub retentione ususfructus donatori dierum vitae suae, traditionem fecit, nullo penitus contradicente, et ipse jam dominus [5]) effectus rem propriam possidet.

Magistr*atus* dixit: Satisfactum est solemnitati. Quid nunc amplius postulatur? . . . . . .

Vigilius dixit: Infinitas gratias refero Domino et cum omni honore nominando Vivid*iano*. *Peto Laudabilitatem vestram, ut libros polypticos ex* more nominibus suis relaxet, *et* [6]) quidnam restandae [7]), ad munimen meum, *haec Gesta mihi* ex more *edi jubeatis!*

Titius . . . . *Magistratus dixit:* Publicum Officium *Gesta tibi edere curabit ex more!*

---

[1]) *incrementa.*

[2]) Vigilius asseverat, traditionem factam esse a N. N. donatore, idque e confessione Curialis Vividiani constare debere.

[3]) In textu est: *fatentur.*

[4]) In textu nullum vestigium lacunae est.

[5]) sc. *Vigilius.* — Sic et *domina pignoris facta* occurrit in fr. 9. D. XX. 4. *qui pot. in pign.*

[6]) Nullum vestigium lacunae.

[7]) F. *restat.*

XLI.

Fragmentum instrumenti donationis, factae a femina quadam.

I. Asservatur exaratum in papyro, Patavii (*in casa i Conti Lazari*). Partem ejus exhibuit: *Maffeius* in: "Istoria diplomatica." p. 168. nro. XII.; alteram partem *Donius* in Inscriptt. p. 498. nro. XII. Utramque conjunxit et edidit *Marinius* "I papiri diplomatici." nro. CVIII. p. 169; junct. animadversionibus p. 324.

II. Continet fragmenta donationis factae a femina, renunciante Sc. Vellejano, et beneficiis legum sexui femineo competentibus.

Aetas incerta; adscribendum tamen videtur Saeculo sexto vel septimo.

. . . . . .

reliquit damnum aut detrimentum sustineas, cunctis feminis ex privilegiis et ignorantiae legum frustrationibus exprimi . . . . . documentum . . . . . quam autem donationem *dolum malum* vim et metu et circumscribtionem cessante, Deusdedit tabelli. urbis *Romae* factis [1]), rogatario meo scribendam dictavi, in qua *subter* gositaquam [2]) mihi relicta est, et eam intellixsi, *manu propria* signum feci, et testes, ut subscriberent, conrogavi, allegandi etiam Gestis mancsulibus [3]), *non expectata* denuo mea possessione [4]) concedo licentiam, *de qua re et de quibus* omnibus sstis stipulatione *ac* sponsione interpositis. *Actum* . . . *sub* die Imperatorum Domnorum nostrorum [5]) . . . . . .

. . . . . .

Signum † . . . . . .

---

[1]) Lege: *noto et.*

[2]) Lege: *postquam.*

[3]) Lege: *municipalibus.*

[4]) Lege: *professione.*

[5]) *Mauritii* et *Theodosii*, sive *Justini jun.* et *Sophiae.*

XLII.

Fragmentum instrumenti donationis, factae a Johanne et Stephania monasterio S. Johannis Baptistae ad Naviculam.

Asservatur in museo Bononiensi, exaratum in papyro, e quo illud descripsit et edidit *Marinius* "I papiri diplomatici." nro. CIX. p. 169. junct. not. p. 325.

Praeter subscriptiones duorum testium nihil restat; totum instrumentum donationis periit. Aetas incerta, sed adscribendum est fragmentum Saeculo sexto.

. . . . . .

Attalianus Dom*estious* Num. Mediol*an.* huic chartul*ae* donationis a presenti die *sstarum trium unci*arum principalium in integro fun*di* Cell*i*las, cum omnibus ad eumd*em* perti*nentib. sicut superius* legitur, facta in Johanni *viro religioso* Abb. Monasterii Sci. Johann. Baptist*ae, qui appellatur ad N*avicula, et per eum in eodem Monaster. a Joh*a*nne Prim*icerio* Num. *Rav. et Stefania honesta femina jugali, ssti donatores, qui me praesente signum sce Crucis fecerunt*, et eis re*lec*tom est, rogatus ab eosd. testis subscripsi et in ac chartul. *donationis me* presente super sca evangelia traditam vidi.

*Se*rgius Domestic. Num. Armeniorum vi*r* h*onestus* chartule donationis a presenti *die sstarum tri*um unciarum principalium in integro fundi Cellilas cum *omnibus ad eundem* pertinenitibus, sicud su*perius le*gitur, facta a [1]) Johanni *viro religioso Abbate Monasterii* Sci. Johannis Bapti*stae*, qui appellatur ad Navicula, et *per eum in* eode Monasterium a Johanne V. C. Primicerio

---

[1]) Lege: *in Johannem virum religiosum.*

Num. Ra*vennatis* et Ste*fania h. f.* jugali, ssti donatores, qui me presente signum sce *Crucis fecerunt et eis* relectom est, rogatus au eosdem testis subscripsi, et *in hac chartula do*nationis me pres*ente su*per sca evangelia *traditam vidi.* ꝏ ꝏ ꝏ

. . . . . .

XLIII.

Fragmentum instrumenti donationis factae a presbytero Octatiano in favorem Martini et Aureliae.

Asservatur Mediolani (*in casa il Conte Donato Silva*) exaratum in papyro, de quo descripsit illud et edidit *Marinius* in: "I papiri diplomatici." nro. CXII. p. 171; junctis animadversionibus p. 327. Particulam jam publici juris fecit *Maffeius* in opere: "Istoria diplomatica" p. 168. nro. XII.

Restat nihil, nisi subscriptio donatoris.

. . . . . .

. . . Actum Ravenna, imperio, anno, die et indictione ssta.

Octatianus presbyter sanctae Ravennensis Ecclesiae *huic cessionis* donationisque chartulae sex unciarum principalium in integro domucelle et orticelli seu infiteusis citeris sex unciis in integro predicte domucelle et orticelli, cum omnibus ad easdem pertinentibus a me facta, in vovis Martino h. v. negutiature et Aurilia h. f. jugales, sicut superius legitur, religi, consensi et suscripsi, et testis a me rogitis optuli subscrivendam, eorumque presentia desuper sancta Evangelia contradidi.

. . . . . .

XLIV.

Fragmentum instrumenti donationis factae a Wililiana.

Possidet illud Advocatus *Raphael Fabrinius*, vicarius regius, et quidem exaratum in papyro. Publici juris factum est a *Marinio* "I papiri diplomatici." Prefaz. p. XVII.

. . . . . .

allegandi etiam Gestis, quando *tibi placuerit*, *non exspectata* denuo mea professione concido licentia. *De qua re*, et de quibus omnibus suprascriptis stipulatione et sponsione interposita. Actum die, imperio suprascriptorum Dom*in*orum nostrorum [1]), *anno*, *mense et indictione suprascripta*.

Signum † suprascriptae Vuililiane h. f. donatricis.

Jul*ius* Itius v*ir* s*pectâbilis* huic chartule *do*nationis a sup*rascripta Vuili*liane h. f. movilium corporum ss*to*rum designatorum rog*atus* a suprascripta Vuililiane h. f. donatrice, *que me presente signum sancte crucis fecit*, et ei relectum est, testis subscripsi. †

. . . . . .

XLV.

Instrumentum donationis Paulacinis.

I. Asservatur Ravennae in archivo archiepiscopali; exaratum in papyro, longit. palmar. VIII. et dimidiae, latit. palmae et dimidiae. Editum est: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 169. nro. XIII. et in "Verona illustrata." p. 371. nro. 2. — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. XCV. p. 147-149; junct. notis p. 311. 312.

---

[1]) Conf. p. 224. not. 5.

II. Continebat donationem simulatam, factam a Paulacine ecclesiae Ravennati, anno 639. p. C. n. Sed nil, nisi subscriptiones testium et tabellionis restant; cetera perierunt.

. . . . . .

Vitalianus ex Numerariis scriniorum canonum huic chartulae donationis a praesenti diae trium unciarum principalium in integro fundi Terriaticus cum omnibus ad se pertinentibus, sicut superius legitur, facta a Paulacine viro devoto Milite Numer. Arminiorum, filius qd. Stefani Primicerii Num. Veronensium, qui quoram nobis se legetimus [1]) esse professus est, in sca Ravennate Ecclesiam, et mei praesentia antedictus Paulaci suscribsit, et ei relictum est, rogatus ab eodem testis suscribsi, et hanc chartulam donationis mei praesentia Actoribus praenominatae scae Ecclesiae Ravennatis traditam vidi, adque de conservandis omnibus, quae superius adscribta leguntur ad sca Evvangelia mei praesentia praebuit sacramenta.

Germanus Exceptor eminentissimi Praefecti huic chartulae donationis a praesenti die trium unciarum principalium in integrum fundi Terriaticus, cum omnibus ad se pertinentibus, sicut superius legitur, facta a Paulacine v. d. Mil. Num. Arminiorum, filium qd. Ste-

---

[1]) Marinio in verbo *legitimus* explicando, aqua haeret; ait enim: "*non so, perchè questo donante avesse bisogno di quivi attestare la propria legittimita.*" Sed in instrumento ipso, quod periit, Paulacis sane se dixit *legitimum possessorem* fundi Terriatici; subscribentes igitur testes, quibus mos erat, ea breviter referre, quae in instrumento ipso continebantur, innuunt, venditorem Paulacinem se coram ipsis legitimum possessorem, vel si hoc displicet, eum se in legitima aetate fuisse, scilicet, majorem XXV annis, professum esse.

fani Prim. N. Veronesium, qui quoram nobis legitimus se esse profes*sus est*, *in* sca Rav. Eccl. *et* me praesentem antedictus Paulaci suscribsit, et ei relictum *est*, *ro*gatus ab eodem testis suscribsi, et hanc chartul. donationis mei praesentia Actoribus praenominatae scae Rav. Eccl. traditam vidi, adque de conservandis omnibus, *quae* superius ascribta leguntur, ad sca Evangelia mei praesentia praebuit sacrame*nta*.

Johannis v. d. Scol*aris* sacri Pal*atii* [1]) huic chartul. donationis a praesenti diae, trium unc*iarum* principa*lium* in int*egrum* *fun*di Terriatic. cum omnibus ad se pertinentibus, sicut superius legitur, facta a Paulacine v. d. Mil. Num. Arminior*um*, filio qd. Stefani Prim. *Num. Vero*nense, qui coram nobis legitimus se *esse pro*fessus est, in sca Rav. Eccl. et me presente antedictus Paulaci suscribsit, et *ei relictum est*, rogatus ha*b eodem testis suscribsi et hanc* chartul. donationis, mei praesentia Actoribus supranominat*ae scae* Rav. Eccl. traditam vidi, adque de conserband. omnibus, quae *su*perius adscripta leguntur, ad sca Evvangeliam mei presentia prebuit sacramenta. †

*T*heodoracis v. d. et Scrib*a* [2]) Num*eri* Eq*uitum* Arm*en*. huic cartul. donationis a presenti die, trium *unci*arum principalium in integro fundi Terriaticus, cum omnibus ad si pertinentibus, *sic*ut superius legitur, facta a Paulacinem v. d. Mil. Num. Arm. filio qd. Ste*fani Prim. Num.* Veronensium, qui coram nubis legitimus si esse professus est, in sacta Rav. Eccl*esia*, *et* mi presente antedictus Paulacis suscribset, et ei relictum

[1]) Scholares palatii dicti sunt ii, qui militabant in palatiis imperialibus, regalibus, vel Exarchi.

[2]) *Scribae* vel *librarii* in exercitu nominabantur, ab eo, *quod in libros referant rationes ad milites pertinentes. Veget.* de re militari. L. II. cap. 7.

est, rogatus ab eodem *testis* suscribsi, et hac cartul. donationis mei presentia Acturibus prenuminate *sce* Rav. Ecclesie traditam vidi, adquaem de conserbandis omnibus, que superi*us adscript*a leguntur, ad scta Eubangel. mei presentia prebuet sagramenta. †

Theudorus Adj*utor* Johanni V. C. Num*erarii* huic chartul. donationis a pre*senti die tri*um unciarum principalium in integro fundi Terriaticus, cum *omnibus* ad se pertinentibus, sicut superius legitur, facta a Paula*cine* v. d. Mil. Num. Arminior*um*, filio qd. Stefani Prim. Num. Veronens. qui *co*ram nobis legitimus se esse professus est, in ssta sca Rav. Eccl. et me praesente antedictus Paulacis subscripsit, et *ei* relictum est, rogatus ab eod. testis subscripsi et hanc chartula donationis mei praesentia Actoribus praenomena*tae* scae Rav. Eccl. traditam vidi atque de conserbandis omn*ibus*, quae superius adscripta leguntur, ad sca evange*lia* mei praesentia praebuit sacramenta. †

† Vitalianus Foren*sis* civitatis Ravennatis scribtor hujus chartul. donationis a praesenti die trium unciarum principalium in integro fundi Terriaticus et omnibus ad se pertinentibus, sicut superius legitur, post roboratione testium complevi et absolvi.

Notitia testium, id est:

Vitalianus V. C. ex Numerar*iis* Scrin. C*ans*.
Germanus Excep*tor* em. p.
Johannis v. d. Schol. sacr. Pal.
Theodoracis v. d. Mil. et Scrib. Num. Arminior*um*.
Theodorus Adj. Johanni Numerario. ∽ ∽ ∽

. . . . . [1])

palium post . . . . . *ac*cipi hoc *die pre*sente ego, qui

[1]) Post spatium vacuum unciarum septem, sequitur subnotatio ista, e qua patet, donationem istam Paulacinis fuisse simulatam. (c. 1. C. Th. VIII. 12. *de donatt.*, ibiq. *Gothofr.*) Paulacis scilicet

supra, Paula*cis*, v. d. Mil. Num. Arminiorum *a* vobis Ger*ma*no Notario et Scriniario auri pensantis soled*os* triginta *sex*, tantum, in *m*ense Nobembrio, Indictionem tertia decima, Imp. ssto. †.

*In*vicem ssta donatione dati sunt ssto Paulacio solidi triginta sex pensantes, praesente Johanni Pri*m*. [1]) *Ar*gentensium in scrinio ante armario in mense Nobembrio i*n* octava die, secunda fir. [2]) Imp. DD. NN. He*ra*clio maj. Imp. anno tricensimo, Ind. tertia dec. et facti sunt ex iis tres uncias libelli enfiteutici . . . . *pro* devoto [3]) Paulacio in solido uno, pensante pro anno uno, in Ind. ssto tert. dec. ∽ ∽ ∽

fundum ecclesiae Ravennati donaverat, ut eum in emphyteusin reciperet. Canon igitur determinabatur, quem pro singulo anno ecclesiae solvere debebat.

In emphyteusin vero fundum praedictum convertere studebat Paulacis, ut eum ab oneribus immunem reciperet, cum bona ecclesiastica a tributis exemta fuissent.

[1]) *Primicerii Numeri Argentensium.*

[2]) *Secunda feria*; secundum morem christianum, inde a Constantino M. introductum, ad designandas dies hebdomatum. *Feria secunda* dies Martis est.

[3]) In textu *dcto*: f. *discreto*, sive *dicto*.

IV.

Instrumenta venditionum.

XLVI.

Fragmentum instrumenti venditionis C. Eleur . . .

I. Extat Veronae in lapide sepulcrali; publici juris factum: 1) ab *Ant. Frid. Gorio* in Symbolis literariis Tom. IV. p. XI. — 2) a *Maffeio* in museo Veronensi, p. 319. nro. VI. — 3) a *Donato* in: Vett. Inscriptt. Graecar. et Latinar. novissimo thesauro, p. 165. nro. 3.

II. Continet venditionem loci cujusdam sepulcro condendo apti, quem Cajus Eleur . . . vendidit Tito Pinnio Hilari, et Publio Decimio Epagatho; initium vero et maxima instrumenti pars perierunt; quae restant, nil nisi clausulae sollemnes, quibus finem acceperat, continent.

. . . . . .

eadem facere liceat, q*uod alii licitum* non erit, tum quanti ea res, jusve ejus loci, q*ui suprascriptus est,* intererit [1]); t*enere,* p*ossidere,* d*onare,* d*olumque* m*alum abesse, afuturumque esse,* T. Pinni Hilare et a te P. Decimio *Epagatho*, heredibusque vestris, et *ab his*

---

[1]) scil. *inferre cogantur, Eleur . . , heredesque ejus.*

omnibus, ad quos ea res qua de agitur, pertinet, pertinebit, haec sic recte [1]) *dari, fieri, praestarique* stipulatus est C. Eleur . . . . ., spoponderunt T. Pinn. Hil. P. Decimius Epagathus.

Act. VI Idus M . . . . [2]), L. Julio Urso Serviano, *et* L. Fabio Justo Cos.

LXVII.

Vestigia antiquissimi cujusdam instrumenti venditionis.

Antiquissimum instrumentum venditionis, in quo emtionis per aes et libram, mentio injecta fuit, exstabat in bibliotheca Ferrariensi, ut testes sunt oculati *Pighius* in Hercule Prodicio, p. 351. et *Hentznerus* in Itinerario Germaniae, Italiae etc. Norimbergae, anno 1629 excuso p. 349. Sed jamdudum amissum est, secundum *Gorium* ad *Donii* Inscriptt. in Praef. p. XIII.

Verba Pighii sunt:

„Ostendebatur ibi instrumentum Langobardicis litteris peregrinis exaratum, ex antiquissimo volumine papyraceo descriptum, venditionis fundi cujusdam, cum designatis *mansoribus* (forsan: *mancipiis*), ut instrumenti ipsius verbis utar, *eorumque peculio, finibus, terminis, limitibusque suis omnibus, et cum omni generaliter jure, instructu, instrumentoque suo, Marciniis emptoribus, per aes et libram factae*, cum subscriptionibus testium. Ex quo juris antiqui formulae, et vetustae latinitatis phrases haud contemnendae animadverti poterant."

---

[1]) In textu est: *haec sic* F . . . . *stipulatus*.

[2]) *Majar.* vel *Martiarum*.

XLVIII.

Gestorum de allegando instrumento venditionis, a Basilio in Rusticum factae, habitorum Fragmentum.

I. Extat Viennae in bibliotheca imperiali. Exaratum est in papyro, longitudine trium palmarum, unc. duarum, latitudine unius palmae, unc. trium. Publici juris factum est: 1) a *Lambecio* Comment. de Bibl. Vindobon. L. VIII. Addit. VII. ad p. 647. (anno 1679); ubi totum fragmentum aeri incisum exhibetur. — 2) a *Mabillonio* de re diplomat. Libr. V. tab. LVIII. p. 459. aeri incisum, cum explicatione interlineari. — 3) ab *Andr. Franc. Kollario* in Analect. moniment. Vindobon. T. I. (Vindob. 1761. f.) p. 1027. sq. — 4) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXIII. p. 171. sq. junctis animadvers. p. 327-329.

II. Charta ipsa continet Gesta in curia Ravennati de allegato instrumento venditionis, quod Basilius de fundo Veteseca, Rustico Acolyto fecerat, anno 504 p. C. n. confecta; dolendum tamen est, omnia periisse, quae de agnitione instrumenti, et de traditione fundi venditi, coram curia illa acta fuerunt.

Rufio Petronio Nicomaco Cethego V. C. Consule sub die . . . . . Ravennae; apud Firmilianum Ursum Magistratum, praesentibus viro laudabili Melminio Tranquillo et Flavio Floriano v. l. pro Melminio Rustico Principalibus, Rusticus *vir reverendus* Acolytus scae Ecclesiae catholicae Romanae dixit: A. praesente Flavio Basilio *viro honesto*, Argentario spatium agri, cui vocabulum est Veteseca, situm territorio Ravennati, placito et definito pretio, auri solidos numero decem et *octo*, secundum fidem instrumentorum, me optimo

jure certum est, conparasse. Verum, quia ipsa instrumenta venditionum prae manibus gero, quaeso *Laudabilitatem vestram, ut a competenti* Officio suscipi jubeatis, legi, et actis inseri, ipsum quoque *suprascriptum* venditorem interrogari dignemini, si ipse eas mihi fecerit, adque si Flavio Vitali *viro honesto* Forensi conscribendas dictaverit vel si subter suscripserit, et testes, ut suscriberent, conrogaverit, pretium placiti omne perciperit, aut, si traditionem mihi sollemniter caelebraverit, vel quam habeat voluntate, his actis edicere non gravetur!

Firmilianus Ursus Mag. *dixit*: Primitus suscipiantur instrumenta venditionum, quae offeruntur, et legantur!

Cumque tradita fuissent, et recitatum est:
„Rufio Petronio Nicomago Cethego V. C. Consule, sub „*die* Nonarum Februariarum Ravennae. Flavius Vitalis „v. h. Forensis scribsi rogatus et petitus a Flavio Ba„*si*lio v. h. Argentario, ipso praesente, mihique dictante, „consentiente et subter, manu sua suscribente, quique „fatetur, se distraxisse et distraxit, atque tradidisse et „tradidit Rustico Acolyto ecclesiae catholicae Romanae „jure directo h*eredi*bus posterisque ejus, id est, spatium „agri, cui vocabulum est Veteseca, situm territorio Ra„vennati, inter adfines fundum Pictulis, juris ecclesiae „catholicae Ravennatis, h*ere*des Cassiani l*audabilis* me„*moriae* v*iri*, adque ipsum conparatorem, q*ua* q*uemque* „*tangit* et pop*ulum*, venientem sibi eundem spatium, „q*ui supra*, venditor profitetur, ex conparatione *facta* „*per* q*uondam* Demetrium v*irum* d*evotum*, germanum „ejus, qui spatius agri *suprascriptus* h*ac* d*ie* distractus „est, optimus, maximusque est [1]), finibus, terminis, „spatiis, aditibus, pascuis, sationibus, arbustis, arbo*ri*-

[1]) De hac formula conferas, quae ad testamentum Meconii Leonis annotata sunt.

„bus fructiferis diversis generis, limitibusque suis omnibus, omnique jure, proprietateque sua, secuti a ss. „venditore possessus est, adque *usque in hodiernum diem „possidetur.*" . . . . . .

. . . . . .

XLIX.

Instrumentum venditionis, Peregrino scriptum, a Tulgilone, Domnica et Deutherio.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana. Exaratum est in papyro, longitudine palmarum X, unc. II, latitudine palmae unius, unc. 3. Editum est: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 151 sq. — 2) a *Gorio* in *Donii* Inscriptt. p. 480-484. — 3) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 69 sq. — 4) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXIV. p. 172-174; junct. animadvers. p. 329-336. [1])

II. Instrumentum ipsum continet venditionem, Peregrino factam a Tulgilone, Gothica femina, ejusque filiis Domnica et Deutherio, anno 539 p. C. n. Initium deest.

. . . . . .
. . . galis . . . in . . se . . sup . . . avit,
. . . deu . . . omnem aevictionem legis dupplariae [2]) rei, satisfactionis fidem dicentes . . . . cujus

---

[1]) Specimen scripturae videas in: *Nouveau traité de Diplomatique*, Tom. IV. tab. 63.

[2]) Stipulatio vel cautio dupli haud raro in casibus evictionis occurrit. cf. D. II. 21. *de evictionibus. Paull.* Sent. recept. L. II. tit. 17. §. 21. et *Brisson.* de Verbor. signif. f. v. *Cavere.* Promittebat venditor, se duplum pretium rei venditae, vel num-

venditionis modum spondentes propriis manibus *Tulgi*lonem *honestam feminam*, matrem una cum suaque filia Do*mnica* h. f. signa facientibus, Deutherio enim *viro honesto* suscrib*ente*. Constat heos *hac die* distraxisse, pariter et distraxerunt, *adque* tradedisse et tradederunt Pelegrino [1]) *viro strenuo*, jure *directo*, et in perpetuum heredibus posterisque ejus, *id* est, ex fundum, quod Concordiacos nuncupator, *juris sui*, culti, optimi, arbustati [2]) jugera viginti, tantum, *Faven*tino territorio constitutis, Pago Painate, inter *adfines* et possidentes Casanovam, juris quond*am* Secundi *viri devoti Tem*onarii [3]) et fund. Salecto, juris Vuitterit v. d. Scuta*rii* [4]), fundum Kalegaricus juris quond*am* Andreatis *beatae memoriae*, praepositi Dromonariorum [5]), et limitem publico, qui ducit ad . . . . *rem* [6]) silbam, vel si qui alii adfines nunc sunt, *vel ab* originem fuaerunt, *qua quemque* tangit et populum, quas *suprascribti* viginti jugera fundi Concordiacos sibimet vendit*ores su-*

morum solutorum, refundere velle, si res evicta fuerit. Singulare tamen in charta nostra et in sequentibus quibusdam chartis, ut emtori tribuatur licentia, aut petendi pretium duplum, aut id, de quo sibi intersit, tum, ut et duplum pretium eorum, quae melioratae rei causa impensa fuerint, flagitare possit. cf. et *Brisson.* de formul. Libr. VI. cap. 52.

[1]) F. *Peregrino.*

[2]) Apud *Columellam; arbustivi.*

[3]) sive *Dromonarii*, nam utrumque locum habere potest. De *Temonariis* cf. *Gothofred.* ad c. 14. Cod. Theod. XI. 16. *de extraord. mun.* et *Cangium* h. v. Temonarii erant, qui praestationes, temones dictas, exigebant. De *Dromonariis* vide infra.

[4]) *Scutarius*, scutifer. cf. *Valesium* ad *Ammian. Marc.* L. XIV. p. 33.

[5]) veredarii publici. cf. *Cassiod.* Var. L. II. ep. 31. L. IV. ep. 15.

[6]) Legi potest: . . . *nsem*, vel . . . *orem*. Maffejus male supplet: *ad Caesenatensem silvam*, cui hic non locus est.

prascribti adserent obvenisse ex successionem et *jure* supramemorati Parianis jugalis Thulgilonis h. f. . . . . *patrem* et auctoris [1]) memoratorum Deutherii et Dom*nicae*, *quas* jugera *hac die* distracta sunt ab eisdem, optima maxi*ma*que sunt, finibus, terminis, ingressis, spatiis, campis, *pratis*, pascuis, silbis, salectis, sationalibus, arboribus; *arbustis* pomeferis, diversisque generibus, et omnem *omni*que jure, proprietatemque earum, sicuti a *suprascriptis* vendi*tori*bus possessae sunt atque nunc usque in *hanc diem* possidentur, in quam vacuam possessionem vigenti juge*rum* fundi Concordiacos, vindetores ssti, se ac suosque omnes inde exsisse, excessisse, descessisseque dicxerunt et e*um*demque conparatorem Peregrino v. st. heredesq*ue ej*us ex causam hujus venditionis in sstam rem hire; mittere, *in*gredi, possidereque permiserunt, sicut et alio dyplomum *va*cuali [2]) desuper hanc rem, venditionem adscripto, consigna*to*que plenissime contenitur, nummo usuali dominico uno [3]),

[1]) sc. *dominii*, sensu juridico.

[2]) *diplomum vacuale* erat instrumentum; per quod, se vacuam possessionem tradere emtori, venditor asserebat; sive instrumentum de ipsa traditione conscriptum. cf. c. 12. C. IV. 38. *de contrah. E. V.* c. 2. C. VII. 32. *de adq. poss.* c. 12. C. IV. 19. *de probat.* Inde formula nata: *venditor mandavit, ut emtor in vacuam possessionem mittatur, vacuam possessionem tibi trado* etc. cf. fr. 18. D. XVIII. 1. *de contrah. E. V.* fr. 33. D. XLI. 2. *de adquir. possess. Brisson.* de formul. L. VI. cap. 51. 55.

[3]) Haec ex veteri mancipationis ritu — "*sestertio nummo uno*" recepta sunt. Formula illa vetus a tabellionibus sine sensu, jam sublata mancipatione, adhiberi consuescebatur; *nummus usualis* est, vel pecunia, quae in usu publico perseverat, vel spectat ad *usum consuetum* in ritu mancipationis. *Dominicus* vocatur, quia a principe conflatus erat, vel, quia secundum ritum mancipationis, ad tradendum dominium quiritarium adhibebatur. Haec *Sabiniaci* (Gesch. des R. R. im Mittelalter. T. II. p. 178), illa *Marinii* opinio est.

Antonio Serapione viro strn. et Ant. Opilione v. strn. testibus *praesentibus* suscrib*tis*, ob quam distractionem juris traditionisque causa acce*per*unt, qui supra, Thulgilo et Domnica adque et Deuther*ius* venditores ab eundem emptorem Peregrino v. strn. *juxta* placitum suum praetii nomine, id est, auri solid. dominicos *pro*bitos obriziacos [1]), optimos, pensantes, numero centum de*cem*, tantum, de quo omnem praetium percepto, nihil *sibi ii*dem venditores ssti ab eundem emtorem haliquid amplius *re*deveri [2]) dicxerunt, et profitentur, nullam se in posterum *actor*es, procuratores, heredes, successoresque suos adversus *eun*dem comparatorem aut heredes ejus ex causa hujus vin*diti*onis aliquam aliquando moturi causam, rem, lite*m* [3]), actionem, petitionem, repetitionem, vendecationem, controversi*am ob ea*m rem habere aviturumvae esse in rem, aut in per*sona*m, quas vigenti jugera fundi ssti h*ac* d*ie* distracta sunt, sub *aevic*tionem legis dupla. bona perpetuam heasdemque li*be*ras et inlibatas esse ab omni nexu fisci, populi, pribative, *ceterisque* honeribus, et a titulum dotalem vel tutillario *nomine*, et ab herem aliaenum [4]) aliaenas esse dicxerunt et *profiten*tur, nullam se in posterum

[1]) *probatos, obriziacos. Obryzum* ab *obryssa* vel *obrussa*, aurum purum vocabatur. cf. *Gothofred.* ad c. 1. C. Theod. VII. 25. *de oblat. votor.*

[2]) *Redhibere est facere, ut rursus habeat venditor, quod habuerit, et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio.* fr. 21. D. XXI. 1. *de Aedil. Edicto.* cf. *Brisson.* de V. S. v. *Redhibere.*

[3]) De hac formula vide *Varron.* de lingua lat. L. VI. c. 5. *Liv.* histor. L. I. c. 32.

[4]) Libera traditur res ab omnibus tributis fiscalibus, hypothecis et oneribus, privilegio dotis et pupillorum. *Fiscus privatus* Imperatoris esse videtur. cf. *Gothofred.* ad c. 5. C. Theod. XI. 7. *de exactionib.*

actores, procuratores, *heredes*, *successoresque* suos adversus eundem emtorem, conparatorem *et* heredes ejus aliquam aliquando moturi causam, rem, *lit*em, actionem, petitionem, repetitionem, vindecationem, *con*troversiam habere, aviturumvae esse, et convinet inter *ipsos*, quodsi a quoquam personam, sivae propriaetatis, sive *usu*fructus gratiam, vigenti jugerorum sstorum inquiet*ata* fuerent vel aevicta, tunc ss. centum decem solid. quos etiam se nomeratos accepisse dixerunt, sed et al*terum tantum* nomero solidorum aevictionis nomine duplariae *ii*dem vindetores ssti et heorumque heredes, emtori sso *et* heredebus ejus cogantur inferre, vel quantum emt*ori* ss. interfuaerit, inquiaetari evincivae rem minime deb*uisse*, et rei quoque meliorate, instructe, aedificateque, *ta*xatione habeta duplariae rei, recte dari [1]), huic vend*itio*ni, traditionique dol*um* m*alum* abesse [2]), afuturumque esse. De q*ua* re *sti*pulatus est Peregrinus v. strn. emptor, spoponderunt *Thul*gilo et Domnica hh. ff. et Deutherius v. h. singuli *et in* solidum [3]) se fidedicentes vindetores ad omnia ss.

Act. Imp. diae et quinquies P. C. *sstis* Ravennae.

Signum manus † Thulgilonis h. f. vindetrices sste.

Signum manus † Domnicae h. f. vindetrices sste.

---

[1]) Formula vetus: *Recte dari, fieri, praestari, restitui.* *Brisson.* de formul. L. VI. cap. 171. — *Haec verba: his rebus recte praestari, hoc significant, ne quod periculum vel damnum ex ea re stipulator sentiret.* fr. 71. §. 1. D. L. 16. *de Verbor. sign.*

[2]) cf. *Brisson.* de formul. L. VI. cap. 48.

[3]) *Cum duo eandem pecuniam aut promiscerint, aut stipulati sunt, ipso jure et singuli in solidum debentur et singuli debent.* fr. 2. D. XIV. 2. *de duob. reis.*

[4]) In margine conspicitur sigla χμη 88; quae legenda videtur: χειρι ειμη, vel tale quid. Scilicet Deutherii adscriptio esse videtur.

† Ego Deutherius v. h. qui supra vindetor his hinstromentis vigenti jugero*rum fun*di ss. Concordiacus factis tam a me, quam a ss*ta* matre mea Tulgi*lone it*em et cermana mea Domnica hh. ff. vendetrisces, quae superius signa fecer*unt, ad* omnia ss. cum eaasdem consentiens, relegi, consensi et suscribsi, et ss. p*reti*um auri solidos centum decem in praesenti pariter adcipimus ad plenum et *so*luti sumus, et testis, ut suscriberent, conrogavimus.

† *Se*rapion vir str. Ad*jutor* N*umerariorum* his instrumentis vigenti jugerum fundi Concordiacus rogatus *a Tul*gilone h. f. matre et ab ejusque filiis Domnica h. f. et Deutherio v. h. sstis *vinde*toribus, ipsis praesentibus, testis suscripsi, et sstum praetium auri solid. cen*tum de*ce eis in praesenti traditus vidi.

† *Opi*lio *vir str. his ins*trumentis viginti jugerum fundi Concordiacus rogatus *a Tul*gilone h. f. matre et ab ejusque filiis Domnica h. f. et Deutherio v. h. sstis vendetoribus, ipsis praesentibus testis suscribsi et sstum praetium auri so*lid.* centum decem eis in praesentia adnumeratos et traditos vidi.

† Ιυλιανος v. h. Αρ̣γ̣ενταρ̣ιος εις ειστρ̣ομ̣ε̣ντις μι̣γ̣ε̣ντ̣αι ν̣υ̣γ̣ερ̣ον φονδει Κονκω̣ρ̣δ̣ιακος ρ̣ο̣γ̣ατος α Δο̣ρ̣β̣ιλιονα̣ι ο. φ. μ̣ατρ̣ε ετ αβ ειοσκοι φιλιεις δομ̣νε̣κα ο. φ. ετ δ̣ε̣υτ̣ε̣ρ̣ιο ν. h. σ̣σ̣τ̣ι̣ς ιιμδ̣ε̣τω̣ρ̣ε̣υ̣ος ε̣ι̣ν̣σ̣ις π̣ρ̣ε̣σ̣ε̣ντ̣ε̣βους ν̣ε̣σ̣τ̣ις σ̣ε̣σ̣κ̣ρ̣ι̣φ̣ι ετ σσ. π̣ρ̣ε̣τ̣ιο α̣υ̣ρ̣ι σολ̣ε̣δ̣ος κ̣ε̣ντου δε̣κ̣ε̣ι ε̣ι̣ε̣ις ε̣ν π̣ρ̣ε̣σ̣ε̣ν̣τ̣ι̣α̣ τ̣ρ̣α̣δ̣ε̣τ̣ος uidi. † †

† Petrus v. d. histromentis biginti jugerum fundi Concordiacus *roga*tus a Tulgilone h. f. matre et ab ejusque filiis Domnica h. f. *et* Deuterio h. v. ss. venditurib*us*, ipsis presentibus, testis suscripsi, *et* ss. pretio auri solidos centum decem eis in praesenti traditus vidi.

† . . . Cl. Latinus v. h. hiss itrumentis bigenti jugerum fundi ss. rogatus *a Tul*gilane h. f. matrem et ab egusque filiis Domnica h. f. et Deuterio *v. h.* ss. bide-

torisbus ipsis praesentibus testis suscribsi et ss. praetio auri solidos centum decem eis in presenti traditus vidi.

Nomina testium:

Serapio v. st. de scrin. Curs. [1])
Opilio v. st. Strator inl. *Praefecturae.*
Julianus Argentar. gener. Johannis Pimentari. [2])
Petrus Collectarius.
. . . Latinus possessor. Parens Cor. [3])

. . . [4]) Candidianus v. l. quibus praesentibus traditio facta est nullo *contradicente* . . . . *tia* id est Generoso v. l. vs . . . . le Armentario de ipso loco . . . . Obsonator Dn. Eusebius . . . . . .

---

[1]) De scriniis Cursorum. De Cursoribus vid. *Cangium* v. Κυρσορ. et *Salmas.* ad Hist. Aug. Scriptt. p. 227.

[2]) *pigmentarii.*

[3]) Quid haec sibi velint, dubium. Sed vana est Maffei lectio; *possessorum* i. e. contrahentium, *parens.* Forte *Latinus Possessor,* cognomen fuit: et quidem is erat *parens Cornelii.* In notitia testium singulari quodam modo, eorum personas designari, et ex aliis chartis patet.

[4]) Quae nunc sequuntur, fragmenta diplomatis vacualis esse videntur, huic instrumento annexi, ut ex ipsa charta ediscimur. Continent enim nomina Curialium, quod e titulo *viri laudabilis* patet, praesentibus quibus traditio celebrata est.

Sequitur in chartae purae spatio, recentiori manu adscriptum epigramma, et in *Burmanni* Antholog. lat. T. I. p. 405 obvium:

Tantum ego carminibus superavi Sappho puellas.
Maeonides quantum vicerat ante viros.

L.

Gesta de allegando instrumento venditionis Domnici, in curia Ravennate habita.

I. Extant Romae in bibliotheca Vaticana, exarata tribus columnis per transversum scriptis, in papyro longitudine palmarum XIV. unciarum VIII. latitudine palmae unius, unciarum IV. Vulgata sunt: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 155-160. — 2) a *Gorio* in *Donii* Inscript. p. 469-473. — 3) a *Muratorio* Antiquitatt. Italic. medii aevi. T. II. p. 999-107. (ubi simul lectio *Jac. Grimaldi* e MS. ejus Commentario de sacrosancto sudario Veronicae Salvatoris Domini nostri Jesu Christi exhibetur.) — 4) a *Terrassono* "Histoire de la Jurisprudence Romaine." Adp. p. 71-73. — 5) a *Mitarello* in monumentis Faventinis. p. 238. — 6) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXV. p. 175-177; junctis animadversionibus, p. 336-341. — Fragmenta quaedam e Maffeio desumta exhibuerunt etiam Monachi Benedictini, in: "Nouveau traité de diplomatique." T. V. p. 645.

II. Gesta confecta sunt, anno 540 p. C. n in curia Ravennate. Domnicus scilicet quidam vendiderat Montano, Notario sacri Vestiarii portiones duorum fundorum, Domicilii scilicet, et alterius, qui Centum viginti quinque (numerus fortasse, qui fundo in libris polypticis assignatus fuerat) appellabatur. Uterque fundus in territorio civitatis Faventinae situs erat, ita ut traditio eorum nonnisi coram curia Faventina peragi posset. Litteras igitur Domnicus ad curiam Faventinam direxerat, ut traditio celebraretur; instrumentum venditionis ipsum vero Ravennae conscriptum fuerat. Ut vero de venditione aeque ac traditione securus constitueretur Montanus emptor, in foro domicilii Domnici, Gesta de agnitione instrumentorum sibi confici petierat, quae quidem Gesta in nostra charta continentur.

Tenor igitur eorum hic est:

1) Montanus profert et instrumentum venditionis et epistolam traditionis, petitque, ut ea recitentur, et venditor interrogetur, utrum venditionem, traditionem, ac solutionem sibi factam, agnoscat.
2) Curia, huic petitioni annuens, e suo gremio mittit Firmilianum Ursum, Severum jun. Principales una cum Deusdedit Exceptore ad Domnicum, ut instrumenta agnoscat.
3) Revertuntur dicti viri, et de agnitione facta referunt ad curiam.
4) His peractis, Montanus flagitat, ut sibi edantur Gesta.
5) Annuentes Magistratus decernunt editionem Gestorum, paginam eorum subscribunt; et deinde
6) Exceptor, Gesta a se edita ac tradita esse, subnotat.

Imp. Dno. N. Justiniano PP. Aug. [1]) *anno . . . . sexies P. C. Paulini jun. V. C. Ind. tertia Ravennae. Apud Pompulium Plautum Mag. praesentibus Flavio Floriano, Firmiliano Urso, Flavio Severo juniore, et Quiriaco juniore, viris laudabilibus, Principalibus, Montanus V. C. Notarius sacri Vestiarii* [2]) *dixit: A Domnico viro honesto portionem fundi Domicilii cum edificio, Centum quod Viginti et quinque appellatur, placito et definito pretio, auri solidorum quadraginta, me optimo jure certum est, comparasse. Verum, quia ipsa instru-*

---

[1]) Si scilicet opinio eorum sequenda, Ravennam jam anno 539 p. C. n. a Justiniano recuperatam fuisse. Sed *Marinius* dubia quaedam adversus hanc opinionem movit, quem videas, et conferas insuper *Sabiniacum* Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. I. p. 299.

[2]) Custodes vestimentorum imperialium, de quibus conferas *Pancirol.* ad Notit. Dignit. cap. 81. *Gothofred.* ad c. 1. C. Theod. VI. 30. *de palatinis.* Videas et c. 7. C. XII. 24. *de palatinis.*

menta venditionum prae manibus gero, nec non epistulam traditionis datam ad municipes civitatis Faventinae, quaeso Laudabilitatem vestram, ut a competenti Officio suscipi jubeatis et actis inseri, ipsum quoque suprascriptum venditorem interrogari dignemini, si ipse eas mihi fecerit, atque Stefano viro honesto Forensi conscribendas dictaverit, vel si subter signum fecerit, et testes, ut subscriberent, conrogaverit, pretium placiti omne perceperit, aut si traditionem mihi sollemniter celebraverit, vel, quam habeat voluntatem, his actis edicere non gravetur!

Magistratus dixit: Primitus suscipiantur instrumenta venditionum, nec non et epistula traditionis quae offeruntur, et legantur!

Cumque tradita fuissent, et recitatum est:

„Imp. Dn. N. Justiniano P. P. Aug. sub die II. Nona„rum Januariarum, Indictione tertia, sexies P. C. Pau„lini jun. V. C. Ravennae.

„Scripsi ego Stefanus Forensis, rogatus et petitus „a Domnico v. h., ipso praesente, adstante mihique di„ctante, et subter manu sua propria pro ignorantia „litterarum signum faciente, et testes, ut subscriberent, „conrogavit. Constat eum hac die jure optimo, distra„xisse et distraxit, tradidisse et tradidit, Montano V. „C. Notario sacri Vestiarii, comparatori jure directo in „perpetuum, heredibus posterisque ejus, id est, portiones „ex fundo Domicilii cum edificio Centum qui Viginti „quinque appellatur, cum omni jure instructo, instru„mentoque earum, constitutum in territorio Faventino, „inter adfines . . . . . qui nunc sunt, vel ab origine „fuerunt, qua quemque tangit et populum, sicuti optima, „maximaque sunt, terminis, silvis, campis, pratis, pas„cuis, saleotis, sationalibus, vineis, arboribus pomi„feris, fructiferis, diversisque generibus, rivis, fontibus, „aquis perennibus, limitibus; sicuti a suprascripto ven-

„*ditore, suisque auctoribus bono, optimo et inconcusso* „jure possessum est, *ita usque* nunc in ho*dierna* die „possidetur, optimum maximumque est, venientem sibi „ss. venditor dixit, ex jure et successionem qd. matris „suae et filiorum suorum omni pretio *q* . . . *ne* . . . . „es . . . . . placito et definito, et pro ss. portiones ex „duobus fundis et omnibus ad se pertinentibus, auri „solidos dominicos optimos, pensantes, numero quadra„ginta, tantum, quem eidem venditori per manus ss. „emptoris, dati, num*erati et* trad*iti sunt* domi, ex arca „vel ex sacculo suo [1]), testibus praesentibus infra sub„scribturi, nihilque sibi ss. venditor ex hoc omni prae„tio quidquam amplius rediberi dixit et pollicetur, se „nullam in posterum adversus eum*dem comparatorem* „heredibusve ejus super hujus definitiones [2]) placitum, „aliquam aliquando movere rem, litem, actionem, peti„tionem, repetitionem, controversiam, quaestionem in „rem vel in personam habire aviturus*ve esse*, *inque* „*ba*cuam possessionem rei ss., qui supra venditor eun„dem emptori actoresque ejus in rem ire, mittere, in„gredi, possidereque permisit, hac suos omnes inde ex „eadem rem exisse, excessisse, dissesseque [3]) dixit, *ex„cepto tantum vil*ico [4]) uno, liberas autem inlibatas „portiones duorum fundorum ab omni nexu fisci deviti „populi pribative et ab here alieno, litibus, causis con„troversihisque omnibus, nec non a sorte barbar*ica* [5]),

---

[1]) Solutio fiebat vel per assignationem ad Argentarios scriptam, ex *mensa Argentariorum*, vel per nummos in continenti numeratos, *ex arca*, *sacculo*, *domi*, *de domo*. Conf. *Raevardi* Variar. L. I. cap. 15. *Brisson*. de formul. L. VI. cap. 107.

[2]) *definitionis*.

[3]) *discessisseque*.

[4]) qui scilicet ad custodiendas aedes in fundo pro tempore remansit.

[5]) *Sors barbarica*, idem quod *Tertiae*, tributum a Gothis exactum, de quo infra. Conf. *Sabiniacum* Geschichte des Röm. Rechts im Mittelalter. T. I. p. 288.

„et a ratione *tutelaria et curae*, et ab obligatione [1]), „citerisque aliis titulis vel honeribus sive contractibus, „nullique antea portiones juris sui, sive competentes in „integro, a se donatas, cessas, neque distractas, nec „alicui offiduciatas [2]), *nec cum quoquam se eas* habere „communes, neque per cautionem, neque per venditio„nem, aliove quolibet jure transtulisse, sed sui juris „esse professus est, et si quis portiones supramemora„tas, de qua *hodierna die* agitur, partemve, *in aequam* „*par*tem aut usumfructumve earum quis evicerit, quo„minus emptori ss. ipsum, haeredes successoresve *ejus* „eumve, ad quem ea ris erit, de qua agitur, *pertinet*, „*pertinebit*, habere, tenire, possidere, uti frui, usumque „capire, *donare*, *vendere*, commutare, *more* quo vo„luerit, in perpetuo vindicare ricte liceat comparatori „haeredibusve ejus; quod ita licetum non erit, evictum „ablatumve quid fuerit, tunc, quanti ea ris erit, quae „evicta fuerint, *duplum pretium* solidorum ss., sed et „rei quoque melioratae, aedificatae, cultaeque, taxatio„nem habita, a ss. venditore, haeredibusve ejus me„morata, comparatori ejusque haeredibus cogantur in„ferre juxta legum *ordinem*. *Huio venditioni* traditio„nique dolum malum abesse afuturusque est, vi, metu, „et circumscribtione cessante, de qua re et de quibus „omnibus ss. stipulatus est Montanus V. C. Notarius, „emptor, spopondit, qui supra, *Domnicus v. h. vendi*„tor ad omnia ss. in vervis sollemnibus. Actum Rav. „die, sexies P. C. ss.

„Signum Domnici v. h. ss. venditoris litteras „nescientis."

---

[1]) oppignoratione.

[2]) oppignoratione. Verbum derivatum a *fiducia*, veteri oppignorandi ritu. Cf. *Isidori* Gloss. v. *infiduciare*.

Item suscribtio testium.

„Florus V. C. his instrumentis portiones fundi Do„*micilii vel Centum quod* Viginti et quinque appellatur, „in integro, cum edificio, rogatus a Domnico v. h. ss. „venditore, ipso praesente testis suscribsi, et ss. prae„tium quadraginta solidos ei in praesenti traditos vidi, „qui et *mei praesentia* signum fecit.

„Reparatus V. C. Praepositus Cursorum Domnico„rum his instrumentis portionis ss. fundi Domicilii, cum „edificio et Centum viginti quinque appellatur, in in„tegro, rogatus a Domnico v. h. ss. [1]) venditore, ipso „praesente testis suscribsi, et ss. praetium quadraginta „solidos ei in praesenti traditos vidi, qui mei praesen„tia signum fecit.

„Paulus V. C. et Arg*entarius* his instrumentis por„tionis fundi Domicilii cum edificio vel Centum qui „viginti quinque appellatur, rogatus a Domnico v. h. „ss. venditore, ipso praesente, testis suscribsi, et ss. „praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditus „vidi, et mei praesentia signum fecit.

„Ego Vitalis V. C. Monitarius [2]) his instrumentis „portionis ss. fundi Domicilii cum edificio vel Centum „qui Viginti quinqne appellatur, rogatus a Domnico „v. h. ss. venditore, ipso praesente, testis suscribsi et ss. „praetium quadraginta solidos ei in praesente traditus „vidi.

„Ego Romulus V. C. Silentiarius [3]) his instrumen„tis portionis fundi Domicilii cum edificio, Centum qui „Viginti quinque appell*atur,* rogatus a Domnico v. h. „ss. venditore, ipso praesente, testis suscribsi, et ss. „praetium quadraginta solidos ei in praesenti traditus „vidi, et mei praesentia signum fecit."

---

[1]) Incipit columna secunda.

[2]) *Monetarius.*

[3]) An idem, qui scriba imperialis?

Item inserendam Epistulam traditionis data ad Municipes civitatis Faventine:

„Dominis praeticavilibus et colendis parentibus, „Defensori, Magist. *Quinquennali*, cunctoque Ordini „Curiae Civ. Faventine, Domnicus v. h. sal*utem!*

„Noverit *Gravitas vestra*, me jure optimo et pro„pria voluntatem legibus distracxisse et distracxi Mon„tano V. C. Notario sacri Vesteari, dom*inium* id est, „omnem portionem meam, mihi competentem [1]) ex „fund*o*, cui vocabulum est Domicilius, cum aedificio, „quam ex fundo, qui appell*atur* Centum, idem portio„nem suam omnem in integro cum omnibus ad se per„tinentibus, a quo omnem praetium placitum et defi„nitum in praesenti percipi, auri solidos quadraginta, „ut tenor continet instrumentorum, que aput Ravennati „urbe confectae sunt, et quia sola traditio ei deest, ideo „Domini praedicaviles, accepta hanc epistulam meam „La*udabilitas vestra* dignavitur, quolibet modo, aut „quolibet tempore, quando eidem emptori placuerit, „sollemnem traditionem celebrari, ut agnoscat, ad se „deinceps omnia pertinere, nomen quoque meo de po„lypticis publicis eximi faciatis, et nomen ss. emptoris „in loco prosterni [2]) faciatis. Quam epistulam tradi„tionis de immutato dominio, Stefano v. h. For*ensi*, „rogatorio meo scribendam dictavi, in qua subter manu „propria signum feci, et testes, ut suscriberent, conro„gavi et ad vos direxi sub d*ie* II Nonar*um* Januaria„r*um*, In*dictione* tertia, sexies P. C. Paulini jun. V. C. „Rav*ennae*.

„Signum Domnici v. h. ss. venditoris, litteras nescientis."

---

[1]) Excidisse videtur vocula *tam*.

[2]) vocabulum technicum fuisse videtur.

Item subscribtio testium:

„Florus V. C. huic epistulae traditionis fundi Do-
„micilii, cum edificio, vel Centum quod Viginti et
„quinque appellatur, a Domnico, v. h. ss. venditore,
„ipso praesente, testis suscribsi.

„Reparatus V. C. Praepositus Cursorum Dominico-
„rum huic epistulae traditionis portionis fundi Domicilii
„cum edificio vel Centum quod viginti et quinque ap-
„pellatur, rogatus a Domnico v. h. ss. venditore, ipso
„praesente, testis suscribsi.

„Paulus V. C. Argents. huic epistulae traditionis
„portionis fundi Domicilii, cum edificio vel Centum
„quod viginti et quinque appellatur, rogatus a Domnico
„v. h. ss. venditore ipso praesente testis suscribsi." † †

Magistratus dixit: [1]) Lecta instrumenta venditionum simulque et epistulam traditionis in acta megrarunt; et adjecit: Secundum petitionem Montani V. C. pergant nunc de praesenti Firmilianus Ursus et Fl. Severus jun. viri laudabiles, Principales, una cum Deusdedet Exceptore ad Domnico v. h., ita ut dum eidem instrumenta venditionum, una cum epistulam traditionis ostense relicteque fuissent, si a se factas esse cognoscet, vel quid responsi dederit, actis renuncietur!

Cumque ad Domnicum v. h. ss. venditore itum fuisset, et paulo post regressum ad publicum, praesentibus, qui supra, Firmiliano Urso et Fl. Severo jun. Principalibus [2]) et Deusdedet Exceptor dixerunt: Sicut praecipit Gravitas vestra, pervenimus ad Domnicum v. h. ss. venditore, cuique dum a novis eidem instrumenta venditionum simulque et epistulam traditionis ostense, relicteve fuissent, ita dedit responsum, se easdem Stefano v. h. Forensi scribendas dictasset, et ipse

[1]) Incipit columna tertia.

[2]) Lege: *Ursus et Fl. Severus jun. Principales.*

in eisdem subter signum fecisset, testesque, qui inivi suscribserunt, ipse conrogasse professus est, per quibus se distracxisse et distracsit, atque tradedisse et tradidit his, idem Domnicus v. h. eidem Montano V. C. Notario sacri Vesterii sub duplariae rei evictionis nomine et rei quoque meliorate, ea omnia, quae textus ipsorum instrumentorum venditionum vel epistulae traditionis ad singula tenor continent scribtura; quas etiam Gestis Gra*vitas* v*estra* allegare desiderat, his actis profitemur.

Mag. d*ixit*: Accepta responsionem presentum Firmiliani Ursi et Fl. Severi jun. vv. ll. Principalium pariterque et Deusdedet Exceptor*is*, quid nunc amplius fieri desideratur?

Montanus V. C. Notarius sacri Vestearii dixit: Quoniam omnia ordine suo, que ad firmitatem instrumentorum venditionum vel epistulae traditionis rubor [1]) pertinebat, rite ademplita sunt, ideoque peto Gra*vitatem* v*estram*, optimi Mag., ut Gesta mihi propter monimen meum ex competenti Officio edi jubeatis ex more!

Pompulius Plautus Mag. dixit: Ut petisti, Gesta tibi propter monimen tuum a competenti Officio dabuntur ex more!

† Pompulius Plautus Magestratus, Gesta apud me habita recognovi. ∽

† Flavius Florianus V. C. his Gestis apud nos habitis suscribsi. ∽

† Firmilianus v. l. his Gestis apud nos habitis suscribsi. ∽ ∽ ∽

† Flavius Severus jun*ior* v. l. his Gestis apud nos habitis suscribsi. ∽

† Quiriacus jun. v. l. his Gestis apud nos habitis suscribsi. ∽ ∽ ∽

† Deusdedet Exceptor Civitatis Rav. his Gestis edi*di tradidique*. ∽

---

[1]) *robur*, per transpositionem literarum, ut infra *ademplita* pro *adimpleta*.

LI.

Epistola traditionis Milanii et Gerontii.

I. Asservatur ibidem, exarata in papyro, longitudine palmarum II. unciar. IX, latitudine palmae unius, unc. III. Publici juris facta est: 1) in *Donii* Inscriptt. nro. IV. p. 478. ubi adhibeus *Gorium* Praef. p. XXIV. qui male illam adsignant anno 499. — 2) apud *Mitarellum* l. c. p. 388. — 3) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXVI. p. 178. junct. animadvers. p. 341. 342. Specimen scripturae exhibet tab. XV.

II. Epistola a Milanio et Gerontio ad curiam Faventinam directa est, die 21 Mart. 540; ut traditio particula fundi Roborati, Laurentio cuidam venditi, rite celebraretur.

Dominus praedicabilibus et colendis Parentibus Defensori, Mag. Quinquennali, cunctoque Ordini Curiae civitatis Faventinae Milanius et Gerontius p. p. [1]) salutem!

In Gravitatis vestrae notitia credediмus deponendum; noverit Laudabilitas vestra, nos hac die, optimo jure et legibus distraxisse et distraximus Laurentio vir strenuo, id est, ex fundo Roborata uncia una semis, cum aedificio et omni jure instructo ejus, omnibusque ad se pertinentibus, sicut continet textus instrumentorum, qui in Ravennati urbe confectae sunt, perceptoque in praesenti, pretio placito et definito, id est, auri solidos quinquatrians [2]). Quia in vestro est territurio constituta, adque sola ei deest traditio, ideoque Domini et jure colendi Parentes, accepta hanc epistulam meam, Laudabilitas vestra dignabitur, memorato conparatori

---

[1]) *praesentibus praesentes.*

[2]) *quinque triens*, quinque scilicet solidos, et quartam solidi partem.

ejusque hominibus ex more sollemnem *fieri* traditionem, legi, actisque vestris indi. Tabulario [1]) quoque civitatis vestrae admonere cu*ra*vitis, ut cispitis jugationem [2]) memorati loci, quae in documentis insertum est, sicuti supra legitur, idem conparatori, actoribusque ejus designari praecipiatis, ut omnia a praesenti ter*tiam* indictionem ad suum dominium pertinere cognoscat. Quam epistulam *tradi*tionis *E*ventio not*ario* scribendam dictavimus, in qua subter manibus propriis signa fecimus, et testibus obtu*limus* suscribendam, et ad L*audabilitatem* v*estram* direximus sub d*ie* XII. Kal. April. sexies P. C. Paulini jun. V. C.

Signum † Milani v*iri* h*onesti* *suprascrip*ti venditoris.

Signum † Geronti v. h. s̄sti vinditoris.

† Ego Petrus v. st. huic epistulae traditionis unius semis unciae fundi s̄s. *rogatus a Mi*lanio et Gerontio vv. hh. ipsis presentibus testis suscribsi. † †

† D*a*nihel vir st. huic epistulae traditionis unius semis unciae fundi s̄sti, rog*atus a Mi*lanio et Geruntio vv. hh. ipsis praesentibus testis suscribsi. ∽ ∽ ∽

Joannis vir st. huic epistule traditionis unius semis unciae fundi s̄s. rogatus a Milanio et Gerontio vv. hh. ipsis praesentibus testis suscribsi. †

---

[1]) *Tabularium*, i. e. Archivarium. cf. *Gothofred.* ad. c. 1. Cod. Theod. VIII. *de tabular.*

[2]) *Jugatio cespitis*, species fuit canonis emphyteutici. Cf. *Novell. Theodos.* tit. 43. *Valentiniani* tit. 10. ibique *Ritterum. Cassiodor.* Var. L. V. ep. 14. L. VII. ep. 45. *Brisson.* de Verb. Signif. v. *jugatio.*

LII.

Gesta de instrumento venditionis Isacio cuidam a Minnulo facto, allegandoque habita.

I. Asservantur Aretii apud nobilissimum virum *G. B. Forti*. Exarata sunt in papyro, longit. palm. IV. unc. III. latitud. palmae unius, unc. II. Primus ea publici juris fecit *Marinius* l. c. nro. CXVII. p. 178. 179. junct. not. p. 342-344; et specimine scripturae in Tab. XVI.

II. Lacera fragmente, a me quodammodo suppleta, continent Gesta in curia Ravennate habita de allegando instrumento donationis et traditionis, quod Minnulus, clericus Gothicus de venditione unciarum duarum fundi Domitiani, Isacio saponario fecit, anno 541 post Christum natum.

Imperatore Domino nostro Justiniano P. P. Augusto, anno XIV., Basilio jun. V. C. Consule, Indictione quarta Ravennae. Apud [*N. N.*] *Magistratum, praesentibus* [*N. N. etc.*] *Principalibus, Isacius v. h. Saponarius dixit: Ex fundo Domitiano uncias duas, portionem . . . inter adfines . . . . . vel si qui alii adfines sunt,* vel ab origine fuerunt, *qua quemque tangit* et *populum*, dato praetio, instrumentis sollemniter in Classe Rav. confectis a Minnulo v. r. Clerico legis [1]) *Gothorum* Ecl. Rav. filio qd. Cristodori Pb. [2]), optimo sum *jure mercatus. Unde* rogo *Gravitatem vestram*, uti primitus *documenta suscipiantur, Minnulumque interrogari dignemini, si ipse ea mihi fecerit, atque* [*N. N.*] *viro ho-*

---

[1]) i. e. *gentis, religionis.* cf. *Gothofred.* ad c. 2. C. Th. VII. 8. *de metatis.*

[2]) Plebani? Presbyteri?

nesto Forensi conscribenda dictaverit, vel si subter manu subscripserit, et testes, ut suscriberent, conrogaverit, pretium placiti omne perceperit, aut si traditionem mihi sollemniter celebrari velit, vel quam habeat voluntatem, his actis edicere non gravetur!

Magistratus dixit: Primitus suscipiantur documenta, quae offeruntur, et legantur!

Cumque suscepta et tradita fuissent, et recitatum est:

„*Imp. Dn. N. Justiniano P. P. Aug. anno XIV.* „*sub die XGI Kal. Augustarum, Basilio juniore V. C.* „*Consule, Indictione quarta, Ravennae.*

„*Scripsi ego* [*N. N.*] *Forensis, rogatus a Minnulo* „*viro reverendo, Clerico legis Gothorum, ecclesiae Rav.,* „*ipso praesente, adstante, mihique dictante, et subter* „*manu sua subscribente, et testes, ut* suscriberent, con- „rogavit. Constat eum ho*dierna* die sub dupplariae rei „distraxisse, et distraxit, adque tradidisse, et tradidit „in perpetuo he*redibus*, posterisque ejus, Isacio vi*ro* „ho*nesto*, saponario Classis, conparatori, id *est*, ex „fundo Domitiano, uncias duas, portionem . . . . . „*venientem sibi, ex testamentaria voluntate, quondam* „*Anastasiae consubrinae suae, pretiumque esse placitum* „*et definitum, auri solidos*, pensantes numero viginti, „tant*um*, in praesenti, eidem Minnulo vi*ro* re*verendo*, „venditori, adnumeratos et traditos, praesentia *tes*tium „dante, numerante et tradente ss. Isacio v. h. Sapona- „rio, conparatore, domi ex acculo suo, *se*d recipiente „eodem venditore, *ac sibimet in in* . . . . . .

„ . . . . . .

„*sa*lectis, sationalibus, vineis, arboribus, arbusteis, ar- „bustatis, taleis [1]) olivar*um*, pomiferis, fructiferis di-

[1]) *talea* sine dubio genus mensurae fuit; ut e charta nostra patet. Hanc vero significationem in omnibus glossariis frustra quaeris.

„versis generis, rivis, fontibus, et omni jure propriae„tateque earum, omnibusque ad easdem generaliter per„tinentibus vel adjacentibus, sicuti a ssto *venditore pos„sessae sunt, ita possideantur a ssto* conparatori ejus„que *heredibus*; quod ita in alium licitum non erit, „evictumve ablatumve quid erit, quodsi a quoquam „quolibet tempore *is* emptor, *ej*usque *heredes* inquietati „vel evicti fuerint, pro parte aut in integro, tunc ss. „viginti solidos, quos pro *praetio* . . . . . „em praetium placitum et definitum. Sollemnem tra„ditionem his venditor celebravit [1]) suo conparatori „ejusque *heredi*bus. De *qua* re et de quibus omnibus ss. „stipulatus est, *qui supra*, Isacius v. h. saponarius, em„ptor, ad omnia ss. spopondit memoratus Minnulus, v. r. „Lictor *in eccl. Rav. Gothorum. Actum Rav. anno et „die sstis.*

„*Ego Minnulus v. r. Clericus Ecclesiae Gotorum „Rav. filius quondam Cristodori P b. his instrumentis, „quae* [*N. N.*] *forensi scribenda dictavi, subscribsi.*"

Item suscribtio testium:

„[*N. N.*] *his instrumentis duarum unciarum fundi ss. „ut supra legitur, rogatus a ssto Minnulo v. r. Clerico „legis Gotorum, ipso* presente, testis suscribsi, et viginti „solidos praetium ei in praesenti adnumeratos et tradi„tos vidi.

„Honoratus V. C. Sco*laris*, his instrumentis duar*um* „unc*iarum* fundi ss. ut s. legitur, rogatus a ss. Minnulo „v. r. Cl*erico* legis Gotor*um*, venditore ipso praesente, „testis sus*cribsi*, *et viginti solidos praetium ei in prae„sente adnumeratos et traditos vidi.*

„[*N. N.*] *his instrumentis duarum unciarum fundi ss. „ut s. legitur, rogatus a ss. Minnulo v. r. Clerico legis „Gotorum, venditore ipso praesente, testis suscribsi, et*

[1]) *is . . . celebrabit.*

„*viginti solidos praetium ei in praesenti adnumeratos* „*et traditos vidi.*

„[*N. N.*] *his instrumentis duarum unciarum fundi* „*ss. ut s. legitur, rogatus a ss. Minnulo v. r. Clerico* „*legis Gotorum, venditore, ipso praesente, testis su-* „*scribsi, et viginti solidos praetium ei in praesenti ad-* „*numeratos et traditos vidi.*

„[*N. N.*] *his instrumentis duarum unciarum fundi* ss. „ut s. legitur, rogatus a ss. Minnulo v. r. Clerico legis „Gotorum, ipso praesente testis suscribsi et viginti soli- „dos praetium ei in praesente adnumeratos et traditos „vidi."

Item et epistula traditionis:

„Dominis praedicabilibus et colendis Parentibus, „Defensori, Mag. Quinquennali, cunctoque Ordini civi- „tatis Ravennatis Minnulus p. p. salutem!

„*Noverit Laudabilitas vestra, me hac die optimo* „*jure et legibus distraxisse Isacio v. h. saponario, id* „*est, ex fundo Domitiano uncias duas, venientes mihi* „*e testamentaria voluntate quondam* Anastasiae, consu- „brine mei, accepto omnem praetium placitum et de- „finitum, sicuti fides [1]) instrumenti eloquitur, manife- „stum, qui in Classitana Rav. civitate [2]) confectum est. „Et quia sola traditio ei deest, rogo *Laudabilitatem* „*vestram*, accepta *hac epistula mea, ut memorato con-* „*paratori ex more sollemnem traditionem fieri jubeatis,* „*legi, actisque vestris indi.*

„*Quam epistolam ad vos direxi sub die* XGI. Kal. „Augustarum. Actum in Classe Rav. Basilio jun. V. C. „Consule, Indictione quarta.

„Ego Minnulus v. r. Clericus ecclesiae Gotorum Rav.

---

1) *textus, tenor.*

2) *Classis*, sive *Classitana civitas* erat suburbium urbis Ravennae. Cf. quae ad instrumentum donationis Hildewarae annotata sunt.

„filius qd. Cristodori pb. legis sse huic epistule traditio-„nis duorum unciarum fundi ss. a me facta tibi ss. Isa-„cio v. h. saponario, conparatori, *subscribsi.*"

Magistratus dixit: Lecta instrumenta venditionum simulque et epistola traditionis, in acta migrarunt. Et adjecit: Secundum petitionem Isacii v. h. saponarii pergant nunc de praesenti [*N. N.*] *et* [N. *N.*] *Principales, una cum* [*N. N.*] *Exceptore ad Minnulum v. r., ita ut dum eidem instrumenta venditionum una cum epistola traditionis ostensa relectaque fuissent, si a se factas esse cognoscat, vel traditionem celebrari velit, vel quid responsi dederit, actis renuncietur!*

Cumque ad Minnulum v. r. ss. venditorem itum fuisset, et paulo post regressum, [*N. N. etc.*] *dixerunt: Sicut praecepit Gravitas vestra, pervenimus ad Minnulum v. r. ss. venditorem, cuique dum a nobis instrumenta venditionum simulque et epistula traditionis, ostensa relectaque fuissent, ita dedit responsum, se easdem subscribsisse, et traditionem fieri velle. Ideo cum actoribus Isaci* v. h. emptoris perrex*imus* ad duas uncias fondi Domitiani cum omni jure suo, ibique nullo contradicente Isacio v. h. emptori sollemnis est introductio celebrata, sicut . . . . 4 . . . . idem emptor *pro suo* posse poterit propter . . . . . .

Magistratus dixit: Accepta responsione praesentium [*N. N. etc.*] *quid nunc amplius fieri desideratur?*

Isacius v. h. saponarius dixit: Quoniam omnia ordine suo, quae ad firmitatem instrumentorum, vel epistolae traditionis robur, nec non ad traditionis sollemnitatem pertinebant, rite adimpleta sunt, ideoque peto Gravitatem vestram, optimi Magistratus, ut de iis, quae peracta sunt [1]), ad monimen dominii mei haec Gesta mihi ex more edi praecipiatis!

[1]) In textu inseritur: *nt.*

Magistratus dixit: Gesta tibi propter monimentum a competenti Officio dabuntur ex more!

Ego [*N. N.*] *Magistratus Gesta apud me habita* et recognita suscribsi. † †

LII. a.

Instrumentum venditionis Gundilebi diaconi.

I. Asservatur Aretii, in archivo ecclesiae cathedralis, exaratum in papyro. Maxime insignem reddit hanc chartam subscriptio Gundilebi Gothica, quae acumen doctorum virorum fatigavit, et multas editiones instrumenti peperit. In lucem protractum est: 1) a *Gorio* in *Donii* Inscriptt. p. 496. nro. XI. (1731); postea vero editum: 2) ab *Eduardo Lye*, in editione Benzeliana Codicis argentei Ulphilani, (Oxon. 1750. 4.) Praef. p. XXXV. — 3) a *Johanne Ihre* in Diss. de lingua Codicis Argentei. Upsal. 1754. Recusa in: *J. ab Ihre* scripta vers. Ulphil. et linguam Moesogoth. illustr. ed. *Anton. F. Büsching*. Berol. 1773. 4. p. 267. — 4) a *Malmenio* (praes. *Ihre*) Diss. de reliquiis linguae Geticae. Upsal. 1758. — 5) a *Franc. Ant. Knittelio*, in: Ulphilae versio Gothica nonnullorum capitum epistolae Pauli ad Romanos. Brunsvig. 1763. 4. p. 403 sq. — 6) a *J. Steenwinkel* in: "taelkundige Mengelingen." Lugd. Bat. 1781. 8. (in versione Batava dissertationis Malmenianae.) — 7) a *Jo. Christ. Zahn* in: "Versuch einer Erlaeuterung der Gothischen Sprachüberreste in Neapel und Arezzo." (Brunsvig. 1804. 8.) p. 80. sq. — 8) a *Marinio* in: "I papiri diplomatici." nro. CXVIII. p. 79. junctis animadvers. p. 344 sqq. — 9) a *G. F. Grotefendio* in tractatu: "Ueber die gothischen Urkunden aus Italien," inserto operi: "Abhandlungen des Frankfurtischen Gelehrtenvereins für deutsche Sprache." Drittes Stück. Francof. a. M. 1821. 8. p. 115 sq.

Scripturam Gothicam Gundilebi aeri incidi curarunt *Gorius* l. c., *Knittelius* l. c. tab. IX, *Steenwinkel* l. c. et *Grotefendius* l. c. tab. II. In illa explicanda sudarunt omnes, praeter *Gorium* et *Marinium*; *Ihrius* tamen et *Knittelius* parum felici successu, *Grotefendius* post *Zahnium*, optimo.

II. Continet charta venditionem fundi Caballar*iae*, quem Alamud quidam a Gundilebo Diacono gentis Gothorum emerat. Emtionis venditionis instrumentum celebratum est inter annum 536 et 544 p. C. n.

. . . . . .

. . . . Caballar*iae* appellatur . . . cum portione aedificii et omni jure earum, omnibusq*ue* ad se pertinentib: sicut ab eo jure . . . . , *inter aff*ines fundum Villa magna, quod est juris veteris senioribus suorum et fundum Quarantula, quod est juris Constantii, adqui nunc sunt, *et si qui alii sunt* vel ab origine fuerunt, *qua quemque tangit et populum*, Angelfrid*is ex successione, quas sibi* obvenisse dixit; quas suprascriptas quatuor uncias suprascriptae Caballariae cum portione aedificii et omni jure instructo, instrumento, atque earum omnibus ad se pertinentibus, optime *maximeque* sunt, *cum finibus* omnibus terminisque earum, campis, pratis, pascuis, silvis, salicetis, omnibus vineis, arbustis, arboribus fructiferis diversis generis, limitibusq*ue*, terris omnibus, omniq*ue* jure proprietario et usum, sicut a suprascripto venditore possessa sunt, atque nunc usque in hodiernam diem possidentur, . . . *inque* vacuam possessionem quatuor unciarum fundi suprascriptae Caballariae cum portione aedificii is idem *vir venerabilis* Gudilebus diaconus, venditor omnes solidos [1]) inde

---

[1]) Lege: *suos*.

exisse, excessisse dixique [1]) dixit, et eumdem v. v. Alamud *dictum* comperatorem Actoresq*ue* ejus in rem ire, mittere, ingredi, possidereque permisit, sicut alio dipplomum vacuali super ac re scribere [2]) . . . . consignatoq. plenissime continetur, nummum usualem dominicon . . . . . lp Constantis ve . . . . . testibus praesentibus suscribetur [3]), quam [4]) distractionem juris traditionisq. causa accepi*t qui supra* venditor ab eodem comperatore juxta placitum suum definitum, *pretii nomine*, id est, auri solidorum centum triginta tres, tan*tum*, de quo omni praecio percepto nihil sibi idem venditor ab eundem emptorem aliquid amplius redhiberi dixit, et profitetur, nullum se in posterum heredesq*ue* suos adversus eundem emptorem, procuratorem, eredes, successoris [5]) ejus desuper ac re, aliquam aliquando causam, rem, litem, actionem, petitionem, repetitionem, controversiam in rem vel in personam habere, habiturumve esse. Quas suprascriptas quatuor uncias fundi suprascripti, quae hodierna die dictractae erunt, cum portione aedificii sub evictione lege dupli bona, perpetua, easdemq*ue* liberas, inlivatas ab omni nexu fisci populi, privati ut [6]) et ab aere alieno, ceterisq*ue* honeribus, sed et a titulo dotali aut tutellario nomine alienas esse dixit, adq. promisit. Quodsi suprascriptas quatuor uncias, vel quod interest, a qualibet persona, sive proprietatis, sive ususfructus gratia inquietati fuerint, vel evictae, tunc hos centum triginta tres solidos, quos praetio numeratos suprascriptus accepisse dixit, sed et alterum tantum numerum solidorum,

[1]) Lege: *discessisseque.*
[2]) Lege: *scripto.*
[3]) Lege: *subscriptis.*
[4]) Lege: *ob quam.*
[5]) Lege: *successoresque.*
[6]) Lege: *privative.*

evictionis nomine et rei quoq. meliorate *instructae aedificataeque* idem venditor ejusq. heredes emtori heredibusq. ejus cogantur inferre, vel, quantum emtori suprascripto interfuit, inquietari, evinci aut rem minime debuisse; huic venditioni dolum abesse, *a*futurumq. esse promisit, vi, *metu et circumscriptione cessante, De qua re* et de omnibus suprascriptis stipulatus est v. v. Alamud .... diaconus comperator, spopondit v. v. Gudilebus diaconus venditor. Atque a terpe suprascriptis [1]).

IK [2]) GVDILVB ∽ DKN ∽ THO FRABAVHTA BOKA
Ik [3]) *Gudilub Diakon dho frabochta boka*
Ich [4]) *Gottlieb Diaconus dies verkaufte (laut) Urkunde*
Ego [5]) *Gundilebus Diaconus haec vendidi instrumento*

FRAM MIS GAWAVRTHA THVS ∽ DKN ∽ ALA-
fram mis gaworchtha dhus Diakona Ala-
von mir ausgefertigt dir dem Diaconus Ala-
a me facto tibi Diacono Ala-

MODA FIDWOR VNKJANA HVGSIS KABALLARJA
moda fidwor unkjana hugsis Kaballarja
mod vier Unzen der gedachten Kaballaria
mudo quatuor uncias suprascriptae Caballariae

JAH KILLIGGGANS ∽ RLG ∽ ANDNAM JAH
jah skilligans 133 *andnam jah*
und Schillinge 133 *empfieng ich und*
et solidos CXXXIII accepi et

VFMELIDA.
ufmelida.
unterschrieb.
subscripsi.

---

[1]) Lege: *Actum die et ter P. C. suprascriptis*, scil. Paulini a. 536. 537. sive Basilii jun., anno 543. 544.
[2]) Gothicae literae per characteres latinas expressae, cum gothicae deessent in officina typographica.
[3]) Modus pronunciandi verba Gothica.
[4]) Versio germanica.
[5]) Versio latina.

Ego Constantius . . . . . his instrumentis quatuor unciar*um* fundi suprascripte Caballariae, rogatus a suprascripto Gudilebo Diacono vinditor*e*, *testis suscripsi et ss.* centum triginta tres solidos praetium ei traditum vidi in pr*esens*.

Signum † Leonty guic . . . . testis, qui et suprascriptum praecium ei traditum vidit, et . . . fundi suprascriptae Caballariae rogatus scripsit.

Signum † Donati guic . . . . qui et suprascriptum praecium ei traditum vidit . . . . . fundi suprascriptae Cavallariae rogatus a suprascripto Gudilivo . . . . . [1])

LIII.

Instrumentum venditionis cessionisque in solutum, conditum a clericis ecclesiae Gothorum Ravennatis.

I. Extat Neapoli in archivo ecclesiae *della ss. Annunziata*; exaratum in papyro. Et hoc sibi instrumentum magnam famam peperit, ob subscriptiones in lingua Gothorum adjectas. Primus id publici juris fecit *Ludovicus Sabbatinus* in opere: "Vetusto calendario Napolitano." Tom. V. p. 101-106. (1745.) — 2) e Sabbatino, *Assemanuus* Script. hist. Ital. T. II. p. 10. sq. T. III. p. 362 et 363, mentionem illius fecit, nec non 3) *Suhmius* "Om de fra Norden ud vandreds Folk." (Hafniae 1772. 4.) T. I. p. 202-205. — 4) *Joh. Ihrius* in opere: "Udsigt over Peter Friedrich Suhms Levnet og Skrifter." Hafn. 1798. 8. p. 160-162. — Gothica tamen sola explicans. — Suhmii et Ihrii commentatio extat in linguam germanicam conversa, in: *F. D. Graeteri* libro "Bragur" inscripto. Tom. VII. Part. I. (Lips. 1802. 8. p. 60-88. — 5) Totum

[1]) *Marinius* observat, alteram subsequi subscriptionem literis Gothicis.

instrumentum, cum docta explicatione Gothicae linguae vestigiorum inibi extantium, iterum exhibuit *Johannes Ihre* in Nov. act. reg. societat. Upsaliens. Vol. III. (Upsal. 1780. 4.) p. 1-31, sub titulo: "Monumentum veteris linguae ostrogothicae Neapoli haud pridem repertum, notisque criticis illustratum" quae Ihrii commentatio recusa in *Zahnii* libello, mox laudando. — 6) *Joh. Christian Zahn* in: "Versuch einer Erlaeuterung der Gothischen Sprachüberreste in Neapel und Arezzo." Brunsvig. 1804. 8. p. 17-78. — 7) Gothica repetiit *Graeterus* in: "Iduna und Hermode." Jahrg. III und IV. p. 15. 16. — 8) Totum iterum instrumentum exhibitum est a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXIX. p. 180-183; junctis animadversionibus p. 345-350. — 9) Gothicas subscriptiones explicavit *Koppius* in censura libri Mariniani, inserta: "Heidelberger Jahrbücher der Litteratur für Philologie und Geschichte." Jahrg. III. (1809.) B. I. p. 29-36. — 10) Denique *Grotefendius* "Ueber die Gothischen Urkunden aus Italien," in "Abhandlungen des Frankfurtischen Gelehrtenvereins für deutsche Sprache." Stück III. (Francof. ad M. 1821. 8.) p. 63-114.

Specimina scripturae Gothicae dederunt *Ihrius* et *Graeterus*, haud satis correcta, tum *Marinius*; exemplum vero omnibus numeris absolutum (*Fac simile*) *Josephus Comes de Sierakowsky* [1]) in singula tabula, anno 1810. aeri incisa, repetita a *Grotefendio* in libro laudato Tab. I. qui et adjunxit, in tab. II., specimina *Ihriana*.

II. Clerus Gothicus ad ecclesiam S. Anastasiae in Ravenna constitutus, a Petro defensore mutuo acceperat summam CXX solidorum, illique instrumentum mutui (*cautionem*) fecerat. Ut debitum illud solveret, clerus

[1]) Ectypi Sierakowskiani primam partem, scilicet, quae Optariti subscriptionem continet, repetendam curavi in tabula II. nostri operi subjuncta.

vendidit Petro octo uncias terrae paludosae pro pretio CLXXX solidorum. De qua summa vero accepit tantum LX solidos in pecunia numerata; quoad reliqua Petrus restituit cautionem supra memoratam de CXX solidis factam, ita ut hoc modo totum exsolveretur debitum. Solutio igitur fiebat et per cessionem in solutum, et per restitutionem ejus, quod valorem rerum venditarum excedebat.

Instrumentum ipsum de hoc negotio confectum, conscriptum est anno 551 post Christum natum; periit tamen initium instrumenti, et omnino lacunis scatet.

. . . . . .
. . . . . bus (ar) . . . 2 . . . . . .
. . . . supradicta loca . . 3 . . . . . .
. . . . . str. . . posside 2 . . . . . .
interposita cautionis nostrae adstringe . . . . . .
emus obnoxii, ita in tuae dominationis heredumque
tuorum jura . . . 2 . . . 3 . . . nobis *a te su*pra cen-
tum viginti *solidos* . . . . *pr*aecidenti tempo*re* 2
. . . . . 3 . . . nus nobis et his, qui absentes sunt, sub
eo praetextu mutu*asti, item* a*lios* sexaginta auri solido*s*
. . . . 3 . . . *am* in sedecim annos, undecim . . . . . .
*fa*ciunt in uno, auri solidos centum *oc*tuaginta 3
. . . . singuli et in solidum nos oblig*ati sumus* . . . 20
. . . . *accepis*se pr*o*fitemur . . . 7 . . . au . . . 3 . . . .
pu . . . . 6 . . . ium est om*ni*modo [1]), quod nobis tale

---

[1]) *Grotefendius* legit et supplet: Ita in tuae dominationis jus heredumque tuorum juravimus, nobis a te supra centum viginti solidos solutos esse, quos praecedenti tempore in foenus nobis et his, qui absentes sunt, sub eo praetextu mutuasti, et nunc alios sexaginta auri solidos, h. e. centum octuaginta solidos, ideoque singuli et in solidum obligatos tibi fatemur in omne tempus futurum. Pium est omnimodo etc.

De formula *sub praetextu* vid. *Brisson.* de V. S. h. v.

magno praetio adimplisti, agentes etiam Deo et *tibi*, quia ita tuis remediis nobis subvenisti, *gratias* . . . nos . . . . pu . . . 5 . . . 1 . . . liverares, ut ergo debitum sstum transiret in . . . . et commu*nis* definitione consensus possessionis tibi utriusque mutaret arb . . . quapropter praefatas octo uncias paludis, cum omnibus ad se pertinentibus et adjacentibus praedictae juris Ecclesiae nostrae, nobis scilicet conpetentes, hujus in solutum cessionis tibi sollemnitate con*cedi*mus . . . transferentes universum legaliter ejusdem paludis vel om*nium ad eam pertinentium jus* ad tua jura, dominiu (a) . . . 10 . . . *praesen*. . . . documenti, quod jam non ut creditor [1]), sed ut dominus, legitima valeditate perfectus ab hujus temporis [2]), hac in solutum cessione possideas, habiturus licentiam possidendi, nec non ad tuos posteros transferendi, vel quibuscumque tu con*tra*ctibus alienare malueris, cunctis emptionis et venditionis solle*m*nibus, quae legum praefixit auctoritas, huic contractui conpite*n*ter adhibitis, aevictionis duplariae robore, pariter adtribū*tis* rei melioratae, expensis adque laboribus tibi sim*ul in iis* universaliter sarciendis, si quis praedictas paludes, vel universa sibi adjacentia, vel pro parte, aut in integro, quod absit, aevicerit, quatenus in duplum tibi a nobis cuncta legaliter inp*leantur*, sicut leges in venditionum contractibus constituisse monstra*ntur*. Illud etiam spondimus singuli, alterutrum invicem nos oblig*antes* adque fidedicentes, ut si forte quis conministrorum [3])

---

[1]) Oppignorata igitur jam antea fuit palus Petro creditori, in securitatem 120 solidorum.

[2]) sc. *momento*.

[3]) sive *conliberti*, ut infra nuncupantur. Errat *Marinius*, qui hac voce seductus, libertos fuisse putat hos clericos; exclamat enim: *di quanto basso stato e condizione*. Non fugere debuerit tantum virum, *conlibertum* hoc aevo nil significare, nisi *hominem ejusdem conditionis, sodalem*. Cf. *Cangium* v. *Colliberti*.

nostror*um*, qui nunc absentes sunt, quolibet tempore redientes, contra hanc nostram deliverationem, quod no*n* credimus, *temp*taverint, sive ipsi, aut forsitan futurus Episcopus [1]), tunc promittimus, nos aut de redibus sstae ecclesiae nostrae . . . *solidos, quo*s accepimus, in praetio eis reconpensare, aut certe, si habuerimus aliquid venundare [2]) ex praetio port*io*nis nostrae eisdem [3]) universa portione eorum, qui advenerint, ad*im*plere . . . 2 . . . minus (ar), ne de propriis facultatibus nostris eisdem, ut dixim*us*, satisfacere pollicemur, sine cujuslibet judicis auctoritatem et *pro* indempnitatem tuam heredumque tuorum, nos heredesque nostri ex omnibus periculis salvam facere, per hunc documentum spondem*us*, absque alia altercatione vel controversia, nullove tempore, ve*l* quandoque [4]) nos, heredesque nostri sint absoluti, si, quod absit, vos herede*sque vestri* . . *a*liqua sustenueritis detrimenta, donhaec vobis om*nis quan*titas, quae nobis in praetio est, per hoc documento conpleta, in integro, *se*cundum leges et aedicta, cuncta a nobis nostrisque *heredi*bus tibi tuis*que* posteris inpleantur, et ad cumulum tuae firmitatis dominii sstа *cautio* centum viginti solidorum, a nobis tibi emissa [5]), pro tui dominii, ut dixi*mus*, firmitatem [6]), penes te placuit resider*i* [7]), ut in posterum qualibet nostra heredumque nostrorum vel conlivertorum conministror*um* *nos*trorum publico

---

[1]) Sedes igitur Episcopalis vacans erat.

[2]) Sic apud Livium et Ciceronem occurrunt: *habeo dicere, affirmare, polliceri.* cf. et fr. 15. §. 3. D. XLVIII. 5. *ad Leg. Jul. de adult.*

[3]) sc. *de.*

[4]) i. q. *quandocunque.*

[5]) c. 1. C. IV. 30. *de non num. pec.*

[6]) *firmitas defensionis* occurrit in c. 12. C. V. 16. de *donatt. inter vir — firmitas juris,* in c. 40. C. II. 4. *de transactt.*

[7]) cf. *Brisson.* de V. S. h. v.

privatove judicio repetitio vel causatio sit, gener*aliter* amputata [1]) Aquilianae quoque Nervianeque [2]) legum vigore subjungen*ti*, sed et stipulationis valeditate legitima sollemnitate adicienti, *traditionem* praeterea corporalem pro translatione dominii no*stri*, fide publica et testimonio, tibi ss. Petro *viro reverendo*, De*fensori*, conparatori, Actori*bus*que tuis, juxta fidem traditio*nis* epistule, huic documento consen*tientis*, fieri, damus, tribuimus et concedimus licentiam, ita ut in traditi*one* corporale facienda, in nullo penitus nostra exploretur nec quae*ratur* praesentia, omni vis, metus, ac doli suspicione calcata, universis praeterea refragationibus, cauti et non numerati quaestionibusque sublatis, quia et antea, ut superius interfati sumus, centum viginti solidos capitaneos [2]) a te secundum fidem cautionis, qui nostris nostrorumque omnium necessitatibus proficerunt, accepisse ostendimur et nunc reliquos sexaginta auri solidos numeratos, facta et traditionem in praetio rei sstae reputatis, ut superius legit*ur*, accepisse dinoscimur, qui faciunt in uno, auri solidos centum octuginta, excepto decem solidos, qui nobis de unsura a te sunt relaxati [3]). Hoc autem in solutum cessionis venditionisque docomentum Deusdedit Forensi civitatis Classis Rav. noto rogatarioque nostro scribendum dictavimus, in quo subter, posteaquam nobis ad singula es*t* ab scribtore relictum, diligenter intelligenter, manibus nostris suscribtiones vel signa inpraessimus, simul et testes pa-

---

[1]) Sic *proprietatis jus amputatum*, in c. 13. C. IX. 47. *de poenis.*

[2]) Per legem Aquilianam *stipulatio Aquiliana* indigitatur; *Lex Nerviana* nullibi occurrit. *Marinius* igitur legit *Serviana* putatque actionem Servianam designari.

[3]) *solidi capitanei* dicuntur a *capite*, sive summa principali. Inde et literae capitaneae. cf. *Rigaltii* Gloss. Agrimensor. h. v.

[4]) Cf. *Brisson.* de V. S. v. *relaxare*,

riter, ut suscriberent, conrogavimus, alligandi quoque archivalibus Gestis ubi *ubi*, vel quandoque eligeritis, omissa nostra professione, damus, tribuimus et concedimus licentiam, stipulantique tibi Petro v. r. Def. conparatori spopondimus nos, *qui supra* universus Clerus, id est, Optarit et Vitalianus Praesb*yteri*, Suniefriedus Diac*on.*, Petrus Subdiac., Vuiliarit, et Paulus Clerici, nec non et Monnulus et Danihel, Theudila, Mirica et Sindila Spodei [1]), Costila, Gudelivus, Guderit, Hosbat et Benenatus Ustiarii [2]), Uuiliarit, et Malutheus idem Spodei, singuli et in solido invicem nos innodantes, in solutum cendentes ac venditores ad omnia *suprascripta*.

Actum diae et decies P. C. ssti. †

† IK ANPTAHARI PAPA VFMELIDA HANDAV

Ik	*Optahari*	*papa*	*ufmelida*	*hando*
Ich	*Optarit*	*papa*	*unterschrieb*	*mit hand*
Ego	*Optarit*	*presbyter*	*subscripsi*	*manu*

MEINAI JAH ANDNEMVM SKILLIGGANS . J.

mine	*jah*	*andnemum*	*skilligans*	60
meiner	*und*	*empfiengen*	*schillinge*	60
mea	*et*	*accepimus*	*solidos*	*LX*

JAH FAVRTHIS THAIRH KAWTSJON MITH DIA-

jah	*fordhis*	*dherch*	*kautsion*	*midh*	*dia-*
und	*vorher*	*durch*	*caution* [3])	*mit*	*Dia-*
et	*antea*	*erga*	*cautionem*	*cum*	*Dia-*

KVNA LOAMODA VNSARAMMA JAH MITHGAHLAIBA

kuna	*Loamoda*	*unsaramma,*	*jah*	*midhgahlebem*
con	*Loamod*	*unserm,*	*und*	*mitgenossen*
cono	*Loamud*	*nostro,*	*et*	*comministris*

---

[1]) *Spodei*, librarii vel scribae ecclesiae erant, ut patet e subscriptionibus Gothicis. Significatio vocis hucusque incerta.

[2]) *Ostiarii*, primus dignitatum ecclesiasticarum gradus.

[3]) *Schuldschein, Schuldbekenntniss.*

VNSARAIM ANDNEMVM SKILLIGANS- RK- WAIRTH
unsarem andnemum skilligans 120, werdh
unsern empfiengen wir schillinge 120, den Werth
nostris accepimus solidos CXX, pretium

THIZE .....
dhisse sewe.
dieser Seen.
hujus paludis.

Signum † Vitaliani Praesbiteri venditoris, qui faciente invecillitate oculorem suscribere non potuit, signum fecit.

† IK VINGAIFRITHAS DIAKON HANDAV MEINAI
Ik Wingefridhas Diacon hando mine
Ich Winfried Diaconus mit hand meiner
Ego Suinefridus Diaconus manu mea

VFMELIDA JAH ANDN . . . SKILLIGGANS J. JAH
ufmelida jah andnemum skilligans 60 jah
unterschrieb und empfiengen schillinge 60 und
suscripsi et accepimus solidos LX et

FAVRTHIS THAIRH KAWTSJON MITH DIAKON . . . MODA
fordhis dherch kautsjon midh diakon Loamoda
vorher durch caution mit diacono Loamod
antea erga cautionem cum diacono Loamodo

VNSARAMMA JAH MITHGAHLAIBAIM VNSARAIM ANDNEMVM
unsaramma jah midhgahlebem unsarem andnemum
unsern und mitgenossen unsern, empfiengen wir
nostro et comministris nostris, accepimus

SK . LLIGGANS . RK . WAIRTH THIZE SAIWE.
skillingans 120, werdh dhisse sewe.
schillinge 120, Werth dieser See.
solidos CXX, pretium hujus paludis.

† Ego Petrus Subdiac. Aclisie Gothice sancte Anastasie uic in solutum cessionis venditionisque et docu-

mentum padulis [1]) sstorum cum omnibus *ad se* pertinentibus a me vel sstis conlivertis vel comministris *meis* fa*ctum vo*bis ssto Petro v. r. Def. conparatori ad omnia ssta re*legi, consensi et sus*cribsi, et testes, ut suscriberent, pariter conrogavimus et preti*um* centu octuginta solidos, id est, centum viginti per cautione a*ntea* accepisse profitemur, et nunc de presenti alios sexaginta so*lidos* percipimus. ∽ ∽ ∽

Signum † Vuiliarit clerici ssti venditoris, qui fa*ciente* invecillitate oculorum suscribere non potuit, ideoque signum f*ecit*.

. . . Ego Paulus Clericus eclesie legis Gothorum Sçe Anastasie huic docu*men*tum a nobis factum suscribsi, et pretium auri solidos cento octuginta, *hoc* est, cento viginti per cautione antea accepimus et nunc de p*resenti* alius sexaginta solidos de presenti percipisse videmur pro pad*ule* sstas.

. . . Defensor, huic docomento a nobis facto suscribsi et pretio auri *solidos cento octaginta*, hoc est, centum viginti pro cautione an*tea accepisse vi*demur, de presenti alius sexaginta solidus de presenti perci*pisse* videmur pro padules ss.

Ego Uuillienane huic documento a nobis factum suscripsi, et pretium auri solid*os centum oc*tuginta, hoc est, centum viginti per cautione antea accepimus et nunc *de presenti* alius sessaginta solidos de presenti percipisse videmur pro padules supras*criptas*.

. . . Ego Igila huic documentum a nobis factum suscripsi, et pretio auri solidos centum viginti *p*er cautione antea accepimus, et nuc de presente alius sexaginta solidos de *presenti* percepisse videmur pro padules suprascriptas.

---

[1]) *paludis;* per interversionem literarum.

. . . Ego Theudila Clericus ecclesie ss. legis Gothorum Sce. Anastasie documento de padules ss. a novis factum suscripsi, et cento viginti solidus antea accipimus per cautione et nunc de presenti alius sessaginta solidus accipimus, hac sic fient, solidi centu octoginta.

.K MERILA BOKAREIS HANDAV MEINAI VFMELIDA JAH ANDNEM

Ik Merila bokaris hando mine ufmelida jah andnemum
Ich Merila Schreiber mit hand meiner unterschrieb und empfiengen
Ego Mirila Spodeus manu mea subscripsi et accepimus

SKILLIGGANS.J.JAH FAVRTHIS THAIRH KAWTSJON JAH MITH

skillingans 60. jah fordhis dherch kautsion jah mit
schillinge 60. und vorher durch caution und mit
solidos LX. et antea erga cautionem et cum

DIAKONA..MODA VNSARAMMA JAH MITHGAHLAIBIM VNSARAIM

diakona Loamoda unsaramma jah midhgahlebim unsarem
diacon Loamod unserm und mitgenossen unserm
diacono Loamudo nostro et comministris nostris

ANDNEMVM S . . GANS . RK . WAIRTH THIZE SAIWE.

andnemum skillingans 120. werdh dhisse sewe.
empfiengen schillinge 120. werth dieser See.
accepimus solidos CXX. pretium hujus paludis.

Signum † *Sinthi*lanis Spodei sstae Basilicae Gothorum ven*ditoris.*

Signum † Costilanis Ustiarii sstae Basilicae Gothorum.

Signum † Gudelivi Ustiarii sstae Basilicae Gothorum, vendi*toris.*

Signum † Guderit Ustiarii sstae Basilicae Gothorum, ven*ditoris.*

Signum † Hosbat Ustiarii ss. Basilice Gothorum ven*ditoris.*

Signum † Benenati Ustiarii ss. Basilice Gothorum.

IK	WILJARITH	BOKAREIS	HANDAV	MEINAI	VFMELIDA	JAH
Ik	*Wiljaridh*	*bokaris*	*hando*	*mine*	*ufmelida,*	*jah*
Ich	*Wiljaridh*	*Schreiber*	*mit hand*	*meiner*	*unterschrieb,*	*und*
Ego	*Vuilliarit*	*Spodeus*	*manu*	*mea*	*subscripsi,*	*et*

. . . . .	ILLIOGGANS	. I .	JAH	FAVRTHIS	THAIR
andnemum	*skillingans*	*60,*	*jah*	*fordhis*	*dherch*
empfiengen	*schillinge*	*60,*	*und*	*vorher*	*durch*
accepimus	*solidos*	*LX,*	*et*	*antea*	*per*

KAWTSJON	JAH		OAMODA	VNSARAMMA	
kautsjon	*jah*	*midh*	*diakona*	*Loamoda*	*unsaramma*
caution	*und*	*mit*	*Diacon*	*Loamud*	*unserm*
cautionem	*et*	*cum*	*diacono*	*Loamoda*	*nostro*

JAH	MITHGAHLAIBIM	VNSAR	VM	SKILLIGANS
jah	*midhgahlebim*	*unsarem*	*andnemum*	*skillingans*
und	*mitgenossen*	*unserm*	*empfiengen wir*	*schillinge*
et	*comministris*	*nostris*	*accepimus*	*solidos*

RK.	WAIRTH	THIZE	SAIWE.
120.	*werdh*	*dhisse*	*Sewe.*
120.	*Werth*	*dieser*	*See.*
CXX,	*pretium*	*hujus*	*paludis.*

. . . . . [1]

LIV.

Instrumentum venditionis Domnini.

I. Asservatur Venetiis in bibliotheca Pinelliana; exaratum est in papyro, longit. XI. palmar. et dimidiae, latitud. XIV. unciar. et dimidiae. Publici juris factum est 1) in Archiepiscopi *de Turri* libro, de annis imperii Elagabali. cap. 8. (1712.) — 2) a *Maffeio* in: "Istoria diplomatica" p. 163 sq. nro. IX. — 3) a *Terrassono* "Histoire

[1]) Desunt subscriptiones testium omnes.

de la jurisprudence Romaine." Adp. p. 78-80. — 4) a *Hieronymo Zanetto* in commentario peculiari, sub titulo: "Dichiarazione di un antico papiro scritto nell' anno settimo dell' imperio di Giustino il giovine." Venezia 1768. f. 5) a *Morellio* in Bibl. Pinelliana. Tom. III. p. 343-345, et in fin. — 6) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXX. p. 183-185: junct. animadv. p. 350-352. — cf. et *Giornale letterario*. T. XVI. p. 134. *Nouveau traité de Diplomatique*. T. V. p. 648.

II. Instrumentum ipsum confectum est anno 572 p. C. n. de venditione fundi Curtini et casalis Bassiani, facta a Domnino agellario, cuidam Deusdedit, Palatino sacrarum largitionum; et quidem integre conservatum est.

Imp. Dno. Justino PP. Augusto, anno septimo et P. C. ejus secundo, anno quarto, sub d*ie* tertio nonarum Juniarum, Indictione quinta, Rav*ennae*. Scribsi ego Johannis For*ensis* rogatus et petitus a Domnino v. h. agellario [1]), filio qd. . . . . , ipso praesente, *ad*stante, mihique dictante et consentiente, et subter manu *sua prop*ria, pro ignorantia literarum signum faciente, et *testes*, ut suscriberent, conrogavit. Constat eum h*ac* d*ie* jure optimo *et leg*ibus sub duplarie rei *ta*xatione distraxisse et distraxit, *adque* tradedisse et tradedit Deusdedit V. C. Palatino *sacrarum largitionum* [2]), comparatori, jure directo in perpetuum, *heredi*bus posterisque ejus, id est, fundum, cui vocavulum est Curtinis, uncias quinque juris sui, et portionem

---

[1]) idem quod *agrarius*, *rusticus*, emphyteuta forsan ecclesiae Ravennatis.

[2]) *Scholiastes Juliani*. c. 82. "*Palatini dicuntur, qui pertinent ad Comitem rerum privatarum, vel ad Comitem sacrarum largitionum.*" cf. tit. Cod. Theod. et Just. *de Palatinis sacrarum largitionum*; *Zirardinum* ad Novell. p. 223. *Cangium* v. *Palatinus*.

aedificii sed et casalis ad se pertinentis, nomine Bassianum, uncias duas, cum omni jure instructo, instrumento*que* earum, constitutum in territorio Ariminensi, inter *affines fundum* Varianum, et fundum Ti*ti*anum atque fundum Quadrantula, et in reliquis uneiis fundi ssti Curtini, possidente eodem Deusdedit, uti conparatore, qui nunc sunt, et si qui alii adfines sunt, vel ab horigine fuerunt, q*ua quemque tangit* et po*pulum*, sicuti optima maximaque sunt, terminis, silvis, campis, pratis, pascuis, salectis, sationalibus, vineis, arboribus pomiferis, fructiferis, diversisque generibus, ribis, fontibus, aquis perennibus, limitibus . . . ter . . . di pertinentibus, sicuti a ssto vendi*tore* et *a proauctoribus, suisque* auctoribus bono, optimo et inconcusso jure *ante possesse* sunt et hucusque in ho*diernam* di*em* possedentur, ita et tradentur, venientes sibi q*ui supra* venditor dixit ex comparationem . . . . [1]) ere dominicam; ejus instrumenta anteriores simul cum *praesenti instrumento* conparatori de presenti contradidit firmandi dominii causa; quod omnem pretium inter eos placitum et definitum, aureos solidos dominicos probitos, obriziatos, integri ponderis, singulos, numero quinque, qui et h. d. dat, numerat et tradit *sstus conparato*re, nihilque sibi, q. s. venditor Domninus v. h. agellarius de pretio quinque solidorum aliquid amplius redhiberi vel remansisse dixit, in quam vacuam a se possessionem quinque unciarum fundi sscti Curtini, cum portionem aedificii et duarum sst*a*rum unciarum casalis Bassiani, q. s. venditor eundem emptorem, actoresve ejus in rem ire, mittere, ingredi, possidereque permisit, seseque ac suos omnes inde exisse et excessisse, discessisseque

[1]) Nomen deest primi auctoris et venditoris. Quae sequuntur, pertinere videntur ad pretium, illi solutum a Domnino, in *aere dominica*, sive nummis ab imperatore cusis.

dixit, liberas autem inlivatas ab omni nexu fiscali debeti populi pribative, cterisque honeribus, *titulis seu* contractibus, nullique antea a se donatas, cessas, *neque distractas*, nec alicui obligatas, nec cum quoquam habere communes, professus est. Quodsi res ssta, de qua agitur hac die, partemve ejus in aequum quis evicerit, quominus emptore memorato *hoo tempore* donare, vindere, commutare, uti frui, usuque capere recte liceat, quod ita alio licetum non erit, evictum ablatumve quid fuerit, tunc; quanti ea res erit, quae evicta fuerit, duplum pretium sstum quinque solidorum a sso venditore, et ab ejusque *heredibus* et successoribus cogantur inferre, sed et res quoque meliorate, instructae, aedificateque, taxatione habita, simili modo omnia duplariae rei se, q. s. venditor, *heredes*que suos reddere pollicetur, vel quantum ss. emptori interfuerit; huic venditioni, traditioni, mancipationique rei sstae, dolum malum abesse, afuturumque esse, vi, metu et circumscriptione cessante, de quibus unciis superius designatis sibi sstus venditor usumfructum retenuit dierum triginta, quod possit emptori, ut leges [1]) censent . . . 8 . . . sollemni traditione constare, et Gestis *allegandi* municipalibus concessit licentiam, non denuo inquisita ejus professione. De qua re et de quibus omnibus sstis, stipulatione et sponsione interposita. Actum Rav. die et Consule ss.

Signum † ssti Domnini v. h. agell. venditoris. † Paschalis v. *devotus* Pal*atinus sacrarum largitionum*, instrumentis quinque unciarum fundi ssti Curtini et duarum unciarum casalis ejus, rogatus a ss. Domnino v. h. agellario venditore, qui me praesente signum fecit, testis suscripsi, et pretium quinque solidos ei in praesentia ssto Deusdede V. C. cumparatore traditos vidi. ∽

[1]) c. 28. C. VIII. 54. *de donatt.*

† Eugenius v. d. Pal. *sacr. larg.* is instrumentis quin*que unciarum* fundi *ssti* Curtini et duarum unciarum casalis ejus, rogatus a ssto Domnino v. h. agellario venditore, q*ui* me presente signum fecit, testis subscribsi, et ssto pretium quinque solidos ei in presenti a ssto Deusdede V. C. conparatore traditos vidi.

† Moderatus v. d. Com*itiacus*, his instrumentis quinque unciarum fundi ssti Curtini et duarum unciarum casalis ejus, rogatus a ssto Domnino v. h. agellario venditore, qui me presente signum fecit, testis subscribsi, et ssto pretio quinque solidus ei in presenti a ssto Deusdede V. C. conparatore traditos vidi. † †

† Andreas V. C. Augustal*is* [1]) his instrumentis quinque unciarum fundi Curtini et duarum unciarum casalis ejus, rogatus a ssto Domnino v. h. agellario, venditorem, q*ui* me presentem signum fecit, testis subscribsi, et sstum pretium quinquem solidos ei a ssto Deus*de*dit V. C. comparatore traditos vidi.

† Ego Vitalis v. h. Cerearios [2]), histromentis quinque unciarum fundi ssti Curtini, et duarum unciarum fundi sspp. Bassianis, et duarum unciarum casalis ejus, rogatus a ssto Domnino v. h. agellario venditore, qui me presente signum fecit, testis subscribsi, et sstum pretium quinque solidos in presenti a ssto Deusdede V. C. comparatore traditos vidi. †

† Fl. Johannis, For*ensis* hujus splendedissimae urbis Ravennatis, habens stationem ad Monitam [3]) auri,

---

[1]) Augustales hujus generis militabant, secundum Cassiodorum in Officio Praefecti Praetorio. cf. et *Reines.* ad Inscriptt. p. 71.

[2]) *Cerearii* forte, qui tabulas ceratas, scribendo inservientes, conficiebant. Apud *Fabrettum* (Inscriptt. Cl. X. nro. 450) saltem occurrit *Patronus Decuriae scribarum Cerearioruṁ et librariorum.*

[3]) *Monetam.*

in porticum sacri palati, scriptor hujus instrumenti, complevi. † † †

† Notitia testium, qui subscribserunt, id est:

Paschalis Pala. s. larg. Monitarius auri, fil. qd. Laurenti Monitarii.

Eugenius Pala. s. larg. filius Leonti Medici ab schola greca [1]).

Moderatus Comitiacus.

Andreas Augustalis filius qd. . . . . .

Vitalis filius qd. Ju(a)terane.

LV.

Instrumentum venditionis Deusdedit.

I. Extat Romae in bibliotheca Vaticana, scriptum in papyro, long. V. palm. unc. III. lat. palmae, unc. V. et dimidiae. Editum est: 1) a *Donio* in Inscriptt. p. 474. nro. III. — 2) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 166. nro. XI. — 3) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXI. p. 185 sq.; junctis animadversionibus p. 352-354. Specimen scripturae exhibet Marinius in tab. XVIII. itemque auctores novi tractatus diplomatici. T. VI. tab. 63.

II. Sexto saeculo adsignandum est instrumentum hocce, cui initium deest. Continet venditionem fundi Geneciani, quem emit Holdiger quidam, a quodam, nuncupato Deusdedit.

. . . . . .

. . . pomiferis, fructiferis et infructiferis, *diver-*

---

[1]) *Schola graeca* forte nihil aliud, quam consortium Graecorum in Ravenna degentium. Unaquaeque enim natio *scholam* sive consortium habebat. Cf. *Anastasii* vita Leonis apud *Muratorium* Scriptt. rer. Italic. III. 1. p. 198. *Sabiniacum* in "Gesch. des R. R. im Mittelalter. T. I. p. 293. not. 94.

*sisque generibus, limi*tibusque suis, et omni jure, proprietateque earum, sicuti a ssto venditore vel ab *ejus auctor*em, proauctorem bono optimo et inconcusso jure possessae sunt, ita *nunc* et *us*que in *hanc diem* possidentur, atque sso conparatori tradentur, ac *se*, suosque omnes exinde exisse, excessisse, descessisseque dixit, et sstum conparatorem, hominesque ejus in rem ss. ingredi, habere, tenere, possidere, vendere, donare, com*mutare ac* suo juri in perpetuo vendicare permisit, ob quam distractionem juris *vend*itionisque causam accepit, q*ui supra* Deusdedit, *vir honestus* venditor a ss*to* Holdigerno V. C. conparatore juxta placitum suum, pretii nomine, id est, auri solidos dominicos probatos obriziatos, optimos, pensantes, integri ponderis singulares, numero *quattuo*rdecim, tantum, de quo omnem praetium placitum et definitum atque *in p*resenti perceptum, nihilque sibi sstus venditor, ex hoc omni pretio aliquid am*p*lius apud sstum conparatorem remansisse dixit, et profitetur, *nullam in poste*rum actores, procuratores, h*eredes*que suos aliquam aliquando movere rem, litem, acti*onem*, petitione, repetitiones, controversiam, commovendam in rem vel in personam h*ab*ere, habiturusve esse professus est.

Quas vero sstas sex uncias fundi Geniciani, cum casale et omnibus ad easdem pertinentibus, sicut superius legitur, h*ac di*e distractas sunt, sub evictionis no*mine* duplariae rei, sub obligatione rerum suarum, quas habere videtur, q*ui supra* venditor, et tibi ssto conparatori opponet atque obligat, spondens etiam rem ss. liberas, inlivatas ab omni nexu fisci, populi privative et ab here alieno, citerisque honeribus, sed et a titulo dotali vel tutellario nom*ine*, alienare se dixit, atque promisit, nulli antea a se donatas, cessas, commutatas, infiduciatas, aut cum quoquam eas habere communes, sed in integro *sui* juris esse professus est, quod*si* a

quoquam personam *sive proprietatis, sive ususfructus* gratia, *qui supra emptor heredes*que ejus *in* . . . . .

. . . . . .

. . . . *sstum praetium* quattuordecim solidos in duplo satis esse *faciet*, sed et rei quoque meliorate, instructe, aedificateque, ratione habita simili modo duplariae rei, reddere pollicetur secundum legum ordinem, dolum abesse, afuturumque esse huic venditioni traditionique rei sstae; reservat sibi sstus venditor usumfructum rei dierum triginta, quod *ssto* conp*arat*. pro sollemni *et* corporale traditione constavit, quam si Gestis municipalibus allegare volueris, dat et tribuet ex more licentiam. De *qua* re et de *quibus* omnibus sstis stipulatione et sponsione interpo*sita*. Act. Rav. diae Imp. et Consul*e* ssto. †

Signum † ssti Deusdedit v. h. venditoris. ∽ ∽

† Eusebius Ad*jutor* in scrini*is* canon*um*[1]), his strumentis sex unciar. fundi Geniciani cum casale, sicut superius legitur, rogatus a ssto venditorem, qui me presente signum fecit, et ei relictum est, testis subscribsi, et sstum praetium quattuordecim solido*s* ei in praesenti a ssto conparatorem adnumeratus et traditus vidi. †

. . . . Florentinus V. C. Exp*raeposit*us Pistor*um* [2]) his instrumentis sex unciarum fundi Geniciali cum ca-

---

[1]) cf. c. 7. C. Theod. VI. 30. *de Palat. sacr. larg.* et *Nouveau traité de Diplomatique.* T. V. 644.

[2]) De praepositis Pistorum quaedam habet *Gothofredus* ad Cod. Theodos. Extat Ravennae quaedam inscriptio, qui, nisi conficta sit, Florentii hujus mentionem facit.

HIC REQVIESCIT IN PACE FLORENTIVS PATER PISTORVM REGIS THEODERICI, QVI VIXIT ANN. PL. M. LXXI. DEPOSITVS EST SVB D. NON. OCTOB. IND. V. SEPTIENS P. C. BASILL. JVN. V. C.

Sed melius fortasse credendum, patrem Florentii nostri fuisse.

sale, sicut superius legitur, rogatus a s̄sto venditore, qui me praesente signum fecit, et ei relictum est, testis suscribsi et s̄stum pretium quattuordecim solidos ei in praesenti a s̄sto conparatore adnumeratus et traditus vidi. †

† Ego Oderic*us* V. C. his instrumentis sex unciarum fundi Geniciani cum casale, sicut superius legitur, rogatus a s̄sto venditore Deusdedit v. h., qui me praesente signum fecit, et ei relictum est, testis suscribsi, et s̄s*tum* praetium quattuordecim solidos ei in praesenti a s̄sto conparatore adnumeratus et traditus vidi. † † †

† *Pro*bus V. C. his instrumentis sex unciarum fundi Geniciani cum casali, sicut superius legitur, rogatus a s̄sto venditore Deusdede v. h., qui me praesente signum fecit, et ei relictum est, testis suscribsi, et s̄stum praetium quattuordecim solidos ei in praesenti a s̄sto comparature adnumeratus et traditus vidi. †

† Πετρος u. h. Κωλλεκταριος εις ενστρομεντις σεξ υνκιαρυν φονδι γενιτιανει κον κασαλε, σικυτ συπεριυς λεγιτυρ, ρωγατυς α σσ. υενδετωρε δευδεδι u. h. κοιυ με πρεσεντε σιγνυμ φεκιτ, ετ ει ρελικτυμ εστ τεστι συσκριμψι ετ σσ. πρετιυμ κουατορδεκιμ σωλεδος ει εν πρεσεντι α σσ. κονπαρατωρε αννομερατους ετ τραδιτυς υιδι. †

† Johannes For. Civ. Rav. scribtor hujus documenti sex unciar. fundi Geniciani cum casale, sicut superius legitur, a testibus roboratum et traditum in praesenti conplevi et absolv*i*. † † †

Not*itia* testium.

Eusebius Adj. Scrn. cann. qui manet [1]) ad Sanctum Stefanum.

Florentius Exp̄po. Pistor. qui manet ad Sc̄a Agnite.

Oderic̄. fil. qd. Boherde.

---

[1]) idem quod *commanet*, i. e. habitat ad ecclesiam S. Stephani, Agnetis etc.

Probus ex Prm. Nomencolator [1]).
Petrus Collictar. ante custodia charcer [2]).

LVI.

Instrumentum venditionis Rusticianae.

I. Asservatur Romae in bibliotheca Vaticana. Exaratum est in papyro, longit. palmar. IX. unciar. IV. latit. palmae, unciarumque III. — Edidit illud: 1) *Maffeius* "Istoria diplomatica." p. 55 et 165. — 2) *Marinius* in: "I papiri diplomatici." nro. CXXII. p. 187. junct. animadvers. p. 354-357. — Conf. et *Nouveau traité de Diplomatique.* T. V. p. 649.

II. Rusticiana vendidit Johanni sex uncias e fundo Geneciano, de quo etiam instrumentum antecedens sermonem facit; anno 591 post Christum natum.

Imp. Dn. nostr. Mauricio Tiberio PP. Aug. anno nono, P. C. ejusdem anno octabo, *sub* die sexto Iduum Martiarum, Ind. nona in Classe Ravena*te*. Honoratus v. h. Tabellio scribsi rogat*us et petitus a Rusticiana h. f. fil.* Felici Defensori scae Ecclesiae Romanae et ab ejusque jug*ale*, auctore [3]) et spontaneo fidejussore Tzitane v. d. Militem Nume*ri* felicum Perso Armini*orum*, ipsos presentes, adstantes, consentientes et inferius ma-

---

[1]) F. Expraepositus Nomenculatorum. *Nomenculatores* erant, qui invitabant ad prandium etc. cf. *Casaubon.* ad *Sueton.* Claud. c. 34. *Vales.* ad Ammian. Marcellin. L. XIV.

[2]) Habitabat in domo ante custodiam carcerum sita. De *Officio custodiae* cf. c. 1. C. Theod. IX. 3. *de custodia reor.* c. 4. C. Theod. IX. 37. *de abolit.*

[3]) Ad rem faciunt verba fr. 14. D. XXI. 2. *de evictionib. Fidejussor ob evictionem vulgo Auctor secundus vocatur.*

nibus propriis signa facientes, et *testes*, ut suscriberent, pariter conrogavit. Constat eos h. d. cum *com*muni consensum distraxisse, et distraxerun*t*, tradidisse et tradederunt, jure optimo et legibus, sub dupplariae rei et rei quoque melioratae Johanni V. C. Adoratori [1]) Num. felicum Rav. qui nunc . . . . ex . . . . qd. jure directo in perpetuum, h*eredi*bus, posterisque ejus, id *est*, *se*x in integro [2]) uncias juris sui, ex fundum Geneciano, territorio Ariminensi con*stitutum* inter adfines fundum Maurianum et fundum Preturio et in reliquis sex unciis Hildigerno, qui nunc sunt et si qui alii adfines sunt, vel ab origine fuerunt, q*ua* q*uemque* t*angit* et pop*ulum*, finibus, spatiis, terminis, campis, pratis, pascu*is*, vineis, arbustis, arboribus pomyferis, fructiferis et infructiferis, diversisque generibus, silvis, salectis, sationalibus, ribis, fontibus, aquis perennis, cum earum jure et omni propriet. atque *omnibus ad* easdem sex uncias ssti fundi Geneciani generaliter longo lateque pertinentibus vel universis adjacentibus, sicuti ante a sstis vendetores auctoribusve eorum bono, optimo et inconcusso jure possesse sunt, et nunc usque in h. d. possidentur, ita et tradentur; venientes sibi dixit ssta sex uncias fundi Geneciani, q*uae supra*, Rusticiana h. f. ex testamentaria voluntate qd. Justini anterioris jugalis sui. Pretium inter eosdem placitum et definitum pro sstas sex uncias, id est, auri solidos dominicos obriziacos, optimos, pensantes, numero viginti quattuor, tantum, qui eisdem venditoribus ac die dati, numerati et traditi sunt domi ex arca et ex sacculo ssti emptoris, dante, numerante et tradente ssto comparatore, susci-

---

[1]) De Adoratoribus cf. c. 7. C. Theod. VII. 1. *de re militari*, ibiq. *Gothofred.*

[2]) haud dispersas in variis fundi Geneciani locis, sed sibi invicem cohaerentes.

pientes praefati venditores hac sibimet in integro omnem pretium perportantes, nihilque sibi ipsi vendetores ex hoc omni pretio sstorum viginti quattuor auri solidorum quidquam amplius rediberi aut remansisse dixerunt et promiserunt, hac se suosque omnes exinde ex eadem rem exisse, excessisse, discessisseque dixerunt, et eundem comparatorem in rem ire, mittere, ingredi, possidereque permiserunt, liberas autem inlibatas ab omni nexu fisci deviti populi pribatibe et ab ere alieno, litibus controversihisque suis omnibus, sed et a dotis titulo, donationis, subsignationisve [1]), et a ratione tutelaria, nec non et cure, seu obligationis, citerisque aliis titulis vel honeribus seu contractibus, nullique ante a se donatas, cessas, vel oppositas [2]), neque antea alicui distractas, nec cum quoquam eas habere communes, sed sui juris eas esse dixerunt. Si quis autem sstas sex uncias fundi supramemorati Geneciani, de *quo agitur hodie*, partemve earum in aequam partem aut usumfructum quis aevicerit, quominus emptori ipsum *heredes* successoresque ejus, ei ad quem ea res erit, de qua pertinet, pertinevit, habere, tenere, possidere, donare, vindere, commutare, hac suo juri, dominiumque more, quo voluerit, in perpetuo vindicare recte liceat eidem comparatori, quod ita alii licitum non erit, evictum ablatumve quid erit, tunc, quanti ea res erit, quae evicta fuerit, dupplum numerum sstorum viginti quattuor auri solidorum et rei quoque melioratae, sicut adsolet a sstis venditoribus, eorumque *heredibus*, secundum legum ordine dari convenit, sub oppositione rerum facultatumque sstorum vendetorum, quas habent, habiturive erunt. De qua vero venditione, *qui supra*, venditores quinquem dies usumfructum sibi retenuerunt,

[1]) Cf. *Brisson.* de Verb. signif. h. v.

[2]) *opponere*, i. q. oppignorare.

quod denuo emptori pro sollemnem traditionem constavit, dolum, metum et circumscribtione cessante, Gestis municipalibus, si allegandi aelegeris, tribuerunt ssti venditores licentiam, sub stipulatione et sponsione interposita. Actum Ind. ssta.

Signum † sstae Rusticianae h. f. vendetricis [1]).

Signum † ssti Tzitani v. d. jugalis sstae vendetricis, auctoris et spontanei fidejussoris [2]).

† Domninus *vir strenuus* Exepodecta his instrumentis sex in integro unciarum fundi Geneciani, sicut superius legitor, rogatos a Rusticiana h. f. vindetricae ejusque jugale Tzitane v. d. auctore et ispontaneo fidejussure, qui me presente signa fecerunt, et eis relictum est, testis suscribsi et ssto pretio auri soledos viginti quattuor eis in praesentia Johanne V. C. cumparatore adnumeratus et traditus vidi. ∽ ∽ ∽

† Πακειφικος B. [3]) h. εις εστορμεnτις σεξ εn ιnτριγρο ουnκειαρουμ φουndι Γεnεκειαnι, σικοτ σουπεριως λεγιτορ, ρογατος α σσ. Ρουστικειαnα h. φ. uεndετρικαι ειουσκαε jουγαλh Κειταnε B. d. αυτουρε εd εσποnταnεω φεdιjουσσουρε κοε με πρεσεnτε σιγnα φεικαερουμ εd εεις ρελικτο ες, τεστις σουσκριψι, ετ σουπραεσκριπτο πρεκειω αυρι σολιdος uειεnτι κuυτουρ εεις εn πρεσιnτια Ιωαnnε B. K. Κοnπαρατωρε ατnομιρατος ετ τραdιτος uειdι. ∽

† Petrus V. C. his strumentis sex in integro unciarum fundi Geniciani, sicut soperius legitur, rogatus a ssta Rusticiana h. f. vindetrice, ejusque jogale Tzitane v. d. auctore et spontaneo fedeijossore, qui me presente signa fecerunt, et eis relictum est, testis suscribsi, et ssto pretium auri solidos vigenti quattuor eis in presentia Johanne V. C. conparatore adnomeratus et traditus vidi. ∽ ∽ ∽

---

[1]) Signum manus propriae adjectum cernitur.

[2]) Item signum manus propriae adjectum cernitur.

[3]) *B.* idem quod *V.* i. e. *vir.*

† Lumenosus v. h. his estromentis sex in integro unciarum fundi Geneciani, sicud soperius legitur, rogatus a ssta Rusticiana h. f. vendetricem ejusquae jogalae Tazittane v. d. autorem et espontaneo fedejussorem, qui me presentem signa fecerunt, et eis relictum est, testis suscribsi, et sstum pretium auri sodus [1]) vigenti quattuor eis in presentia Johanne V. C. conparaturem adnomeratus et traditus vidi. †

† Deusdedit V. C. his instrumentis sex in integro unciar*um* fundi Geneciani, sicut superius legitur, rogatus a ssta Rusticiana h. f. vendetrice, ejusque jugale Zitane v. d. autore et spontaneo fidejussore, qui me praesente signa fecerunt, et eis relictum est, testes suscribsi, et sstum praetium auri solidos viginti quattuor eis in praesentia Johanne V. C. comparatore adnomeratos et traditos vidi. †

† Honoratus v. h. tabellio Cl. [2]) Scriptor hujus documenti sex unci. fund. ssti, roboratum a testibus, traditum conplibi et absolvi.

LVII.

Instrumentum venditionis anonymi cujusdam.

I. Extant quinque frustilla hujus instrumenti misere discerpti, et quidem primum Venetiis (*presso il Abbate Canonici*), secundum Mantuae (*in casa i Conti Nigrisoli*) tertium et quartum Aquilejae anno 1610 repertum, Patavii, in museo universitatis, quintum ibidem (*fu del Valisnieri*). — Secundum, tertium, quartum et quintum publici juris facta sunt, sed perverso ordine, a *Maffeio* "Istoria

[1]) *solidos.*

[2]) Classis Ravennatis.

diplomatica." nro. XV. p. 173. omnes cum primo a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXIII. p. 186. 187. junct. animadvers. p. 355-358.

II. Confectum fuit instrumentum, intra annos 616 et 619 p. C. n.

. . . . . .

usque in h. d. rite possedetur, ita et memorato emptori jure *optimo* tradentur in perpetuo possedendas, venientes sibi di*xit* ss. venditor, supramemoratas senas uncias domus caenacolatae cum superioribus et inferioribus suis, soloque proprio et ahera [1]) portici, atque familiaris [2]), seu curtis et usu potei et andronae, vel omnibus ad eisdem pertinentibus, ex decreto qd. *Johan*nis, qui fu*it* . . . . *jore* [3]) gl*oriosae* m*emoriae* Johannis Patricii et Exarchi Italiae, nec non ex perjudicio [4]) Procopii viri eloquentissimi Consilarii Domni viri excellentissimi Eleutherii, Chartularii Exarchi Italiae ip . . . 2 . . . m debet . . . . 9 . . . ter definitum est. De quas autem sepedictas senas uncias principales [5]) domus caenaculatae, cum superioribus et inferioribus suis, soloque proprio atque haera portici seu curtis, sternata

---

[1]) *ahera*, *haera*, area.

[2]) Lege: *familiarica* sive *sala familiarica*, pars aedium, quam inhabitabant domestici, sive familia. *Vitruv.* Libr. VI. c. 10. *Circum in porticibus triclinia quotidiana, cubicula etiam et cellae familiaricae constituuntur.*

[3]) *qui fuit Assessore* (i. e. Assessor) *gloriosae memoriae* etc. legit et supplevit *Marinius*.

[4]) *praejudicio*, i. e. sententia, decretum. *Cassiod.* Var. L. X. ep. 6. "*Hoc igitur laudabile praejudicium, sententiam gloriosam — Cancellorum tibi decus attribuit.*"

[5]) *unciae principales* locum non habere poterant in venditione singulae domus; formula igitur sine sensu descripta est.

de latere [1]), et familiaricae caenacolatae cum solo proprio et usum potei et andronae [2]), cum ingresso et egresso, vel omnibus ad eisdem pertinentibus, his idem vendetor, omnes suos inde exisse et excessisse dixit .

. . . . . .

. . . . . [3]) *neque de omni pretio placito et* definito, atque in praesenti percepto aliquid amplius redhiberi vel remansisse dixit, liberas autem sstas senas uncias principales sepius nominatae domus caenacolatae cum superioribus et inferioribus, soloque proprio et ahera portici atque curtis et familiaricae seu necessariis [4]) et usum potei et andronae, vel omnibus generaliter ad eisdem pertinentibus et inlivatas ab omni nexu fisci debeti populi privatimve et ab here aliaenas, litibus, causis, controversiisque omnibus, sed et a dotis titulo, donationis, subsignationisve dot . . . . . [5]) auri solidorum recte dari placuit a vendetore ssto, et ab *ejus* ere*di*bus et successoribus eidem ssto emptori, ejusque h*eredi*bus et successorebus cogantur inferre secundum legum [6]) ordinem, una cum, quantum emptori interfuerit, damnum vel detrimentum. De quas vero sepedictas sex uncias principales sstae domus caenacolatae cum superioribus et inferioribus suis, soloque proprio atque ahera portici seu curtis et familiaricae caenacolatae cum solo proprio, nec non et usum potei et andronae, ingresso et egresso vel omnibus generaliter et specialiter ad eisdem pertinentibus seu adja([7])centibus,

---

[1]) lapidibus tos is caelata vel distincta seu strata. Cf. *Cangium* v. *sternare.*

[2]) via angusta inter duas domus. Cf. *Cangium* h. v.

[3]) Incipit frustillum secundum.

[4]) *necessaria*, χρεῖαι, i. q. latrinae. Cf. *Cangium* h. v.

[5]) Incipit frustillum tertium.

[6]) c. 28. C. VIII. 54. *de donatt.*

[7]) Incipit frustillum quartum a syllaba *centibus.*

sibique subjunctis . . . . . 8 . . . . . *acius dettur*, sibique vendetor usumfructum retenuit dierum decem, quod possit sto comparatori, heredibusque ejus, ut leges censeunt, pro sollemni et corporali traditione constare videatur; huic rei, venditioni, nuncupationi [1]), traditionique dolum malum abesse, affuturumque esse, Gestis etiam municipalibus allegandi ubi ubi, aut quando voluerit, comparatori in omnibus concessa licentiam, de qua re et de quibus omnibus sub stipulatione, et sponsione. Actum [2]) Ravennae Imp. C. et d. sstis.

. . . . . .

. . . . . [3])

hunc documentum suprascriptarum sex unciarum principalium in integro [4]) suprascriptae domus cinaculatae cum superioribus et inferioribus suis, soloque proprio, una cum aera portici et sex uncias curtis et familiaricae cenaculatae, item cum solo proprio et usum potei et androne, que perexet usque ad ripa flubii Padennis, ingnesso et egresso, vel omnibus ad eisdem generaliter pertinentibus, sicut superius legitur, ... que mihi exhibetum, quod . . . majoris . . . Johannis Patrici et Exarchi Italiae ex judidicio viri aeloquentissimi Procopii Consiliarii . . . Eleutherii . . . Cartul . . . . potei et andronae, quae perexit ad ripa fluii Padennis, ingresso et egresso, sicut superius legitur, post roboratum a testibus atque traditum, complevi et absolvi.

. . . . . qui suscripsit et tradidit.

---

1) Lege: *mancipationi*; quamvis ritus mancipationis jam diu cessaverit, tamen ejus mentio facta, cum tabelliones formulas veteres describerent, sine sensu.

2) Incipit frustillum quintum.

3) Perierunt omnes testium subscriptiones, nil restat nisi subscriptio tabellionis.

4) Et haec sine sensu e veteri formula descripta sunt, nam in domum singulam haud cadunt unciae in integro.

LVIII.

Fragmentum instrumenti venditionis Mauri et Petroniae.

Extat Patavii (*nel museo del Mar. Obizi de Catajo*), exaratum in papyro. Editum a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXIV. p. 191, cum notis p. 358.

Continet venditionem Saeculo sexto vel septimo, a Mauro et Petronia, consentiente Pitione marito, celebratam; nomen vero emptoris incognitum, cum tenor instrumenti, praeter subscriptiones testium quorundam perierit.

. . . . . .

*t*estis suscribsi, et sstum pretium sex auri solidos eisdem in pr*esenti* adnomeratos et traditos vidi. ꝏ ꝏ

Homobonus v. h. his instrumentis unius unciae fundi Paunine, sic*ut* superi*us* legitur, rogatus a Mauro v*iro* r*everendo* ejusque germana Petrunia h*onesta* f*emina*, ssti venditores ipsos presentes, et mei presentia signa facientes, testis subscri*bsi*, *et* sstum pretium sex auri solidos eisdem in presenti adnumeratos et traditos vidi.

† Solomon v. h. his instrumentis unius unciae fundi Paonine, sicut superi*us* legitur, rogatus a Mauro v. r. ejusque germana Petronia h. f. *ssti* venditores, et a Pitione v. h. jugale Petroniae, qui ei soum adcom*mo*davit adsensum, et sstum pretium sex auri *solidos eisdem in* presenti adnomeratus et traditus vidi. ꝏ ꝏ

. . . . his instrumentis unius unc*iae* fundi Paonine, sicut superius *legitur, rogatus a Mauro v. r. ejusque germana Petronia h. f. ssti venditores, et à Pitione v. h. jugale Petroniae, qui ei suum adcommodavit adsensum, ipsos presentes, et mei presentia signa facientes.*

testis suscribsi et sstum pretium sex auri solidos eisdem in presenti adnomeratos et traditos vidi.

. . . . . .

LIX.

Fragmentum instrumenti venditionis incerti.

Extat Faventiae (*presso il Sig. Ab. Gio. Battista Tondini.*) Editum est a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXV. p. 191. junct. annotatiunculis p. 358. Eidem saeculo adscribendum est.

. . . . . .

. . . *in rem ire*, ingredi, possidereque p*ermisit*, *qui supra*, *venditor*. Ab eodem ssto comparatore juxta placit*am* de*finiti*onem suam, sicut inter eis convenit, praeti *nomine*, *i*d est, *au*ri soledos dominicus, provetus, obreziacus, opti*mos*, pe*nsantes*, numero decem et tremissis duo, tantum, in prae*senti* vend*ito*ri quoram testibus persolutum est, dante, num*erante et tradente ssto comparatore* . . . . . .

. . . . . .

LX.

Fragmentum instrumenti venditionis, anonymi cujusdam, filii Theodoracii.

Extat Veronae (*in museo Frascardi*) in papyro in duas lacinias discerpto. Publici juris illud fecit *Marinius* "I papiri diplomatici." nro. CXXVIII. p. 194. junct. annotationibus p. 360.

Ejusdem aetatis esse videtur.

. . . . . .

. . . . ambo [1]), . . . *his instrumentis* trium unciarum in *principalium* in integrum fundo Collioclo, cum omnibus ad eundem pertinentibus, *rogatus a* [*N. N.*] *filio quondam Theodoracio, venditore ssto, qui me presente signum fecit, et ei relectum est, testis suscribsi, et sstum pretium, novem auri pensati solidos, ei in presentia adnumeratos et traditos vidi.*

. . . *his instrumentis* harum unciarum *principalium in integrum fundi Colliocli, cum omnibus ad eundem pertinentibus, rogatus a* [*N. N.*] *filio quondam Theodoracio, ssto venditore, qui me presente signum fecit, et ei relectum est, testis suscribsi, et sstum pretium, novem auri pensati solidos, ei in presenti adnumeratos et traditos vidi.*

. . . . *his instrumentis trium unciarum principalium in integrum*, fundo Collioclo, cum omni earum de*pendente, rogatus a* [*N. N.*] filio quon*dam* Theodoracio, *ssto venditore, qui me presente signum* fecit, ex ci [2]) rel*ectum est, testis suscribsi, et sstum pretium*, novem auri pensa. solid. et in pr[illegible]siotire [3]) adnumeratos et traditos vice [4]).

. . . . . arnos Tabellio natus [5]) civ. Raven*natis, scribtor hujus instrumenti suprascript*arum trium unciarum fun*di Collioclo, principalium* in integrum, cum omnibus ad eum*dem pertinentibus*, arpus roborare a mastro tribu *com*plavi [6]).

---

[1]) Hac sub vocula nomen testis latere videtur.

[2]) Lege: *et ei.*

[3]) Lege: *presentia.*

[4]) Lege: *vidi.*

[5]) Lege: *tabellio hujus civitatis.*

[6]) Lege: *pertinentibus, post roborationem testium traditum complevi.*

V.

Instrumenta Emphyteuseos.

LXI.

Libellus de emphyteusi Theodoro Calliopae concessa.

I. Extat Romae in bibliotheca Vaticana, exaratus in papyro. Editus est: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica," p. 172. nro. XIV. — 2) à *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXXII. p. 108. 109. junct. not. p. 362-367.

II. Ecclesia Ravennas concessit Theodoro Calliopae Praefecto, qui ab anno 648 usque ad annum 666 Italiae Exarchus fuit, domus quasdam in emphyteusin. Ut moris, duo condebantur instrumenta de constituta emphyteusi, alterum a concedente, alterum a recipiente, conditiones se impleturum, sub quibus concessio fieret, promittente. Primum vocabatur *Praestaria*, secundum vero *Precaria*. Charta nostra *Praestaria* est; ea, quae subsequitur, autem est *Precaria*.

. . . . . .

. . sex unc. principal*ium* in inte*gro* [1]) domus . . .
q . . . per . et . n . . . a . . . 9 . . . *u*ncias fam*ilia*rice

---

[1]) *unciae principales in integrum* nullum hic habent sensum, ubi de domus singulae emphyteusi sermo est.

curte et orto, *et omnibus ad eam pertinentibus* atque . . quattuor uncias balnei com basis fistulas [1]), et omne or . . . . . *e* sua, sed et alias sex uncias familiaric. pos. super fluvio ante balneo et orto [2]) praedictae domus, quae domus ex calce, quaimento [3]) usque ad tigno constructa, tegulis et imbricibus una cum familiarica sua [4]) tecta, cum putea et puteales seo labellos [5]) et arcura [6]) X . . . in curt. sed et pistrino intra praedicta familiarica cum furno, macinas [7]), rota . . . . . principales in integro Massae, quae vocatur Utiianus, cum omnibus fundis, casalibus atque fornicibus ad praedictam pertinentibus mu . . . . cum u . . . ris, olivetis, silvis . . . . d . . , pascuis positis terr. Ariminens. ante Scm. *Johannem, qui vocatur* in Cumputo, inter adfines a singulis lateribus, strata publica et fund. Organiano seo fund. *Baulniano* . . . . . verum etiam et sex uncias domus positae intra civitatem Ariminensem cum curt. familiarica et omnibus membris suis, quae domus ex calce, quaimento usque ad tigno constructa est, tegulis et imbricibus tecta, super foro, neo non et . . . . e ex jura qd. Apollenaris eminentissimae memoriae *viri*, genitoris vestri, per piam ejus dispositionem *ad* nostram sanctam pervenerunt ecclesiam, secundum notitiam subter adnexa, enfeteuticario modo postulastis largiri, si minime cuiquam a vobis antea per enfeteusin sunt largita vobis, quem supra Theodoro gloriosissimo Praefecto qui et Calliopa, et Annae jugalibus, et filiis tuis legiti-

---

[1]) *cum bassis* i. e. inferioribus *fistulis*.
[2]) *horto*.
[3]) *caemento*.
[4]) f. *sala*.
[5]) cisternis lapideis.
[6]) *arcora*, prominentes partes domus, *Aerker*.
[7]) lapis molaris, a *machina* dictus. Inde *asinus machinarius* in Digestis, i. e. *molendinarius*. cf. *Turneb*. Adversar. L. VIII. c. 9.

mis, cui supra Theodoro, qui et Calliopa, glorios. Praefectur., donec vos divinitus in hac luce jusserit permanire, sub septimos aureos infiguratos [1]), *pensionis nomine, singulis quibusque indictionibus Actionariis ecclesiae nostrae Ravennatis, ea conditione praefixa, ut predictas domos, vestris* propriis expensis seo lavoribus fabri*care*, restaurare, sed *et* Mass. seo fundora [2]) *vel dicta* loca, ubi ubi repperiantur, pastinare, propaginare [3]), de*fensare* et in omnibus m*elior*are Deo debeatis adjutore, nihilque vobis de *omni* expensa, quam inibi feceritis, a nostrae *sanctae* ecclesiae Actionariis, in superius affixa pensione quoquo modo debeatis *re*putari [4]), nullamque tarditate aut neglecto, tam ad inferendam suprascriptam pensionem, quam ad restauratione vel culturam praedictis locis facere debeatis, et antenominatam pensionem omne Martio mense, sine aliqua *excusatione vel dilatione; Actionariis ecclesiae nostrae Ravennat. persolvere debeatis, et nec umquam praesens praeceptum aut suprascriptas res alicui vendere vel* refundere [5]) audeatis, sed nec aliquando adversus *sanctam* nostram, benefactricem v*estr*am, sca ecclesiam cuiquam contra justitia *tractare aut* agere, per quovis *inge*nio au*t* *a*rgumento, *nisi* pro propri*a* *causa*, si contigerit, per justitia tantummodo ventilare *de*beatis. Quodsi in aliqua tarditate aut *neglecto aut*

---

1) De aureis infiguratis cf. *Gothofred.* ad c. 1. C. Theod. IX. 22. *Si quis solidi circulum.*

2) i. q. *fundi.* Cf. *Cangium* v. *Fundora.* Longobardorum mos erat, nominativum et accusativum verborum masculinorum flectere in *ora*, e. g. *lacora* pro *lacus*, *arcora* pro *arcus.*

3) propagare, i. q. pastinare.

4) *reputare*, terminus technicus pro *computare.* cf. *Brisson.* de V. S. h. v.

5) i. q. alienare. Significatio infrequens.

controversia inventi fueritis extra vel *contra agere de* superius a nobis pollicitis condicionibus, non solum de hoc praecepto recadere, verum etiam primitus exacta a vobis poena, quae in *vestra* petitione tenetur in subditis, et si non persolveritis multo*tiens dictam pensionem infra biennium, ut leges censent* [1]), *tunc post poenae solutionem licentia sit Actionariis sacrae nostrae Rav. ecclesiae, vos exinde* expellere, et qualiter praeviderint, ordi*nare*, sed et post transitum [2]) vestrum, *qui supra scriptus*, quan*do Deo pla*cuerit, totiens dicta loca cum omnia, quae inibi a vobis *au*cta, facta, meliorataq*ue* fuer*unt*, *ad jus* domini*um*que *sanct*ae Rav., cui est proprietas, revertatur ecclesiae. Quam pr*ae*ceptionis nostrae paginam Paulo notar*io sanct*ae Rav. Eccl. scribend*am* dictavimus, et nos *propr*ia manu subscrib*simus*, die, anno, Imperatore [3]) et Cons. sstis.

TO † Legimus † [4]).

LXII.

Instrumentum ejusdem argumenti.

Extat Venetiis in bibliotheca S. Marci, scriptum in papyro. Editum est: 1) sed pessime, a *Zanetto* "Osservaz. intorno ad un Papiro Rav." Venet. 1751. p. XIV; melius: 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXX. p. 200; junct. animadversionibus p. 367.

---

[1]) c. 1. C. IV. 66. *de jure emphyt. Novell.* VII. pr. *Novell.* CXX. cap. 5.

[2]) mortem.

[3]) Constante II. (641 - 668.)

[4]) Subscriptio est Theodori Episcopi Ravennatis. Eam saepissime per verbum *Legimus* his temporibus ennunciatam esse, liquet. Cf. *Marinium* ad h. l.

. . . . . .

nihilque de omni impensa, quam inibi fecerimus ab Actoribus sce venerabilis Rav. Ecclesiae *in superius* adfixa pensione *quoquo* modo debeamus *reputare, sed antenominatam pensionem, omni* [*N.*] *mense sine aliqua excusatione vel dilatione* Actoribus sce. v. Eccl. persolvere debeamus, et nec *cuiquam presentem preceptum* [1]) *aut istas res alicui vendere vel refundere promittimus, sed nec aliquando adversus sanctam nostram benefatricem cuiquam contra justitiam tractare et agere, per quovis ingenio aut argumento, nisi pro* propria causa, si contigerit, per justitiam tantummodo ventilare audeamus. *Quodsi in aliqua tarditate, aut neglecto, aut controversia inventi fuerimus, extra agere de eadem re superius a nobis pollicitis, aut affixis conditionibus, non solum de hoc precepto cadere volumus, verum etiam* tunc post poenem solutionis licentia sit Act. sce v. Rav. Eccl. *nos exinde expellere, et qualiter praeviderint, ordinare. Sed et post transitum nostrum, totiens dictorum locorum, cum omnibus, quae inibi a nobis aucta et meliorata fuerunt, ad jus* dominiumque sce. v. Rav. Eccl. proprietas *revertatur. In cujus firmitatem hanc chartam propria manu scripsimus, quaeque et* in Scrinio sce v. Rav. Eccl. pro futuris temporibus monitione *conservari debet.*

. . . . . .

[1]) *Praecepto* non solum literae emphyteuticae, sed etiam res in emphyteusin datae, designantur.

VI.

Instrumenta

rem

judiciariam concernentia.

LXIII.

Quaedam capita e Gestis de lite Fullonum adversus Magistros fontanos habitis.

I. Exarata sunt in lapide, jussu Clodii Fortunati Quinquennalis. Edita: 1) in *Fabretti* Inscript. antiq. cap. IV. p. 278. — 2) in *Maffei* "Istoria diplomatica." p. 122. — 3) apud *Terrassonum* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 57. Conf. et *van Nispen* D. ad fragmenta Herennii Modestini. Lugd. Bat. 1750. et ap. *Oelrichs* in Thesaur. Diss. juridic. Belgicar. Vol. I. T. I. p. 507.

II. Fullones a Magistris fontanis (Sacerdotibus fortasse cultui Nympharum dicatis) pensionem sive canonem quendam flagitaverant, eosque, qui, se hanc pensionem debere, negaverant, in jus vocaverant. Cum vero fullones fundamentum agendi haud probassent, Magistri fontani ab actione liberati sunt. Res ventilata coram Aelio Floriano, Faltonio Restitutiano, et Herennio Modestino, ab a. u. c. 977, usque ad annum 995.

HERCVLI SACRVM.
POSVIT PVBLIVS CLODIVS FORTVNATVS QVINQVENNALIS PERPETVVS HVJVS LOCI.

Interlocutiones [1]) Aelii Floriani, Herennii Modestini, Faltonii Restitutiani, praefecti vigilum, PP. VV. [2])

Florianus dixit: Quantum ad formam a me datam pertinet, quoniam me convenis, de hoc inprimis tractandum est. Ita interlocutum me scio esse hesterna die, docere partem diversam oportere, hoc ex sacra auctoritate descendere, ut pensiones non dependerentur. Et respondit: se quibuscunque rationibus posse ostendere, hoc ex sacra auctoritate observari. Et hodie hoc dicit: Ex eo tempore, inquit, ex quo Augustus rem publicam obtinere coepit, usque in hodiernum, numquam haec loca pensiones pensitasse.

Et infra Florianus dixit: Vidi locum dedicatum imaginibus sacris.

Et alio capite Modestinus dixit: Si quid est judicatum, habet suam auctoritatem, si est, ut dixi, judicatum. Interim apud me multae probationes exhibentur, quibus doceantur fullones in pensione conveniri.

Et alio capite . . . . . dixit: Manifestum est, quid judica . . . ., nam Florianus partibus suis diligentissime functus est, qui, cum in rem praesentem venisset, locum inspexit, et universis judiciis examinatis, sententiam de eo loco, de quo maxime quaeritur, protulit. Proinde revocatum non est.

Et infra Restitutianus dixit: Illud servabitur fontanis, quod obtinuerunt apud suos judices, et quod habuerunt in hodiernum sine pensione, ex Alexandro Augusto iterum, et Marcello iterum Consulibus dedica-

---

[1]) Sententiae, decreta. cf. *Menag.* Amoenit. jur. civil. c. 39.

[2]) perfectissimorum virorum.

tum . . . . Peregrino et Aureliano Consulibus, die . .

. . . . . .

. . . . . .

sententiam de eo loco, de quo cum maxime quaeritur, protulit, a quo provocatum non est.

Et infra Restitutianus dixit: Modestinus quoque secutus res a Floriano judicatas, pensiones exigi prohibuit.

Et infra Restitutianus dixit: Illud servabitur fontanis, quod obtinuerunt apud suos judices, et quod habuerunt in hodiernum sine pensione.

Actum quarto Idus Martias . . . . . VICTORIAM PFRCEPIMVS. LITIGATVM EST EX ALEXANDRI AVGVSTI SECVNDO ET MARCELLI SECVNDO CONSVLVM IN PEREGRINI ET AEMILIANI CONSVLVM DIES.

LXIV.

Index chartarum in deposito judiciali curiae, forsan Ravennatis, adservatarum.

Extat in papyro exaratus, Florentiae in archivo diplomatico. Saeculo sexto adtribuendus est; chartae ipsae depositae fuerunt in annis 487, 503, 506, 508 et 510.

Edidit eum *Marinius* "I papiri diplomatici." nro. CXXXVIII, p. 205; junctis animadversionib. p. 372-375.

. . . . . .

Cautio [1]) Yppoliti de sol. [2]) ∞ ad nomen Nonniti.
Cautio Macedoni p . . . . . .

---

[1]) *Cautiones* h. l. sunt instrumenta fidejussoria, mutui, solutionis, et ejusmodi generis.

[2]) solidis.

Breve [1]) inter Stefanum et Petrum et Jacobum de colligadone [2]) Liguriae.

Cautio Macedoni facta ad n. Petri de sol. ꝏCCL. P. C. Paulini V. C.

Cautio Macedoni alia greca facta ad n. Petri sol. mille cento.

Cautio Verissimi Adj. *Numerariorum* [3]) facta ad n. Petri sol. . . . . P. C. *Paulini.*

Cautio alia Verissimi facta ad n. Andrae sol. sex, Cethego V. C. Consule.

Cautio tertia Verissimi de aliis sol. sex ad n. Petri, Cons. Cethei V. C.

Cautio Felicis v. st. Adj. n. et Stefani v. r. ad n. Petri sol. ducentorum *septingenta.*

Pittacium [4]) Stefani v. r. ad n. Petri de sol. IIII et trimissis duo.

Epistula praecaturia [5]) facta a Nonno, As . . . clepio et Aeliu sol. quattuor milli*um.*

Item alium . . . chartarium *adventicium,* quod . . . i x alligato inibi inventum est.

Cautio Laurenti v. str. Stratoris [6]) ad n. Petri, sol. numero G., Boethio jun. Consul.

Cautio Projectici Cursoris in inl. *praefectura* ad n. Petri, sol. n. G. Boethio jun. Consul.

---

[1]) Rationes de susceptis tributis. *Cassiodor.* Var. L. XI. ep. 7. *Veget.* de re milit. L. I. cap. 19.

[2]) i. q. collectatione, i. e. susceptione tributorum.

[3]) cf. c. 8. 16. C. Theod. VIII. 1. *de numerar.*

[4]) *Pittacium*, i. q. epistola sive charta vel instrumentum. Sic *Pittacium delegationis* in *Edict. Theodorici* cap. 126. cf. *Isidor. Gloss.* v. *Pittacium.*

[5]) forte charta, in qua debitor remissionem termini solutionis a creditore efflagitaverat.

[6]) cf. *Cod. Just.* XII. 25. *Spartian.* Carac. c. 7. *Ammian.* L. XXIX. 3.

Cautio Symeonis et . . . aiani ad n. Petri, sol. n. CC... Boethio jun. Consul.

Cautio Paschalis ag. in rebus [1]), ad nom. Petri, sol. n. CXXX, Boethio jun. Consul.

Cautio Eusebi ad n. Petri, sol. n. CCLII, Boethio jun. Consul.

. . . . ad n. ss. Petri de sol. n. CC . . . .

Pittacium cr. [2]) ad nom. Macedoni de *vini amfora* sol. XXXVS in mense Aug. Ind. tertiae.

Cautio Feliciani viri st. Stratoris inl. p. [3]) ad n. Petri sol. n. x. Boethio jun. Consul.

Cautio Augusti ad n. Petri, sol. p. xxx. Messala Consule. Fidejussor . . . .

Cautio Valeri Schol. inl. p. [4]) ad nomen Petri, per quem suscepit Venantio Correctore [5]) Lucaniae et Brittiorum, sol. n. . . .
greca

Cautio Johannis et Johannis ad *nomen* Petri, sol. . . . Boethio jun. V. C. Consul.

Cautio Aequiti V. C. facta ad nom. Petri sol. n. XLIIII. Venantio jun. Consul.

Cautio Projectici Cursoris ad nom. Petri sol. n. XLIIII. Boethio jun. Consul.

Pittacium Verecundi ad nom. Rustici V. C. de titulis Tertiarum [6]), sol. n. CCLVISI, Volusiano Consule.

---

[1]) Agentes in rebus militabant in schola Palatina.

[2]) f. *graecum*.

[3]) *inlustris praefecturae* vel *palatii*.

[4]) de *Scholaribus in inlustri palatio* vel *palatinis*. cf. *Gothofred.* ad c. 22. C. Theod. VII. 4. *de erogat.*

[5]) Correctores erant magistratus provinciarum Praesidi et Consularibus interjecti. Epistolam regis Theodorici ad Venantium Correctorem Lucaniae et Bruttiorum, exhibet *Cassiod.* Var. L. III. ep. 8.

[6]) *Tertiae*, contributio a Gothis erogata, de qua videas *Sabiniacum* in: Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter. T. I. p. 283–288.

Cautio greca Pauli facta ad nom. Petri, sol. n. c̄. Venantio Consule.

. . . . . .

LXV.

Index ejusdem argumenti.

Asservatur Mantuae (*in casa i Marchesi Capilupi.*) exaratus in papyro. Publici juris factus est: 1) a *Maffeio* "Istor. diplomat." p. 148. nro. 4. — 2) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 68. — 3) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXXIX. p. 205. junct. not. p. 375.

---

de suscepto ipsius Pienti de tritico, sol. n. ∞ . . *consilium suburbiar.* dereliquit Ind. X. sol. n. XLIIS. . . Gaudenti consul. [1]) Flaminiae sol. n. CCCLXXV. . . m de quibus solidis facienda securitas ab ipso Pientio . . . de diversis Comitibis . . . . . legat*us* a provincia Piceni *et* Urbicar*i habuit ab* Gaudentio Ind. XI, *fa*cto pittacio ab Abundantio Exuperio et Benedicto de s̄stis panis L de suscepto ipsius Pienti de spec*iebus* et casei, sol. n. ∞ DCCCXXXII.

Securitatis Pauli Arcari . . fac̄. a Laurentio V. C. de perceptis sol. n. CCCX.

Pittacia de susce*ptis* fac̄. Paulo Arcario, quas facta ratione recollegit, inventae sunt chartulae diversae . . . *sol. n.* CLII.

Fasciculus, in quo . . . 6 . . . de suscepto diversorum de emolumentis . . . br*eve* e*parave* . . . s, quem dedit Sabinus Singularis [2]) per Ind. XV.

---

[1]) Consularis Flaminiae. cf. *Cassiodor.* Var. L. V. ep. 8.

[2]) De *Singularibus* (ἀπὸ τῶν σιγγλῶν) agit *Cujacius* Observ. et Emend. L. XII. cap. 40. *Pancirol.* ad Notit. dignitat. c. 20.

Securitatis Patrici Agapiti de suffragio Praefecturae in uno legatae listulae [1]) *duodec.* . . . . .

Epistula Fadini facta ad nomen Petri et pittacium rationis.

Epistula greca facta ad nomen Petri . . . .

. . . . . .

LXVI.

Fragmentum Gestorum, de testibus interrogatis, ut videtur, confectorum.

I. Asservatur Ravennae in archivo episcopali, exaratum in papyro. Publici juris factum est a *Marinio* "I papiri diplomatici," nro. CXL. p. 206. 207; junctis notis, p. 376.

II. E lacero hujus chartae fragmento, haec desumi posse videntur. Anastasius quidem Abbas circa annum 490 p. C. n., fundi quasdam portiones usurpaverat, ob quam usurpationem poenam excommunicationis incurrerat. Postea ab Episcopo Gothorum et a Papa ab hac poena solutus, et reconciliatus erat, recepit igitur portiones sive uncias suas. Circa annum 536, unciae vero a filiis Tzaliconis comitis vindicatae fuerant; et iterum a Gudila. Anastasius conquerebatur de his apud Belisarium patricium, et ab eo lis ad Papam deferebatur; Papa furuit, et fundos restituit Anastasio. Anastasius postea eos vendidit, Adeodato, abbati monasterii cujusdam, N. N. et S. Stephani; et inter emtores et alios, qui evincere studebant fundos, quorumque partes gerebat Andreas quidam executor testamenti, et tutor liberorum evincentium, de dominio Anastasii altera exoriebatur lis. Testes igitur in medium producti sunt ab emtoribus, et interrogati de titulo dominii

[1]) *listula, lista*; mensura fundorum. cf. *Adelung*, Gloss. v. *lista*.

Anastasiani. Ab evincentium partibus igitur erat Andreas executor; ab emptorum partibus, Adeodatus, Abbas monasterii simul et actor monasterii illius. Gesta ipsa confecta sunt anno 557. p. C. n.

---

[1]) . . . . . .
illi reddi ab Anastasio Abb*ate* . . . et post . . .
. . . . . que . . . ips*is* . . .
. . . . . .
. . . . . *su*-
per ista quattuor evvangelia, me hec, que dixi . . . .
4 . . . e . . . ber vidt.

[2]) *Im*p. Dno Justiniano P. P. Aug. anno tricensimo primo, P. C. Basili V. C. anno XG p. Ind. quinta . .
2 . . . III. Non. Junias in p*resentia* . . . sili [3]).

Ego Me..lius v. h. et S..*tz*ane v. h. [4]) conjux...
. . . . . .
tempore conventum per pre*ceptum* Adeodati v. s. vre
. . . 1 . . m p . . . 3 . . . te Andream vi*rum* st*renuum*
executórem . . . 6 . . . *a*ctor Monasteri sst*i* . . . aelive
. . . 2 . . . et Sci Stefani, ut quid nobis n . . . 7 . . .
sanctis evangeliis *dictu*m es*t* . . . . . .
. . . . rciogum . . . . . .
. . . . . *r*econciliavit . . . . . .
. . . . . *r*esidet in . . . . . .
. . . 12 . . . . invenire potuit, *sic* reconciliatus fecit in aeccl. Sce Marie in Nepe [5]) cunjux ofert, et

---

[1]) Interrogatio testis, ut videtur.

[2]) Continuatio interrogatorii testium, altera die facta.

[3]) Vestigia nominis magistratus; f. *Basilii.*

[4]) Forte: *honesta femina.* Interrogabatur *Me...lius*, ejusque conjux *S...tzane.*

[5]) Lege: *in Presepe.* Cognomen Mariae, vel ecclesiae Mariae consecratae.

filiis suis. Dictum est ab Andrea v. str. [1]) executore et tutore . . 16 . . es. Cui respondit suprascripta S...tza: Sunt anni sexsaginta et amplius, eg . . . 7 . . . anbulavit ipse reconciliatus Romae et rogavit Papae et Episcopum Guthorum, et dederunt illi jussionem, recipere uncias suas, et recipit; postea nos (r) illud recepit pos . . . 5 . . . vo . . ., perbenerunt fili Tzaliconi Comitis, et ipsi similiter occupaverunt ili . . . 3 . . . uncias, dicendo, donatas esse . . . 24 . . . es; item post aliquot annos venit Velisarius Patricius . . . 20 . . . r rogavit Patricium Velisarium, dicendo, quare me reconciliatum . . . 3 . . . et fili Comitis Tzaliconi . . . 3 . . . et Gudila, et occupaverunt . . . . r(s)e et filius meus et commutavit ipsas . . . ., postea nunciavit illud Papae, et dixit, se bonam rem facturum, si . . . 4 . . . 3 . . . . . Papa mox furuit et fecit precepta, et misit illa in scrinium sacri Palatii . . . 7 . . . ipsum Abbatem, et fecit illi reddi uncias suas, et possedit . . . . . .

. . . . . .

[1]) Testes praesentibus partibus fuisse interrogatos; evincunt. c. 19. C. IV. 20. *de testibus*. Novell. 99. c. 9.

VII.

Instrumenta

variii argumenti.

LXVII.

Obligatio praediorum, seu Tabula Trajani alimentaria.

I. Extat aeri incisa in museo Parmensi; ipsa tabula, altitudine pedum quatuor, poll. 4. lin. 4. latitudine pedum octo, pollic. 11. lin. 5. constat columnis VII. juxta se positis, et detecta est anno 1747 in ruinis Velejatensibus. Ediderunt illam et interpretati sunt: 1) *Lud. Ant. Muratorius*: "Dell' insigne tavola di bronzo, spettante a i fanciulli e fanciulle alimentari di Trajano Augusto nell' Italia, disotterata nel territorio de Piacenza l'anno 1747. Intera edizione e sposizione fatta da *Ludovica Antonio Muratori*, Bibliotecario del serenissimo Signor, Duca di Modena." Firenze. 1749. 8. — 2) a *Gorio*: "Exemplar tabulae Trajanae ex aere, magnitudine et inscriptione insignis, pro pueris et puellis alimentariis reipublicae Velejatium in Italia institutis, liberalitate optimi principis Imp. Caes. Trajani Aug. — cum expositione *Muratorii*; cura et recensione *Ant. Franc. Gorii*." Florent. 1749. fol. — 3) Utrumque opusculum iterum in *Gorii* Symbol. literar. Opuscc. varr. Tom. V. — 4) in *Scip. Maffei* "Museum Veronense." 1749. f. p. 381-398. — 5) in *Donati* Thesaur. noviss. Inscript. graec. et latin. T. II. p. 437 sq. — 6) apud *Terrassonum* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 27-43. — 7) in editione Taciti, per *Brotier*. Tom. V. p. 453. sqq. (in illa scilicet, quae in forma quarta,

ut vocant, prodiit.) — 8) in "*Cara Anton Giacinto de Canonico* Discorso dei paghi dell' agro Velejate nominati nella tavola Trajani alimentaria." Vercellis. 1788. 8. pag. 93-130. — 9) a *Josepho Pitarellio*: "Della celebratissima tavola alimentaria di Trajano." Taurin. 1790. 4. — 10) a *Friderico Augusto Wolfio*: "Von einer milden Stiftung Trajans, vorzüglich nach Inschriften. In einer zur Geburtsfeyer des Königs gehaltenen öffentlichen Versammlung der Berlinischen Academie der Wissenschaften vorgelesen. Nebst der lateinischen Stiftungsurkunde." Berlin. 1808. 8. — 11) Dein, ad amussim tabulae authenticae revocatum, editum est instrumentum nostrum, per *Petrum de Lama* museo Parmensi praefectum, sub titulo: "Tavola alimentaria Velejate, detta Trajana, restituita alla sua vera lezione, da *D. Pietro de Lama*, Prefetto del ducale museo. Con alcune osservazioni del medesimo. Parma dalla stamperia Carmignani." 1819. 4.

Ad explicandam tabulam etiam conferunt: 1) *Stieglitz* Pr. de usu et praestantia tabulae Trajanae in jure Rom. Altorf. 1757. 4. [1]). — 2) *F. C. Sabiniaci* Censura editionis Wolfianae in: "Heidelberger Jahrbüchern der Litteratur." (Jurisprudenz und Staatswissenschaften.) Jahrg. 1809. p. 254-261.

II. Piae fundationis ad alimenta orphanis, pauperibusque liberis distribuenda, a Trajano Imperatore intra annum urbis conditae 855 et 866, factae, nostra quidem tabula secundum communem saltem opinionem exhibet monumentum. Nervae [2]) exemplum secutus, Trajanus,

---

[1]) Qui tamen vehementer in eo erravit, quod in nostra tabula, vestigia emtionis redituum juris Germanici (Rentenkauf, Gültenkauf) sibi deprehendisse visus est.

[2]) *Aurel. Victor* Nerv. Epit. XII. 4. Conf. et *Andr. Guil. Cramer* de pubertatis termino ex disciplina Romanor. (Kilon. 1804. 4.) p. 21-29. *Chr. Henr. Paufler* Spec. I. II. de pueris puellisque alimentariis. Dresdae 1809. 1810. 4.

1044000 sestertios e patrimonio aut suo, aut fisci erogavit [1]), quae quidem summa possessoribus fundorum in agro Velejatensi, pro rata in mutuum data fuit, ea conditione, ut usuras quinas pro qualibet capitis centesima parte solverent. Usura quincunx igitur totius sortis, fiebat 52200 sestertios per annum. Ex hac summa distribuebantur alimenta non solum pueris legitimis 245, puellisque legitimis 34, sed etiam puero spurio uni, puellaeque spuriae uni.

Puer legitimus accipere debebat, in singulos menses, sestertios 16; quotannis sestertios 192. Summa alimento-

[1]) Gloriam istam Trajano praeripere tentaverunt *Fridericus Vicentius de Poggio* ("Lettere ragionate di un academico oscuro." Lucae 1775) et *P. de Lama.* Ille scilicet Lucenses pecuniam e patrimoniis singulis suis erogasse censet, hic Velejates. *Lamae* scilicet sententia est, tabulam duas omnino continere obligationes, *primam* auctoris innominati, *alteram*, et quidem anteriorem, Cornelii Gallicani, quippe quae in prima saepius allegata, et sane ante annum u. c. 856 (p. C. n. 103.) facta sit, cum in illa cognominis Dacici in imperatoris Trajani titulo, aeque ac in prima, mentio haud fiat. Posterioris fundationis autorem fuisse Cornelium Gallicanum ipsum, prioris vero Velejates, accitis Parmensibus, Lucensibus, Placentinis et Libarnensibus, haud vero Trajanum. Hoc evinci posse e titulo ipso monumenti, cum in eo dicatur, ex *indulgentia* imperatoris, fundationem fieri, haud vero, (ut debuisset) *ex liberalitate*, *ex munificentia* ejus. Confirmatam tantum fuisse fundationem per Imperatorem, haud vero factam esse. Lucenses tamen non fuisse auctores, quia Velejatium respublica potentior opimiorque tabulaque ipsa in ruderibus urbis Velejatium effossa, sine dubio in ipsa capitali urbe eorum publice exposita fuerit. Haec *P. de Lama* adversus Poggium monuit; sed et fundationem ipsam in gratiam puerorum Velejatensium factam esse, adversus *Lamium*, qui pro Lucensibus, (*Novell. leterar.* 1764. nro. 34. 1768. nro. 24. 26. 30. 31.) et adversus *Pittarelium*, qui pro Placentinis pugnaverunt, contendit. Cessasse alimenta, idem auctor est, circa annum p. C. n. 181, cum respublica Vellejatium gravi peste exhausta sit, anno quinto Imperatoris Commodi.

rum pueris legitimis distributorum, fiebat quotannis, sestertios 47040.

Puella legitima accipere debebat per singulos menses, sestertios 12; quotannis 144.

Summa alimentorum puellis legitimis datorum, fiebat quotannis, sestertios 4896.

Puer spurius accipere debebat, quotannis sestertios 144; puella spuria vero est quotannis sestertios 120.

Fundatio ipsa a Hadriano augmenta [1]) accepit; qui et legem [2]) scripsit, ut pueri usque ad decimum octavum, puellae usque ad quartum decimum aetatis annum alerentur; sublata vero est ab Imperatore Pertinace [3]).

His expositis videamus, quae in tabula nostra contenta sint.

Diximus, sortem ipsam a Trajano conlatam pro rata inter possessores fundi Velejatensis, ea lege distributam, et in mutuum datam fuisse, ut usuras quinas solverent, et in securitatem crediti fundos suos obligarent.

Necesse vero erat, ut, antequam obligatio ista fieret, debitores profiterentur sortem, quam accepissent, fundos, quos obligaturi essent, pretiumque illorum fundorum secundum aestimationem habitam. Obligatio ipsa demum peragenda fuit, secundum ritum mancipationis, per fiduciam [4]).

Tabula ipsa nostra duas comprehendit partes. Prima, distributionem alimentorum in favorem liberorum 281, continens, singula quaeque debitorum instrumenta profert, quorum quodque enunciat: I. Professionem debitoris, vel a se ipso, vel per mandatarium factam; II. Pretium omnium fundorum, quos possidet; III. Sortem, quam mutuo accipere debet; IV. Designationem fun-

---

[1]) *Spartian.* Hadrian. cap. 7.

[2]) fr. 14. D. XXXIV. 1. *de aliment.*

[3]) *Lamprid.* Pertinax. cap. 9.

[4]) *Hugo* Rechtsgesch. §. 160. (Ed. III.)

dorum, quos obligaturus est, secundum eorum nomina, situm, fines, pretiumque; V. Sortis partem, in cujus securitatem singuli fundi, vel plures fundi in solidum tenentur. In quibusdam tamen hujusmodi instrumentis et designatio haec, et, quae eam sequuntur, cessant.

Altera tabulae pars a prima tantummodo in eo differt, ut obligatio ipsa nomine debitorum omnium a Cornelio quodam Gallicano facta sit. Alimenta vero confert liberis, numero 19.

Professio ipsa sine dubio coram Quaestore Imperatoris, sive fisci, fiebat; mancipatio vero ex post vel coram eo, vel coram quolibet Imperatoris aut fisci servo aut actore celebranda fuit.

En explicationem instrumenti singuli, ad cujus obrussam omnia examinanda sunt:

"M. Virius Nepos I. *professus* est praedia rustica — — (*omnia scilicet, quae habebat*), II. H-S. CCCXDXXXV. nummis (*quae pretium habebant, sestertiorum* 310545. III. *Accipere* debet (*e sorte tota in mutuum data*) H-S. (*sestertios*) XXVCCCLII. nummos (*summam sestertiorum* 25352.) IV. Et *obligare* fundum Planianum, qui est in Velejate pago Junonio, adfinibus Prisco Palameno et Vellejo Severo et populo; quem professus est H-S. (*sestertiis*) XIIII. nummis, (*pretium habere sestertiorum* 14000); — — et fundum Munatianum Altianum cum casis, pago suprascripto, adfinibus Naeviis fratribus et Syllaeiis fratribus, quem professus est H-S. (*sestertiis*) XIII. nummis. V. *in H-S.* (*Sestertios*) V." nummos. (*Fundus igitur Planianus cum Munatiano Altiano, quorum hic ad* 14000 *ille ad* 13000 *sestertios aestimatus fuit, in securitatem partis, sortis totius, scilicet sestertiorum* 5000 *tenebantur* [1]).

Textum dedimus secundum *P. de Lamam.*

---

[1]) Conf. "Quadro, o prospetto delle stime de' Fondi denunciati sulla Tavola, e delle somme per le quali furono questi obbligati." apud *de Lamam.* §. VI. p. 45. sqq.

Obligatio praediorum,

ob H-S deciens quadraginta
quattuor milia, ut ex indulgentia
optimi maximique principis
Imp. Caes. Nervae
Trajani Aug. Germanici, Dacici, Pueri Puellaeque alimenta accipiant, legitimi n. CCXLV. in singulos H-S. XVI. n. f. H-S. $\overline{\text{XLVII}}$. XL. n. legitimae n. XXXIV. singulos H-S. XII. n. f. H-S. $\overline{\text{IV}}$. DCCCXCVI, spurius I. H-S. CXLIV. spuria I. H-S. CXX, summa H-S. $\overline{\text{LII}}$CC, quae fit usura $\frac{2}{2}2\frac{2}{2}$ sortis supra scribtae. [1] [2]

(1) C. Volumnius Memor, et Volumnia Alce per Volum. Diadumenum libertum suum professi sunt fundum Quintiacum, Aurelianum, collem Muletatem, cum silvis, qui est in Velejate pago Ambitrebio, adfi-

[1]) Obligatio praediorum ob sestertium deciens (per ellipsin pro *decies centum millia*) quadraginta quatuor millia, ut ex indulgentia optimi maximique principis, Imperatoris, Caesaris, Nervae Trajani Augusti, Germanici, Dacici, pueri puellaeque alimenta accipiant; (*pueri*) legitimi numero ducenti quadraginta quinque in singulos (scilicet *menses*) sestertios sexdecim nummos; Faciunt (*quotannis*) Sestertios 47040; (*puellae*) legitimae, numero triginta quatuor; (*in*) singulos (*menses*) Sestertios duodecim nummos. Fiunt (*quotannis*) Sestertii 4896. Spurius unus (*quotannis*) Sestertios 144; Spuria una (*quotannis*) sestertios 120. Summa (*sestertiorum constituta est ad hunc finem*) Sestertium 52,200, quae fit usura quinceunx, sortis supra scriptae.

[2]) Incipit columna prima.

nibus M. Momejo Persico, Satrio Severo et pop*ulo* H-S. CVIII. (108000) [1]) accipere debe*nt* H-S. VIIIDCLXXXXII. (8692) n. [2]) et fundum s. s. [3]) obligare.

(2) M. Virius Nepos professus est praedia rustica, deducto vestigali [4]) H-S. CCCXDXXXXV. (310545) n. accipere debet H-S. XXVCCCLIII. (25353) n. et obligare fundum Planianum, qui est in Velejate pago Junonio, adfinibus Prisco Palameno et Vellejo Severo et pop., quem professus est H-S. XIIII. (14000) et fundum Suigianum cum casis III. pago s. s., adfine C. Calidio et Vellejo Proculo et pop., quem professus est H-S. XX. (20000), et fundum Petronianum, pago et adf. s. s. quem professus est H-S. IIII. (4000), et fundum Manlianum Hostilianum cum casa, pago s. s., adf. Coelio Vero et Baebio Vero et pop., quem professus est H-S. XI. (11000), in H-S. IIICCCLIII. (5353) n. Item fundum Manlianum Storacianum Calpurnianum pago s. s. adf. vivis [5]) Stolicinis fratribus, et Vettis fratribus, quem professus est H-S. XX. (20000), et fund. Munatianum Attianum cum casis III; pago s. s. adf. Valerio Adulescente et Baebio Vero et pop., quem professus est H-S. XXVIII. (28000), et fundum Munatianum Attianum cum casis, pago s. s., adf. Naevis

---

[1]) [2]) *Sestertiis nummis 108000, accipere debent Sestertios 8692 nummos.* Et sic semper.

[3]) suprascriptum.

[4]) sc. praedio. Praedia enim vestigalia, quae nonnisi a municipiis corporibusque sacris recte possideri poterant, si quae a privatis possidebantur hominibus, in eorum dominium haud ita transibant, ut ea per mancipationem obligare potuissent. Deducendum igitur erat praedium vectigal a Virio Nepote, cum profiteretur omnia bona sua, ut in securitatem sortis, quam accipere deberet, obligarentur.

Hoc saltem Sabiniacus optime adversus Wolfium evicit.

[5]) Male in anterioribus editionibus *Ulvis.*

fratribus et Syllaelis fratribus, quem professus est H-S. XIIII. [1]) (14000), in H-S. V. (5000). Item fund. Arsuniacum cum casis pro parte dimidia et tertia et duodecima, pago s. s., adf. Coelis fratribus et pop. quem professus est H-S. XXCIIIICCCLXXXIII. (84333) n. in H-S. VI. (6000). Item fundum Propertianum, pago s. s. cum casa, adf. Atilio Palameno et Aiasis [2]) fratribus et pop., quem professus est H-S. XXICCCCX. (21410), n. et fundum Missianum, Allelianum pro parte quarta, qui est in Velejate pago Domitio, adf. Volumnio Crescente et Novellis frat. et pop., quem professus est XIIII. (14000), et fundum Licinianum Virianum [3]) pro parte dimidia, qui est in Velejate pago Junonio, adf. Palameno Prisco et Pullieno Prisco, quem professus est H-S. VIIDC. (7600), n. in H-S. III. (3000) [4]). Item fund. sive saltus Narianos, Catusianos pro parte dimidia et IIII, qui sunt in Velejate pago Junonio adf. C. Coelio Vero et Dellio Proculo, quos professus est H-S. LXIIII. (64000), in H-S. IIII. (4000). Item fundum Munatianum, Praestanum, Vibianum, Vaculejanum pago s. s., adf. Stonicelis fratribus et pop., quem professus est H-S. XIIII. (14000), et fund. Cornelianum Collacterianum Flacceliacum cum colonia [5]) Munatiana Artefigia pro parte dimidia, et coloniam Vettianam Cornelianam pro parte quarta, pago s. s., adf. Coelio Vero et Catunio Pupillo [6]) et pop., quem professus est H-S. XXVICCC. (26300) n. [7]). Item fund. Acilia-

---

[1]) Male XIII. in ant.

[2]) Male in ant. *Alasis.*

[3]) Male in ant. *Verianum.*

[4]) Deest III. in ant.

[5]) *colonia* hoc loco nihil aliud significare videtur, quam *praedium.* "Est igitur colonia etiam quantum villico subjicitur." *Columella.*

[6]) Male in ant. *Pupilio.*

[7]) Male in ant. pro *N.* i. e. nummis, *Et.*

num [1]), Albonianum, Caninianum pro part. dimidia, pago s. s., adf. Dellio Proculo et Aebutis [2]) frat. et pop., quem professus est H-S. XCDXXXII. (10432) n. [3]) in H-S. IIII. (4000).

(3) T. Naevius Verus per Naevium Nepotem f. [4]) professus est praedia rustica, deducto vestigali, H-S. LXXVIICXCII. (77192). Accipere debet H-S. VICXCVII. (6197) n., et obligare colonias II. [5]) in Velejate pago Bagienno, vico Juanelio, adf. C. Naevio et M. Appio et pop., quas professus est H-S. X. (10000), et coloniam pago s. s., vico Nitelio, adf. Licinio Catone et populo, quem professus est H-S. IX. (9000), et fundum Eburellam cum silvis p. p. [6]) quarta, in Velejate pag. Domitio, adf. Sulpicia Priscilla et pop., quem professus est H-S. XIIDCCCXXIX. (12829) n., et fundum Messianum, pago s. s., adf. Apthoro et C. Volumnio et pop., quem professus est H-S. XI. (11000), in H-S. III. (5000) n. Item fund. Juanelium, qui est in Velejate pago Bagienno, adf. Naevio Firmo, et Appio Vero, et Virio Firmo et pop., quem professus est H-S. LXX. (70000), in H-S. IIICLXXXXVII. (3197) [7]) n.

(4) C. Valerius Verus professus est suo nomine et L. [8]) ValerI fratris sui et P. ValerI Ligurini praedia rustica H-S. CVIICD. (107400) [9]) n. Accipere debent H-S. XIICCXXXIII. (12233) n. et obligare fundos Te-

---

[1]) Male in ant. *Accilianum.*
[2]) Male in ant. *Nebutis.*
[3]) Deest in ant. *N.* i. e. nummis.
[4]) filium.
[5]) Male in ant. ed. III.
[6]) pro parte.
[7]) Male in ant. IIICLXXXXII.
[8]) Male in ant. *T.*
[9]) Corrupte in ant. C..IICD.

rentianos et Malapagios [1]), qui sunt in Velejate pag. Statiello, adf. Rep. Lucensium et Licinio Ruparcellio, et pop., quos professus est H-S. LIIID. (53300) n. in H-S. V. (5000). Item fund. Ibittam, pag. et adf. s. s., quem professus est H-S. XXDIII. (20503) n. Item fundum Crossiliacum, pag. et adf. s. s., quem professus est H-S. IIC. (2100) n. in H-S. II. (2000). Item fund. Buelabras et Tuscluatum pro parte dimid., qui sunt in Velejate pag. Salutare, adf. M. Vario et Coelio Pudente et pop., quem professus est H-S. XXX. (30000) in H-S. IICCXXXIII. (2233.) n. Item fund. Mettunia pag. s. s. adf. Rep. Velejatium, quos professus est H-S. XXXIDC. (31600) n. in H-S. III. (3000).

(5) M. Antonius Priscus professus est praedia rustica H-S. CCXXLIIIXXC. [2]) (233080) n. Accipere debet H-S. XVIIIXXVIII. (18028) n., obligare fundos Antonianum et Cornelianum, qui sunt in Velejate pago Albense, vica Seceniae, adf. Antonia Vera et se ipso, quos professus est H-S. XXIII. (23000) in H-S. II. (2000). Item fundos II. Albonianos Vibullianos [2]) loco s. s., adf. Aulio Prisco et s. s., et fundos Antonianus II. loco s. s., adf. Antonia Sabina et Vera et popul., quos professus H-S. XVIII. (18000) et Vetutianum, Acutianum, adf. Calidio Proculo et pop., loco s. s., et fund. Ancharianum loco s. s., adf. Calidio Prisco et Antonia Vera et pop., quos professus est pluribus summis H-S. XLIIIDCLVIII. (43658) n. in H-S. IIII. (4000). Item fund. Calidianum, Licinianum pag. s. s. vico Blondelia, adf. Antonio Sabino et Calidio Prisco, et fundum Calidianum, Sarvellianum, Papirianum loco s. s., adf. CalidIs Vero et Proculo et pop. et fundos Virianos, Calidianos, Salvianos duos, loco s. s. adf. Antonio Sa-

[1]) Male in ant. XX.

[2]) Corrupte in ant. *Vib..lianos.*

bino, et Galidio Vibio, quos pluribus summis professus est H-S. XXIIIDCCCXXX. (23830) n. in XIIXXVIII. (12028) n. Item fund. duos Valianos, Antonianos, Messianos, Caturnianos, loco s. s., adf. Virio Sivero [1]) et Albio Secundo, et C. Cominio et pop., quos professus H-S. XXXII. (32000) in H-S. III. (3000). Item fund. Bassilianum, Caturnianum loco s. s., adf. Atilio Firmo et Annis fratrib. et pop. It. fund. Atilianum, loco s. s. adf. Atilio Firmo et pop. It. fund. Saccuasicum Sextianum, loco s. s., adf. Annis fratrib. L. et C. [2]). Et fund. Atilianum cum silvis communionibus, Annis frat. et Firmo, quos pluribus summis professus est H-S. XLVI. (46000) in H-S. IIII. (4000). Item fund. Ennianum loco s. s. sive pag. Domitio, adf. Virio Severo et Albio Secundo et pop., quem professus est H-S. XXXV. (33000) in H-S. III. (3000).

(6) P. Afranius Apthorus professus est praedia rustica H-S. CDXXV. (425000). Accipere debet H-S. XXXIIIICCVI. (34206) n., et obligare saltum Heluonum [3]), qui est in Velejate pag. Domitio, adf. Annis fratribus, et Volumnio Crescente et pop., quem professus est H-S. CCLXXV. (275000) in H-S. XXV. (25000). Item coloniam Solicelos, pag. s. s., adf. Sulpicia Prisca et s. s., quem professus est H-S. XXV. (25000) in H-S. II. (2000). Item saltum Atieliam [4]) pag. s. s., adf. Licinio Catone et Antonio Prisco et pop., quem professus est H-S. CXXV. (125000) in H-S. VIICCVI. (7206) n.

(7) L. Cornelius Onesimus professus est, saltum Tupellium, Volumnianum, pro parte dimidia, qui est

---

[1]) Male in ant. *Severo.*

[2]) Lucio et Cajo.

[3]) Male in ant. *Hiluonum.*

[4]) Male in ant. *Attilian.*

in Velejate pago Domitio, adf. Cornelio Helio et Sulpicio Nepote, et pop., H-S. LI. (51000). Accipere debet H-S. IIIICIIII (4104) n. et pro parte saltum s. s. obligare..

(8) [1]) P. Atilius Saturninus per Castricium Secundum professus est fund. Fonteianum [2]), qui est in Velejate pago Junonio, adf. Atilio Adulescente et Maelio Severo et pop., H-S. L. (50000). Accipere debet H-S. IIIIXXV. (4025) n. et obligare fund. s. s.

(9) Sulpicia Priscilla [3]) per Sulpicium Subarum Lib. suum professa est praed. rustica CCCCLXXXX. (490000). Accipere debet H-S. XXXVIIIDCXXX. (38630) n., et obligare salt. sive fund. Rubacotium et Solicelo in solidum, et saltum Eboreliam [4]) pro parte dimidia, qui est in Velejate pago Domitio sive Ambitrebio, adf. Afranio Apthoro et Coelio Vero et pop., quem professa est H-S. CCCC. (400000), in H-S. XXXIIII. (34000) [5]). Item saltum Rubacaustos in Velejate pag. Domitio, adf. Afranio Apthoro et Sulpicia Prica et populo, quem professa est H-S. XC. (90000) in H-S. IIIIDCXXX. (4630) n.

(10) M. Vibius Q. F. per M. Vibium Verum f. suum professus est praedia rustica H-S. XXC. (80000). Accipere debet H-S. VICCCCXXXVIII. (6438) n., et obligare fund. Mucian., Veturianum cum meride [6]), qui est in Velejate pag. Florejo [7]) adf. Petron. Epimele,

---

[1]) Incipit columna secunda.

[2]) Male in ant. *Fontelanum.*

[3]) Male in ant. *Priscilia.*

[4]) Male in ant. *Eborelianum.*

[5]) Male in ant. XXXIII.

[6]) Occurrunt et in col. VI. et saepius. *P. de Lama* putat, hoc nomine venisse *terras paludosas.*

[7]) Male in ant. *Florito.*

fratribus Atedis et pop., quem professus est H-S. LVI. (56000) in H-S. V. (5000). Item fund. Cellianum [1]), Flavianum, pag. s. s., adf. Atedis fratribus et se ipso et pop., quem professus est H-S. XXIIII. (24000), in H-S. ICDXXXVIII. (1438) n. [2]).

(11) L. Sulpicius Verus professus est praedia rustica H-S. LXXIDXXII. (71522) n. Accipere debet H-S. VDCCXIIII. (5714) n. et obligare fundos Lubautinos, Obsidianum, Arrianum, qui est in Velejate pago Valerio, adf. rep. Lucensium et Minicio Vero, et Vicrio Sabino, et L. Atilio et fund. Marianum in Velejate pag. Salvio, adf. Granio Prisco et Tarsunio et Sulpicio Baccho, quos duabus summis professus est H-S. XXVIIIDC. (28600) n. in H-S. IICCXXIIII. (2224) [3]) n. Item fund. Lucilianos, Didianos, qui sunt in Velejate pago Valerio, adf. Lucensibus et Valeria Polla, quos professus est H-S. XL. (40000) in H-S. IIID. (5500) n.

(12) C. Vibius Probus per Vibium Sabinum professus est praedia rustica H-S. LVIIIDCCC. (58800) n. Accipere debet H-S. IIIIDCLXVIII. (4668), obligare fund. Maticianos cum casis in Velejate pago Salutare, adf. Atielo et Naevis fratrib. quos professus est H-S. XXIIII. (24000) in H-S. II. (2000). Item fund. Geminianos, Pisuniacum, pag. s. s., adf. Atilio Attielao et pop., quos professus est H-S. XIIDCC. (12700) n. in H-S. CIↃ (1000). Item casas [4]), pag. et adf. s. s., et fund. Vecalenium, Cottasianum pro parte dimidia, pag. s. s., adf. Atilio et Velleio Ingenuo, quos duabis summis professus est H-S. XXII. (22000) in H-S. CIↃDCLXVIII. (1668) n.

---

[1]) Male in ant. *Gellianum.*
[2]) Deest *N.* in ant.
[3]) Male in ant. IICCXIIII.
[4]) rusticas sc.

(13) M. Momeius Persicus professus est praed. rustica in Velejate et Placentino, deducto vectigali, et eo, quod Cornelius Gallicanus obligavit |X|CLXXXDC. (118060o) n. Accip. debet H-S. XCIIIIDCCLXV. (94765) n. et oblig. fundum Attianum in Velejate pago Ambitrebio, adf. Pontis frat., et fundum Albianum, pag. s. s., adf. fund. s. s., et fund. Furianum pro parte quarta, pag. s. s., et fund. Metellianum pro parte dimid. et VI. pag. s. s., adf. Battis fratrib*us*, et fund. Mucianum, Vettianum, p. p. dimid., pag. s. s., adf. Virio Severo et Minicia Polla, quos professus est pluribus summis H-S. LVICDLX. (56460) [1]) n. in H-S. III. (3000). Item fund. Statianum cum colonia Gentiana, pag. s. s., adf. Licinio Catone et Vibio Severo, quem professus est H-S. XL. (40000) in H-S. IIID. (3500) n. Item fund. Lereianum p. p. dimid. pago s. s., adf. rep. Placentinorum, quem professus H-S. XXIID. (22500) n. et fund. Aestinianum Antistianum Cabardiacum p. p. dimid., pag. et adf. s. s., quem professus est H-S. XLV. (45000) in H-S. V. (5000). Item fund. Vellium, pag. s. s., adf. M. Baebio, quem professus est H-S. LVI. (56000) in H-S. V. (5000). Item fund. Vibianum, Baebianum, p. s. s., adf. L. Atilio, quem professus est H-S. L. (50000) in H-S. IIID. (3500) n. Item fund. Olympianum pro p. dimid., pag. s. s., adf. Virio Severo et Volumnio Memore, quem professus est H-S. XXVI. (26000) in H-S. II. (2000). Item saltum Attianum cum fundo Flaviano Vipponiano p. p. dimidia. Item fund. Messianum, p. p. III. et XXIIII. pag. s. s., adf. Cornelia Severa et Licinio Catone, quos professus est H-S. LXXVIID. (77500), in H-S. VIID. (7500) n. Item fund. Castricianum, pag. s. s., vico Flania, adf. se et alis, quem professus est H-S. LX. (60000), in

[1]) Male in ant. LVIDLX.

H-S. $\overline{\text{V}}$CCCCXLIV. (5444) n. Item fund. Calventianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XL}}$. (40000) in H-S. $\overline{\text{IIID}}$. (3500) n. Item fund. Calidianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XXXV}}$. (35000) in H-S. $\overline{\text{III}}$. (3000). Item fund. Gallianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XII}}$. (12000) in H-S. ∞ (1000). Item fund. Murrianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XXCV}}$. (85000) in H-S. $\overline{\text{VIID}}$. (7500) n. Item fund. Ligusticum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XL}}$. (40000) in H-S. $\overline{\text{IIID}}$. (3500) n. Item fund. Ennianum p. p. dim. quem professus est H-S. $\overline{\text{XV}}$. (15000) in H-S. ∞ (1000). Item fund. Valerianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{LXXXV}}$. (85000) in H-S. $\overline{\text{VIID}}$. (7500) n. Item saltum Canianum, quem professus est H-S. $\overline{\text{XVI}}$. (16000) in H-S. ∞ (1000). Item fund. Cabardiacum veterem in Velejate pag. s. s., adf. C. Volumnio Memore et rep. Placentinorum et Metello Firmino, quem professus est H-S. $\overline{\text{CCX}}$. (21000) in H-S. $\overline{\text{XVII}}$. (17000). Item fund. Licinianum p. p. dimidia, qui est pag. s. s., adf. Licinio Vero, quem professus est H-S. $\overline{\text{VIII}}$. (8000) et fund. Dellianum, cum Colonia, qui est in Velejate pago Floreio, adf. Granio Frisco et Baebio Vero, quem professus est H-S. $\overline{\text{XXIIIDC}}$. (23600) n. in H-S. $\overline{\text{IICCXXI}}$. (2321) n. Item fund. Attilianum, qui est in Placentino pago Venerio, adf. L. Atilio, quem professus est H-S. $\overline{\text{XXX}}$. (30000) in H-S. $\overline{\text{IID}}$. (2500). Item fund. Clennianum p. p. dimid., pag. s. s., quem professus est H-S. $\overline{\text{XXV}}$. (25000), in H-S. $\overline{\text{II}}$. (2000). Item fund. Granisium, Furianum, Munatian. in Placentino pag. s. s., adf. Licinio Catone, quem professus est H-S. $\overline{\text{XII}}$. (12000) in H-S. ∞ (1000). Item fund. Cinnianum, pag. s. s., adf. L. Atinio, et fund. Caninianum, pag. s. s., adf. fundis s. s., quos professus est pluribus summis H-S. $\overline{\text{XVI}}$LVI. (16056) n. in H-S. ∞ (1000). Item fund. Satrianum in Velejate pag. Vercellense, adfin. Domitio

Primo et Atilio Saturnino, quem professus est H-S. LVI. (56000) in H-S. V. (5000). Item fund. Vennuleianum pag. Vercellensi, adf. Clodio Grapto et fund. Solianum et fundi Avilliniani partem dimidiam, in Placentino pag. Veronense, adf. P. Atilio et Arruntio Nepote, et fund. Blassianum p. p. VI., pag. Lurate, adf. Mirulinis, quos pluribus summis professus est H-S. XIIX. (18000) in H-S. ∞ (1000) n.

(14) P. Albius Secundus per Albium Severum fil. suum professus praed. rustica H-S. CLICC (151200) n. Accipere debet H-S. XIICIIII. (12104) n. et obligare fundum Julianum cum figlinis et coloniis VIIII., pagis Junonio et Domitio, adf. Maelio Severo, M. Velleio Fisiodioga et pop. quem professus est H-S. CXX. (120000) in H-S. XCLIII. (10155) [1]) n. Item fund. sive saltum Betutianum p. p. tertia, qui [2]) est in Velejate pag. Domitio, vico Caturniaco, adf. Antonio Prisco et C. Antonio et pop. quem professus est H-S. XXVICC. (26200) n. in H-S. II. (2000) n.

(15) C. Dellius Proculus per C. Dellium Hermen lib. suum professus est praedia rustica, deducto vectigali; H-S. CCXCIIDCCCXX. (292820) n. Accipere debet H-S. XXIIIDI. (23501) n. et obligare fund. Mucianum p. p. dimid., qui est in Velejate pag. Floreio, adf. M. Petronio Epimele et L. Granio Proculo et pop., et fund. Cornelianum Terentianum, pag. s. s., adf. Calidio Censore et L. Granio et pop., et fundum Vitillianum Rufianum pro parte III., pag. Floreio, adf. eo et Valeris fratr., et fund. Pulleliacum p. p. dimid., pag. s. a., adf. Aebutio Secundo et Dama, et fund. Virocaesium [3]) pro parte sexta in Velej. pag. Salutare,

[1]) Male in ant. XCIII.
[2]) Male in ant. quae.
[3]) Male in ant. *Virogaesium*.

adf. Vetelatibus, quos pluribus summis professus [1]) est H-S. XLIVDCXXX. (44630) [2]) n. in H-S. IIII. (4000). Item fund. Asellianum, Egnatianum p. p. dimidia cum meridibus, qui est in Velejate pag. Junonio, adf. Vibio Proculo et pop., quem professus est H-S. XXXIII. (33000), in H-S. III. (3000). Item fund. Afranianum, Mancianum, Bittelum, Arruntianum, pag. s. s., adf. rep. Lucensium et Minicia Polla et pop., quem professus est H-S. CLV. (155000) in H-S. XIII. (13000). Item fund. sive saltum Narianum Catucianum p. p. IIII. qui est in Velejate pag. Junonio, adf. Virio Nepote et pop., quem professus est H-S. XXID. (21500) n. et fund. Corbellianum, Asellianum, Egnatianum cum meridib., pag. s. s. adf. a. Villio Optato et Vibio Proculo et pop., quem professus est H-S. LIII. (53000) in H-S. IIIDI. (3501) n.

(16) C. Coelius Verus per Onesimum ser. [3]) suum prof. est praed. rustica in Plac. et Velejate et Libarnensi, deducto vectigali, et Is [4]), quae ante Cornelius Gallicanus et Pomponius Bassus obligaverunt H-S. DCCCXLIIIDCCCLXXVIIII. (843879) [5]) n. Accipere debet H-S. LXVIIDCCCL. (67850) n. et oblig. fund. Collacterum p. p. dim. et Colonia Cinnerum p. p. IIII., qui sunt in Velejate pago Junonio, adf. Valerio Adulescente, et Virio Nepote, et pop., et fund. Antonianum in Velejate pag. Medutio, adf. Attis fratrib. et Atilio Expectato et pop., quos duab. summis professus est H-S. XXXVIICD. (57400) n., in H-S. IIICCCL. (3350). Item fund. Vembrunium paternum, qui est in Velejate

[1]) Incipit columna tertia.
[2]) Male in ant. XLIDCXXX.
[3]) servum.
[4]) iis.
[5]) Male in anterioribus: DCCCLIII.DCCCLXXVIII.

pag. Domitio, adf. Licinio Catone et Sulpicia Priscilla .... quem professus est H-S. LXXICD. (71400) in H-S. VI. (6000) n. Item fund. Satrianum qui est in Velejate pag. Vellejo, adf. Lucensibus et Annis fratrib. et pop., quem professus est H-S. XXXII. (32000) in H-S. III. (3000). Item fund. Vibianum Librelium in Velejate pag. Statielo, adf. s. s., quem professus est H-S. XXXCC. (30200) n., in H-S. II. (2000). Item fund. Gittianum Roudelium, p. p. dimid., qui est in Velejate pag. Albense, adf. s. s., quem professus est H-S. XXXVI. (36000), in H-S. III. (3000). Item fund. Dirrianum in Velejate pag. Junonio, adf. Virio Nepote et Attiis [1]) fratrib. et fund. Graecanasium totum, et fund. patern., p. p. quinta, et parte decima, et Claris. p. p. III. et fund. Atereianum [2]) p. p. IIII. qui sunt in Velejate pag. Domitio, adf. Vibio Severo et Attis frat. et pop., et fund. Mutianum Cloustrum [3]) Tullare p. p. dimid., qui est in Velejate pag. Albense, adf. Aebutio Saturnino et Annis et pop. et fund. Antonianum Sevvonianum. Tullar. p. p. dimid. in Velejate pag. Albense, adf. Aebutio Saturnino et pop., quos pluribus summis prof. est H-S. XXXILX. (31060) n. in H-S. III. (3000). Item saltum Bituniam Albitemium, qui est in Velejate et in Lucensi pagis Albense et Minervio, et Statiello, adf. rep. Lucensium et Annis frat. et pop. quem professus est H-S. CCCL. (350000) in H-S. XXX. (30000). Item fund. Atilianum Nitielium [4]), qui est in Velejate p. p. VIII., pag. Bagienno adf. Licinio Catone et Cornelia Severa, et fund. Valerianum Amudis in Velejate et Parmensi pagis Salutare et Sal-

[1]) Male in anteriorib. *Annis.*

[2]) Male: *Atrelanum.*

[3]) Claustrum.

[4]) Male in anteriorib. *Anitielium.*

vio, adf. Lucensibus et Vettiis frat. et pop., et Senianum in Vellej. pago Medutio, adf. Flavis frat. et pop., quos pluribus summis professus est H-S. XXIIII. (24000), in H-S. II. (2000). Item fund. Baebianum Flavianum, qui est in Placentino pag. Vercellense, adf. Appio Sabino et M. Minicio et pop., quos professus est H-S. XIDCCCC. (11900) n., in H-S. IIICDLXVIII. (3168) n. Item fund. Calidianum, Epicandrianum, Lospistum, Valerianum, Cumallian. p. p. dimid., et IIII. pag. s. s., adf. Virio Nepote et Maelio Severo, et Atilio successore et pop. quos professus est H-S. LVIIIIXXIV. (59024) [1]) n. in H-S. VD. (5500) n. Item fund. Caerellianum Cumalian. p. p. dimid. et IIII. pag. s. s., adf. Volumnio Crescente et fundo Messiano, et Berullianum in Placentino pag. Herculanio, adf. M. Minicio, quem professus est duabus summis H-S. XXIIIDCCXXC. (23780) in H-S. II. (2000). Item fund. Polionianum in Plac. pag. Farraticano, adf. L. Dellio Publicio Stephano, p. p. III. quem professus est H-S. X. (10000) et fund. Dellianum, Afranianum et fund. Dellianum p. p. dimid., qui sunt in Velejate pag. Floreio, adf. Q. Baebio Aebutio Pudente et pop., quos duabus summis professus est H-S. CXXII. (122000) in H-S. IVDXXXII. (4532) n.

(17) L. Annius Rufinus nomine suo et C. Anni Veri frat. professus est praed. rustica, deducto vectigali et, quod Pomponius Bassus obligavit H-S. |X|XIIIIXC. (1014090) n. Accipere debet H-S. XXCIIIDCCCCL. (83950) et obligare fundos Solianum cum communionibus qui est in Velejate pag. Bagiennio, adf. Naevis Firmo, et Memore, et pop., quem professus est H-S. LXXIIII. (74000) in H-S. II. (2000). Item fund. Bivelium cum communionibus, pag. s. s., adf. Antonio

[1]) Male: LVIIIXXIV.

Prisco et pop., quem prof. est H-S. CXXIIICD. (123400) n., in H-S. X. (10000). Item fund. Spennellam cum communionibus, qui est in Velejate pag. Domitio, adf. Cn. Antonio Prisco et Licinio Catone, quem professus est H-S. XXVI. (26000), in H-S. II. (2000). Item fund. Ibocelis [1]), pag. s. s., cum communionib., adf. Cn. Antonio et Attiis [2]), et pop., quem professus est H-S. XX. (20000), in H-S. ICDL. (1450). Item Vatinanos, Tovianos p. p. dimid., qui sunt in Velejate pag. Statiello, adf. rep. Lucensium et Annia Vera et pop., quos professus est H-S. CL. (150000), in H-S. XIID. (12500) n. Item fund. Attidianum Tovianis cum communionib., qui est in Velejate, pag. s. s., adf. Coelio Vero, quem professus est H-S. XXV. (25000), in H-S. II. (2000). Item fund. Undigenis cum communionib., pag. s. s., adf. Lucensibus et C. Coelio et pop., quem professus est H-S. XLIV. (44000), in H-S. IIII. (4000). Item fund. Roudelium Glitianum cum communionibus, qui est in Velejate pag. Albense, adf. rep. Lucensium et popul., quem professus est H-S. XXXVI. (36000) in H-S. III. (3000). Item fund. Mucianum Cloustrum p. p. dimid., pag. s. s., adf. Aebutio Saturnino et Coelio Vero, et pop., et fund. Antonianum, Sevonianum, Tullare p. p. dimid., pag. s. s., adf. s. s., quos duabus s. [3]) professus est H-S. XIIX. (18000) [4]) n., in H-S. ∞ (1000). Item saltum, sive fundos Avegam, Veccium, Debelis [5]), et saltum Velvias Leu-

---

[1]) Male in ant. *Bocelis.*

[2]) Male: *Atilis.*

[3]) summis.

[4]) Male in ant. XLIX.

[5]) Frustra de significatione hujus vocis sudarunt interpretes. Haud fuisse nomen proprium fundi, evincunt columna IV. et VII. ubi est cum *meridibus et debelis*, tum *debelos cum figlinis. De Lama* opinatus est, *debelos* idem fuisse ac *merides*; sed

cumellum [1]), q. s. in Velejate pag. Albense et Velleio, adf. rep. Lucensium et Velejatium, et Aebutio Saturnino, quos professus est H-S. CLXXIIX. (178000) n., in H-S. XVI. (16000). Item saltum Bituniam, et Albitemium Betutianum, qui est in Velejate, et Lucense pagis Albense et Minervio et Statiello, adf. rep. Lucensium et Coelio Vero, quem professus est H-S. CCCL. (350000), in H-S. XXX. (30000).

(18) L. Lucilius Collinus prof. est praed. rustica H-S. LXXVDCCCCLXXV. (75975) n. Accipere debet H-S. VIXXXVI. (6036) n. et obligare fund. Minicianum, Vettianum p. p. dimidia, qui sunt in Velejate pag. Ambitrebio, adf. Momeio Persico et Virio Severo, et pop., et fundo Olympianum p. p. dimid., pag. s. s., adf. Licinio Firm., Salmetelio Firmino, Volumnio Memore et pop., quos professus est duabus summis H-S. XLIVDCCCCLXXV. (44975) [2]) n., in H-S. IIII. (4000). Item fund. Minicianum cum silv. Herennianio, p. p. III. pag. s. s., adf. Vibio Severo Momeio Persico et fund. Passeniano, pag. s. s., adf. Volumnio Epaphrodito, Attio Sabino, quos pluribus summis professus est H-S. XXVIII. (28000), in H-S. IIVI. (2006) n.

(19) L. Granius Priscus per Victorem ser. suum professus est praed. rustica, deducto vectigali, H-S. CXLIIXCDXX. (142420) [3]). Accipere debet H-S. XIDCCCCXII. (11912) n., et obligare fund. Junianum p. p. dimid. et III., qui est in Velejate pag. Floreio, adf. Petron. Epimele, et AvillIs frat. et pop., et fund.

aliam adtulit opinionem amici docti, qui eos explicavit per *locos infructiferos* vel *incultos*, decomponens vocem *debilis* in significationem *de abilis* i. e. *non habilis*.

[1]) Male: *Leucomelium*.

[2]) Male: XLVDCCCCLXXV.

[3]) Male: CXLIIDXX.

Catinianum, qui est in Velel. pago Junonio, adf. Dellio Senino, Publicio sene, et pop., quos duabus summis professus est H-S. XXIIICCCC. (23400) n., in H-S. II. (2000). Item fund. Metilianum in Velejate, p. p. dimid. et III., pag. Floreio adf. fundo Juniano et fundos Summetis Valerianis in Velejate pag. Statiello p. p. dimid., adf. rep. Lucensium et Veturis fratrib., quos *duab.* summis professus est H-S. XLIIICCCC. (43400) n., in H-S. IIIDCCCC. (3900) n. Item fundos Caesianos, Naevianos, Firmianos Arranian., Carigenum, qui sunt in Velejate pag. Salvio, adf. Terentio Floro et P. Sulpicio Baccho et, C. Caesio [1]) et pop., et fund. Atilianum, Arruntian., Innielium [2]), Antiate et Velejate pag. Floreio, adf. Afranio Prisco et Valerio Parra, quos duabus summis professus est H-S. XXXVII. (37000), in H-S. IIIXII. (3012) n. Item fund. Calidianum et Tricellianum, pag. [3]) s. s., adf. Coelio Vero et Aebutio Secundo, et fund. Mucianum, pag. s. s., adf. Virio Fusco et Dellio Senino, et Minicia Polla, et fund. Cassianum, pag. s. s., adf. Avillis fratrib. et silvas Suffetanas [4]), p. p. dimid., pag. s. s., adf. Petronio Epimele quos plurib. summis professus est, H-S. XXXI. (31000), in H-S. ∞ (1000). Item fundos Granianos, Afranianos cum Appennino Laevia p. p. dimidia. Item fund. Valerianum Laeviam in Velejate pag. s. s., adf. Coelio Vero et Caerellio Vero et pop. Et fund. Marianum, qui est Plac. pago Herculan., adf. M. Minicio et Terentio Sabino et pop., quos plurib. summis prof. est H-S. XLIII. (43000), in H-S. II. (2000) n.

---

[1]) Male in ant. *Cassio.*

[2]) Male: *Innelium.*

[3]) Incipit columna quarta.

[4]) Male: *Suffitanas.*

(20) P. Antonius Sabinus prof. est praed. rustica H-S. CXXXIICCCCL. (132450). Accipere debet H-S. XDCXXIIII. (10624) [1]) n. et obligare fund. Valerianum, qui est in Velejate pag. Albense, adf. Antonia Vera et Antonio Prisco et pop., quem professus est H-S. LXXIIIDCL. (73650), in H-S. VIC ∞ II. (60902) n. Item fund. Ancharianum p. p. dimid., pag. s. s., adf. M. Antonio et Calidio Proculo, et fund. Virtianum p. p. dimid., pag. s. s., adf. Coelio Vero et L. Annio et pop., et fund. Calidianum, pag. s. s., adf. M. Anton. Decimio Basso et pop., et fund. Serranellianum p. p. dimidia, pag. s. s., adf. Sextis fratrib. et Antonio Prisco et pop., et fund. Virianum, Vicanianum, Mammuleianum p. p. dimid., et fund. Mammuleianum p. p. VIII. in Velejate pago Domitio, adf. Antonio Prisco et Afranio Apthoro, quos plurib. summis prof. est H-S. LVIDCCC. (56800) n., in H-S. IIIDCCXXII. (3722) n.

(21) C. Calidius Proculus prof. est praed. rustica H-S. CCXXXIIIDXXX. (253530) n. Accipere deb. H-S. XVICCCXXXVIII. (16338) n. et obligare fund. paternum in Velejate pag. Albense, Blondelliae Seceniae, adf. Calidio Vero et Antonis Vera et Prisco, quem professus est H-S. XCIVDC. (94600) n. in H-S. VIIII. (9000). Item fund. maternum Munatianum, pag. s. s., adf. Antonis Prisco et Vera, et fund. sive agros Acutianos, Vetulianos [2]), Virianos, pag. et adf. s. s., quos plurib. summis professus est H-S. XXXICCX. (31210) n., in H-S. III. (3000). Item fund. Calidian., Laetianum, pag. s. s., adf. Sextio Secundo et Virtio Vero, et fund. Antonian. pag. s. s., adf. Virtis Pollione et Vero et fund. Crestianum, pag. s. s. adf. Albonio Pusillo et Virio Basso, et fund. Cornelianum, Meppedianum, Ve-

[1]) Male XDCXXIII.
[2]) Male *Vetutianos.*

tulianum p. p. dim., pag. s. s., adf. Calidio Vero et fund. Vetulianum Secundianum, pag. s. s., adf. M. Antonio et fund. Virtianum Lucianum, pag. s. s. adf. Vettis Vero et Secundo, quos plurib. summis prof. est H-S. XL. (40000), in H-S. III. (3000). Item fund. Aurelianum, Virtianum, Cornelianum, qui est in Velejate et Libarnense pag. Moninate, adf. M. Ennio et P. Albio, quem prof. est H-S. XXIIIDC. (23600) [1]) n. in H-S. ICCCXXXIIX. (1338).

(22) C. Volumnius Epaphroditus prof. est in Velejate per C. Fisium Diogan., et in Placentin., et in Velejate per P. Volumnium Graptum [2]) praed. rustica, deducto vectigali, H-S. CDXIIXCCL. (418250) n. Accipere deb. H-S. XXXIIIDLXII. (33562) n., et obligare fund. Metilianum, Lucilianum, Anneianum cum casis et silvis et meridib. et debelis, qui est in Velejate pag. Ambitrebio, adf. Cornelia Severa, Lucilio Collino, Q. Appio, Vibio Severo, quem prof. est H-S. L. (50000), in H-S. IVD. (4500). Item fundum Alfiam, Munatianum, Ancharianum cum fundo Paspidiano et Rosiano, et Mariano, et Aconiano, et Tarquitiano cum casis in Carricino, et silvis sagatis [3]) et loco agri Nasulliani in Placentino pag. Vercellense, et Velejate pag. Ambitrebio, adf. Cornelia Severa et Olia Calliope, Lucilio Collino et pop. Item fund. Caecilianum in Placentino pag. Vercellense, adf. Castricio Nepote, Olia Calliope, C. Decimio et pop., quos professus est H-S. CCL. (250000), in H-S. XXIIDCCXXXVI. (22736) n.

[1]) Male XXIIDC.

[2]) Male *Grapium*.

[3]) Quid *silvae sagatae* sibi velint, *Wolfium* latuit. *P. de Lama* silvas sagatas explicat, per densas, quarum arbores ita frondosi, ut fustes eorum, fronde tegantur, sicut militis corpus sago. Provocat ad analogiam *silvarum comatarum, opacarum* etc.

Item fund. paternum, qui est Placentino pag. Vercellense, adf. Castricio Nepote et pop., quem professus est H-S. XXXII. (52000), in H-S. III. (3000), et fund. Fabianum in Placentino pag. s. s., adf. Licinia Tertullina, P. Albio et populo, quem prof. est H-S. XXIV. (24000) in H-S. II. (2000). Item fund. Anneianum cum casa et praed. Valerianis ex parte dimid. in Plac. pag. Vercellense et in Veleiate pag. Ambitreb., adf. P. Olio Hymno et pop., quem prof. est H-S. XXVIID. (27500) in H-S. ∞CCCXXVI. (1326) n.

(23) L. Licinius L. F. per Veturium Severum prof. est fund. Valerianum et Metilian., et Tudinum, et Clodianum, et Veturianum in Velejate pag. Dianio H-S. LCCCL. (50350) n. Accipere debet H-S. IVMV. (4005) [1]) n. et fund. s. s. obligare.

(24) L. Maelius Severus prof. est praed. rustica, deducto vectigali H-S. CDXXCX. (420110) [2]) n. Accipere debet H-S. XXXIIIDCCCIIII. (53804) n. et obligare fund. Julianum, Tursianum, Cambelian., Lucilianum, Naevianum, Varianum, Vippunianum, q. s. in Velejate pag. Medutio, adf. Imp. N. [3]) et rep. Lucensium et rep. Veleiatium et Vibullis fr., et C. Novellio et pop., quos plurib. summis professus est H-S. CXXVIDCC. (126700) n., in H-S. XIICCCXXXIV. (12334). Item fund. Baetianum p. p. III. pag. s. s., adf. Vibio Severo et C. Novellio, quem professus est H-S. X. (10000) in H-S. ∞. (1000). Item fund. Vettianum in Velejate pag. Vellejo, adf. rep. Lucensium et rep. Veleiat. et Naevis frat. et fund. Petronianum p. p. dimid., pag. Junonio, adf. Vettio Fortunato, quos duab. summis prof. est H-S. XII. (12000) in H-S. ∞CC.

---

[1]) Male VMV.
[2]) Male CDXX.
[3]) Imperatore nostro.

(1200) n. Item fund. Varronium, pag. s. s., adf. C. Calidio et C. Vettio Secundo et pop., quem prof. est H-S. XIIIC. (13100) n., in H-S. ∞CCC. (1500) [1]) n. Item fund. Milleliac. [2]) p. p. III., pag. Floreio, adf. Coelio Vero et Virio Nepote et Delio Proculo, et fund. Braetianum Caninianum p. p. IIII, adf. C. Vibio Severo et C. Novelio, quos duab. summis prof. est H-S. XVIIID. (18500) n. in H-S. ∞DCCCL. (1850) n. Item fund. Cassianum, Novianum, Rutilianum, Plautianum, Antonianum, Coceiasium, adf. Albio Secundo et Volumnio Verecundo, pag. Junonio, sive, quo alio in Velejate, quem prof. est H-S. CXXX. (130000) in H-S. XIII. (13000). Item fund. Domitianum p. p. III. pag. Junonio adf. Virio Nepote et T. Blaiunio et fund. Demetrianum, Cassianum p. p. dimid., pag. s. s., adf. C. Volumnio Verecundo et pop. Item fund. Marianum pag. Floreio in Velejate, adf. Imp. N. et Minicia Polla, et C. Sulpicio et pop. Item fund. Petronianum in Velejate pag. Junon., adf. Vettio Fortunato et Caecilio Gallo et pop. Item fund. Novelian., Petronianum p. p. dimid. pag. s. s. sive alio, adf. C. Volumnio Verecundo et se, quos prof. est plurib. summis H-S. XXCL. (20150) n. in H-S. II. (2000). Item fund. Asscevam p. p. III., qui est in Velejate pag. Floreio, adf. Minicia Polla, et Dellio Proculo, quem prof. est H-S. XVIIII. (19000) in H-S. ∞CXX. (1120) n.

(25) Antonia Vera per Annium [3]) Rufinum prof. est praed. rustica H-S. CCXDCCCLXVI. (210866). Accipere deb. H-S. XVIDCCCCII. (16902) n. et oblig. fund. Antonianum, Collianum, Valerianum, Cornelianum cum communionib., qui est in Velejate et in Li-

[1]) Male ∞CCCC.
[2]) Male *Mileiae.*
[3]) Male in ant. *Antonium.*

barnensi pagis Martio et Albense, adf. Calidis Proculo et Prisco et pop., quem prof. est H-S. CXXC. (180000), in H-S. XVI. (16000). Item fund. Antonianum p. p. dim. et VI. cum communionib. in Velejate pag. Albense adf. Antonio Sabino et Calidio Proculo, quem prof. est H-S. XXVIDCLXVI. (26666) n., in H-S. DCCCCII. (902) n.

(26) C. Vibius C. F. prof. est praedia rustica H-S. CLVDCCCXLII. (155842) n. Accipere debet H-S. XIICDLXXV. (12475) n. et obligare fund. Satrianum paternum, qui est in Velejate pag. Bagienno, adf. Cornelia Severa, C. Naevio Firmo et pop., quos professus est H-S. XL. (40000) in H-S. IIICDII. (3402). Item fund. Aurelianos, Vettianos, p. p. III. pag. s. s., adf. s. s., et fund. Muttienanos Vibianos, q. s., pago et adf. s. s., et fund. Vibullianum, Calidianum, pag. s. s., adf. Appiis [1]) Fratrib. et C. Vicrio Firmo p. p. dimid., quos pluribus summis prof. est H-S. XLVDCLX. (45660) in H-S. IV. (4000). Item fund. Vibian., p. p. dimid., pag. s. s., adf. P. Licinio Catone et pop., et fundos Betutianos, Aurelianos, p. p. IIII, pag. s. s. quos duab. summis prof. est H-S. LIIDCCCXXCII. (52882) n., in H-S. IVLXXIII. (4073) n. Item fund. Vibullianum, Calidianum, p. p. dimid., pag. s. s., adf. Meturicialis et Vicrio Firmo, quem prof. est H-S. XV. (15000), in H-S. I. (1000).

(27) M. Varius Felix prof. est praedia rustica H-S. LIIXCCCI. (58350) n. Accipere debet. H-S. IVDCLXIIX. (4668) [2]) et obligare in Velejate pag. Dianio, adf. Valerio Probo et Vera et Allelis [3]) fratrib.

---

[1]) Corrupte in ant. *Appio* F . . . .

[2]) Incipit columna quinta.

[3]) In ant. male: *Aelis*.

et sociis Taxtanulatibus [1]), et Baebia Tertulla et Valerio Veccunio et pop., fundos Naevianos duos, quos prof. est H-S. XXIIII. (24000), in H-S. II. (2000). Item Orbianiacum, quem prof. est H-S. XII. (12000), in H-S. ∞ (1000). Item fund. Taxtanulas [2]) et Budacelium pro indiviso ex parte sexta, quos prof. est H-S. XVII. (16050) [3]) n. et fund. Ju.....inatum p. p. IIII. quem prof. est H-S. VICCC. (6300) [4]) n. in H-S. ∞DCLXVIII. (1668) n.

(28) Cn. Antonius Priscus prof. est praed. rustica H-S. CCCLDCXXXIII. (350633) n. Accipere debet H-S. XXVIIICCL. (28250) n. et obligare fund. Vicirianum Mammuleianum cum communionib. p. p. dimid., qui est in Velejat. pag. Domitio, adf. Afranio Apthoro et Licinio Catone et T. Licinio et pop., quem prof. est H-S. XXX. (30000) in H-S. ∞CDLXXVII. (1477). Item fund. Muttienianum [5]) Cornelianum cum silvis, p. p. dimidia, pag. s. s., adf. Licinio Catone et Cornelia Severa et pop., quem prof. est H-S. XXXX. (40000), in H-S. IIID. (3500) n. Item fund. Calidianum, Atedianum maternum pro p. dimid., p. s. s., adf. Lucio et C. Annis et pop., quem prof. est H-S. XX. (20000), et fund. Trantianum p. p. dimid. pago et adf. s. s., quem prof. est H-S. X. (10000) n. in H-S. IICCLXXIII. (2273) n. Item fund. Licinianum p. p. dimid. et IIII et VIII. qui est pag. s. s., adf. Antonio Sabino et Afranio Apthoro et pop., et fund. Petilianum p. p. dimid., pag. s. s., adf. Antonio Prisco et pop., quos duabus summis prof. est H-S. XIII. (13000) in H-S. ∞ (1000).

---

[1]) Male: *Textanulatibus.*
[2]) Male: *Textanulas.*
[3]) Male in ant. XVII.
[4]) Male: VICCCC.
[5]) Male: *Muttianum.*

Item fund. Veturianum, Vinianum, Satrianum paternum, pag. s. s., adf. L. et C. Annis et Afranio Apthoro et pop., quem prof. est H-S. CXXXIII. (133000) [1]) in H-S. XII. (12000). Item fund. Vorminianum, Precele cum jure Apennini, Areliasci [2]) et Caudalasci et communionibus [3]), qui est in Velejate et in Libarnensi pag. Domitio Eboreo, adf. C. et L. Annis et Licinio Catone et Valerio Nepote, et pop., quem prof. est H-S. XX. (20000) et fund. Vibianum, Syrellianum in Velejate pag. Domitio, adf. s. s., quos prof. est H-S. VII. (7000), in H-S. IID. (2500) n. Item fund. Macatianum Ennianum, pag. et adf. s. s., et fund. Valerianum p. p. IIII. pag. et adf. s. s., et Valerio Nepote, quem duab. summis professus est H-S. XVII. (17000), in H-S. ∞D. (1500) n. Item fund. Antonian. p. p. III. cum communionib. in Velejate pag. Albense, adf. Antonio Sabino et Prisco, et fund. Minicianum, Lapponianum, Histrianum paternum, in Velejate pag. Bagienno, adf. L. et C. Annis et pop. Et fund. Attianum, pag. et adf. s. s., quos plurib. summis prof. est H-S. XLVDXXXIII. (45533), in H-S. IIII. (4000).

(29) L. Cornelius Helius per Fortunatum ser. suum prof. est fund. Tuppiliam, Vibullianum, Volumnianum

---

[1]) Male: CLXXXIII.

[2]) Male: *Aureliasci.*

Quid sit *jus Apennini*, incertum. *P. de Lama* opinatur, jus forte fuisse pascendi vel lignandi in Apennino monte, et in silvis Areliasco et Caudalasco.

[3]) *Communiones.* Idem quod, *compascua.* "Multis coloniis immunitas agri vicit assignationem; et cum plus terrae, quam datum erat, superesset, proximis possessoribus datum est in commune, nomine compascuorum." *Hygenus* de limitib. const. "Et est pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in communem propter quod ea compascua — in Italia *communia* appellantur." *Frontin.* de limitib. agror.

p. p. dimid., in Velejate pag. Domitio, adf. Sulpicio Nepote et Licinio Catone et pop., H-S. L. (50000). Accipere debet H-S. IIILXXV. (3075) n. et fund. s. s. obligare.

(50) Vibius Severus per Vibium Calvom lib. suum prof. est praed. rustica H-S. DCLXXIIIDCLX. (673660) n. in Velejate et in Placentino, deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit, accipere debet H-S. LIIICCCLXII. (53362) n., et obligare fund. Aeschiuianum p. p. dimid., qui est in Velejate pag. Ambitrebio, adf. Lucilio Collino et Minicia Polla et pop., quem prof. est H-S. XLV. (45000), in H-S. IV. (4000). Item saltum sive fundos Villam [1]) sive Velabras et Credelium, qui sunt in Velejate pago Medutio, adf. Licinio Catone et Coelio Vero et Caerellio Vero, quem prof. est H-S. CCCI. (301000), in H-S. XX. (20000). Item fund. Coelianum [2]), qui est in Vellejate pago Ambitrebio, adf. Licinio Firmino, quem prof. est H-S. XXVI. (26000), in H-S. IILXII. (2062) n. Item fundum Vetutianum, Scantiniacum, qui est in Velejate pago Domitio, adf. Antonio Prisco, quem professus est H-S. XXVIDCLX. (26660) n., in H-S. II. (2000). Item fund. Virianum, qui est in Placentino pag. Valerio, adf. Licinia Tertullina et Vibio Favore et pop., quem prof. est H-S. LXXII. (72000) in H-S. VII. (7000). Item fund. Statianum, pag. et adf. s. s., quem prof. est H-S. LXXII. (72000), in H-S. VII. (7000). Item fund. Tresianum pag. et adf. s. s., quem prof. est H-S. XXXVII. (37000) et fund. Antonianum in Velejate, pagis Venerio et Lurate, adf. Atilio Saturnino et P. Atilio Adjutore et pop., quem prof. est H-S. XII. (12000), utrosque in H-S. IIIID. (4500) n. Item fund. Caturniacum, pag.

[1]) Male *Ulilam.*

[2]) Male: *Collianum.*

s. s., quem prof. est H-S. XLICL. (41150) n. in H-S. IIIDC. (3600) n. et fund. Cornelianum, qui est in Placentino pag. Venerio, adf. Licinio Firmino, quem prof. est H-S. XL. (40000) in H-S. IIICCLX. [1]) (3260) n.

(31) Cornelia Severa prof. est praed. rustica in Velejate per Primigenium ser. suum, et in Placentino per Zosimum ser. suum, deducto vectigali, et quod Cornelius Gallicanus obligavit, H-S. undeciens LVIIICL. (58150) n. [2]). Accipere debet H-S. LXXXXICX. (91110) n. et obligare fund. Covanias et ovilia in Velejate pag. Ambitrebio, adf. Mommeio Persico, Vibio Severo et pop., quem prof. est H-S. CC. (200000) in H-S. XVIII. (18000). Item fund. Ollianos, Pomponianos, Sulpicianos, Covanias, Veconianum [3]), pag. et adf. s. s., quos prof. est H-S. XXCVIII. (88000) in H-S. VIDCCCXXCV. (6885) n. Item fund. Bettonianum, pag. et adf. s. s., quem prof. est H-S. XXXIID. (32500) n., in H-S. III. (3000). Item fund. Protianum, pag. et adf. s. s., quem prof. est H-S. XLVIII. (48000) in H-S. IIIID. (4500) n. Item fund. Aulianum, Tituronianum, pro p. trib. [4]), qui est in Velejate pago Bagienno, adf. Fabio Firmo et C. Vibio, quos duab. summis prof. est H-S. CXII. (112000), in H-S. V. (5000). Item fund. Moschianum, qui est in Placentino pag. Vercelensi, adf. Albio Secundo et Varronia Apollonia, et pop., quem prof. est H-S. XLVIII. (48000), in H-S. III. (3000). Item hortos Publilianos [5]), Fadianos, qui sunt in Placentino pag. Salutare, adf. Ennio Primo et Munatio Martiale, quos prof. est H-S. XXVI.

[1]) Male IIICC.
[2]) nummûm.
[3]) Male *Veconitanum*.
[4]) Lege: *pro parte tertia*. Error sculptoris.
[5]) Male in ant. *Publianos*.

(26000), in H-S. ∞ (1000). Item fund. Statianum Campianum, qui est in Placentino pago Noviodano, adf. Attiolino Paullino et Vibio Secundo, quem professus est H-S. L. (50000), in H-S. III. (3000). Item fund. Appianum Passianum [1]), qui est in Placentino pag. Briagontino, adf. Cornelio Strabone et Solonio Adepto et pop., quem prof. est H-S. CII. (102000) in H-S. VIII. (8000). Item fund. Octavianum [2]) Betutianum, qui est in Placentino pag. s. s., adf. Tertio Feicone [3]) et Licinio Catone et pop., quem prof. est H-S. XXXIICC. (33200) n., in H-S. ∞DCCCXXV. (1825) n. Item fund. Tirenteanos, Firmianos, Annisidianos in Placentino pag. Ceriale, adf. AlbIs fratribus et Licinia Tertullina, quos prof. est H-S. LII. (52000), in H-S. IV. (4000). Item fund. Largonianum in Placentino pago Valentino, adf. Geminio, quem prof. est H-S. XXIIII. (24000), in H-S. ∞D. (1500). Item fund. Nattianum, Fabricianum, qui est in Parmense pag. Mercuriale, adf. PopillIs fratrib., Terentia Vera et pop., quem prof. est H-S. XXC. (80000), in H-S. VD. (5500). Item fund. Putuanum, Vetutian. in Parmensi pag. Mercuriale, adf. Mamia Polla et Arruntio Burdone et pop., et Arbistriano in Parmense pag. s. s., adf. fund. Nattiano, quos duab. summis prof. est H-S. XXII. (22000) in H-S. ∞CC. (1200) n. Item fund. Scaevianum p. p. dimid., qui est in Placentino et Velejate pag. Vercellense et Ambitrebio, adf. Volumnio Verecundo et C. Pomponio et pop., quem prof. est H-S. XXIV. (24000), in H-S. II. (2000). Item fund. Scrofulanum et Succonianum in Placentino pag. Minervio, adf. CassIs fratrib., L. Labinco [4]), quem prof. est H-S. CLXXX. (180000),

[1]) Male: *Passinianum.*
[2]) Male *Octaviacum.*
[3]) Male *Felconi.*
[4]) Male *Labinio.*

in H-S. XXII. (22000) [1]). Item fund. Pomponianum Antonianum p. p. dimid., in Placentino pag. Cereale, adf. Afrania Musa et pop. et fund. Littonianum, Appianum, Ucubatianum, qui est in Placentino pag. Julio, adf. Vibullio Severo et pop., et silvas Castricinas et Picianas, qui sunt in Plac. pag. Vercellense, adf. Cornelia Severa, item agellos Vibullianos in Plac. pago Apollinare, adf. Afranio Prisco et pop., quos plurib. summis prof. est H-S. XXVI. (26000), in H-S. ↀↀ (2000). Item fund. Egnatianum, Safinianum, Pupianum, Mestrianum, Biturritam, in Placentino pag. Herclanio, adf. Munnio Severo et Cassio Juvene et pop., quem professa est H-S. LIII. (53000), in H-S. IIID, (3500) n.

(52) Minicia Polla prof. est praed. rustica H-S. LXVCCCC. (65400) n. Accipere debet [2]) H-S. LIICCXXXI. (52231) [3]) n. et obligare fund. Venecianum [4]) Terentianum, Domitianum, Petronianum, qui est in Velejate pag. Floreio, adf. Imp. N. et rep. Lucensium, quem prof. est H-S. XXXV. (35000), in H-S. IIICC. (3200) n. Item fund. Sextianum, pag. s. s., adf. L. Sulpicio et C. Dellio et pop., quem prof. est H-S. XXIIII. (24000), in H-S. IIXXXI. (2031) n.

(33) T. Naevius Titulius [5]) per Naevium Cinnamum prof. est praed. rustica H-S. LIIIDCCCC. (53900) n. Accipere debet H-S. IIIICCLXV.)4265) n. et obli-

---

[1]) Male XVII.

[2]) Incipit columna sexta.

[3]) In initio sigla posita est, quam explicat *P. de Lama* V. In anterioribus editionibus est: LIICCXXXI.

[4]) Male *Veneclanum*.

[5]) Male *Titullus*.

gare fund. Trim.... [1]) Tarquitianos [2]), Locresian. in Vellejate pag. Domitio, adf. Licinio Catone et Valerio [3]) Nepote, quem prof. est H-S. XIIIDCCC. (13800) n. in H-S. ∞LX. (1060) [4]) n. Item fund. Tarquitianum, adf. Cornelis Helio et Onesimo et pop., quem prof. est H-S. XL. (40000) in H-S. IIICC. (3200) n.

(34) C. Pontius Ligus per L. Pontium fil. prof. est fund. Aulianos, Caerellianos, Pullienianos, Sornianos et fund. paternum et fund. Naevianum, Titianum et fund. Metilianum, Vellejanum, Helvianum, Granianum in Velejate pag. Salvio, sup. vic. [5]) Iruacco [6]), H-S. LXIIDCCCCXX. (62920) n. Accipere debet H-S. IIIIDCCCCLXXXX. (4990) et fundum s. s. obligare.

(35) Valeria Ingenua per Valerium Lucrionem lib. suum, prof. est praed. rustica H-S. LXVIIIICCLX. (69260) n. Accipere debet H-S. VDLIII. (5553) n. et obligare fund. Varpros in Veleiate pag. Statiello, adf. rep. Lucensium et pop., quem prof. est H-S. XIICCLX. (12260) n. in H-S. ∞ (1000). Item fund. Aemilianum, Arruntianum, in Velejate pag. Velleio, vic. [7]) Ucciae, adf. rep. Lucensium et pop., quem prof. est H-S. LVII. (57000) n. in H-S. IIIIDLIII. (4553) n.

(36) L. Veturius Severus prof. est praed. rustica H-S. LVDCCC. (55800) n. Accipere debet H-S. IVCCCCXXVI. (4426) n. et obligare fund. Valerianum Genaviam p. p. dimid., et fund. Liccoteucum p. p. quarta, in Velejate pag. Dianio, adf. Clodis et Licinio,

---

[1]) In anterioribus editionibus: *Trianos.*
[2]) Male: *Arquitianos.*
[3]) Male: *C. Vibio.*
[4]) Male ∞LXV.
[5]) superiori vico.
[6]) Male: *Iracco.*
[7]) vico.

quos duab. summis prof. est H-S. XVIIIIDCCC. [illegible] n. in H-S. ∞CCXXVI. (1226) n. Item fund. Cardiacas, p. p. dim., in Velejate pag. Statello, adf. Coelio Vero et Cornelio Probo, quem prof. est H-S. XXXVI. (36000) in H-S. IIICC. (3200) n.

(57) L. Valerius Parra per Valerium Acceptum fil. suum prof. est praed. rustica, deducto vectigali. H-S. XCVIII. (98000). Accip. deb. H-S. VIIDCCCLXXXVII. (7887) n. et obligare fund. Amminianum [1]), Atlianum, Propertianum cum casis vectigalia Eburcianis, Pollianum, Ferramianum, pag. Floreio, adf. Petronio Epimele et Herennio Nepote et Arruntia Tertullina quem prof. est H-S. XXC. (80000), in H-S. VII. (7000). Item fund. Velebras, p. p. dimid., qui est in Placentino pag. Herculanio, adf. Dellio Proculo et Volumnio Carpo, quem prof. est H-S. XX. (20000) in H-S. DCCCLXXXVII. (887) n.

(58) Betutia Fusca per Betutium lib. suum, prof. est, deducto vectigali, fund. Popilianum [2]) et Valerianum in Velejate pag. Medutio, adf. Imp. N. et rep. Lucensium, et [3]) Aelio Severo et Satrio Severo, H-S. XCII. (92000) [4]) n. Accipere debet H-S. VIICCXLIII. (7243) n. et fund. s. s. obligare.

(39) Gittia [5]) Marcella prof. est saltum Drusianum cum coloniis duab. Magimagiana [6]) et Ferrania, in Velejate pag. Salvio, adf. Antonio Vero et Popilio agente, et C. et L. Herennis Naevis fratrib. qui ex

---

[1]) Male *Ammianum.*
[2]) Male *Popitianum.*
[3]) Male: L.
[4]) Male XCCC.
[4]) Male *Glitia.*
[5]) Male *Magiana.*

reditu aestimatus est H-S. C. (100000). Accipere debet H-S. VIIIL. (8050) n.

(40) Petronius Epimeles prof. fund. Carrufanianum [1]) et Ventilianum, cum casis in Velejate pag. Floreio et in Placentino pag. Herculanio, adf. Q. Baebio Vero et Virio Nepote et pop., deducto vectigali, H-S. LXXICCLVI. (71256) n. Accip. debet H-S. VDCCXIIII. (5714) [2]) n. et obligare fund. s. s.

(41) Q. Accaeus Aebutius Saturninus per Aebutium Hermen lib. suum, prof. praedia rustica, deducto vectigali H-S. CLVIIIDCCC. (158800) n. Accipere debet H-S. XIIDCCXVI. (12716) n. et obligare fund. Antonianos in Velejate pag. Albense, vico Lubello [3]), adf. Coelio Vero, AnnIs ArruntIs, et rep. Lucensium, quos prof. est H-S. CC. (200000).

(42) C. Naevius Firminus et pupillus [4]) Naevius Memor per L. Naevium, prof. sunt praed. rustica deducto vectigali, H-S. CXIIIDC. (113600) n. Accipere debent Naevius Firmus et Naevius pupillus, tutore auctore, H-S. VIIIIXCIV. (9094) n. et obligare fund. Didianum, Albianum, Vibianum in Velejate pago Bagienno, adf. L. et C. AnnIs et NaevIs Vero et Prisco, et Sulpicia Priscilla et pop., quos professi sunt H-S. LXXIIIIDCC. (74700) n., in H-S. IIIIXCIIII. (4094) n. Item fund. Betutianum Ulamonium, pag. s. s., adf. NaevIs Vero et Prisco, et AppIs Vero et Marcello et Licinio Catone et Antonio Prisco et pop., quos prof. sunt H-S. XCIIXD. (98500), in H-S. V. (5000).

---

[1]) Male *Carrusanianum.*

[2]) Male VDCCXIII.

[3]) Male *Lubelio.*

[4]) Male *pupilli.*

(43) Coloni Lucenses publice professi sunt saltus praediaque Bitunias, sive quo alio vocabulo sunt, pro indiviso, pro parte tertia, quae pars fuit C. AttI Nepotis, et quascumque partes habuit Attius Nepos cum AnnIs fratrib. et rep. Lucensium et Coelio Vero. Item saltus praediaque juncta, qui Montes appellantur, quae fuerunt AttI Nepotis propria, universaque. Item saltus praedia que Uccae [1]) et saltus praediaque Latavio vectigalia, et non vectigalia [2]), et saltus praediaque Laeveli, et saltus praediaque Berusetis, et saltus praediaque Coeliana, et saltus praediaque Boratiolae, et saltus praediaque Varisto [3]), et saltus praediaque Lesis [4]), et saltus praediaque Dinium, et saltus praediaque Poptis, et saltus praediaque Tigulliae, et saltus praediaque Mettiae, et saltus praediaque Bargae, et saltus praediaque Botelis [5]), et saltus praediaque Tarboniae, et saltus praediaque Vellanium vectigal*ia* et non vectigal*ia*, sive aliis nominibus vocabulisque sunt, qui sunt in Lucense et in Velejate et in Parmense, et in Placentino, et montibus, adf. compluribus, exceptis praedIs Caerelliano colle, et praedIs, quae Attius Nepos cum Priscilla aliquando possedit H-S. vicies quinquies, deductis reliquis colonorum et usuris pecuniae, et pretIs mancipiorum, quae in emptione eis cesserunt, habita ratione etiam vectigalium H-S. |XVI.| (1600000). Accipere debent H-S. CXXVIIIDCCLXXX. (128780) n. et obligare saltus sive praedia, quae s. s. s. [6]), deducta parte quarta.

---

[1]) Male: *Ucciae.*

[2]) Cum praedia vectigalia in dominio civili municipum, e. g. coloniae Luccae, essent, et ab eis per fiduciam mancipari poterant.

[3]) Male *Variso.*

[4]) Male *Jessis.*

[5]) Male *Bojelis.*

[6]) sunt supra scripta.

(44) T. Valius [1]) Verus prof. est praedia rustica, deducto vectigali, H-S. CCXLVIDCCCXXXXII. (246842) n. Accipere debet H-S. XVIIII. (19000) et obligare fund. Caninianum in Placentino pag. Vercellense, adf. Fisio Yacintho et Petronis fratrib., quos prof. est H-S. XL. (40000) in H-S. III. (3000). Item fund. Cornelianum Dellianum pag. Ceriale, adf. Valeris fratrib. et alis, quos prof. est H-S. XXXVIIIDCC. (38700) n., in H-S. III. (3000). Item fund. sive saltum Calventianum, Sextianum, cum vadis, et fund. Salvianum et campum [vectigal. et non vectigal.] [2]), et fund. Eppiano Titiolano Histrioduno, et fund. Taurianis duob., et fund. Afriano [3]) Dextriano cum meridib. omnib. et alluvionib. junctis praedis s. s., quae sunt in Placentino pag. Sinnense, adf. Gallis fratrib. et Quarto Modesto et rep. Placentinorum et alis, quos prof. est H-S. CLCC. (150200) n., in H-S. VIII. (8000). Item fund. Vitulianum in Placentino pag. Vercellense, adf. Licinia Tertullina et paganis pagi Ambitrebi, quem prof. est H-S. XXC. (80000) in H-S. . . . . [4]) (5000).

(45) P. Publicius Senex prof. est praed. rustica. H-S. CCLXXIC. (271100) n. Accipere debet H-S. XXICC ∞XI. [5]) (21811) et obligare fund. Numerianum, qui est in Placentino pag. Herculanio, adf. Novellio Fusco et Sulpicia Erato, quem professus est H-S. XXXVII. (37000) et fund. Petronianum, pag. s. s., adf. Cornelis

[1]) Male *Vatius.*

[2]) Verba uncinis inclusa per incuriam Sculptoris hic se insinuasse videntur, cum, ut supra dictum est, non solum agri vectigales a privatis haud potuissent per fiduciam obligari, sed etiam, cum T. Valius Verus jam supra, praedia vectigalia, quae forte in emphyteusin acceperat, ab obligandis praediis excepisset.

[3]) Male *Aeriano.*

[4]) Sigla, quam explicavit *P. de Lama* V.

[5]) Male: XXICCI∞IXI.

fratrib. et fund. s. s., quem prof. est H-S. XI. (11000) [1]) in H-S. IV. (4000). Item fund. Staniacum [2]) totum cum casa Valeriana p. p. sexta, pag. s. s., adf. s. s., et Novellio Fusco et pop., quem prof. est H-S. VI. (6000), et fund. Birrianum Velleianum cum meridib., qui est pag. s. s., adf. C. Lucilio, L. Virio et pop., quem prof. est H-S. XLVI. (46000), in H-S. IIIID. (4500) n. Item fund. Baebianum, pag. s. s., adf. Aurelia Exorata et P. Aurelio et pop., quem prof. est H-S. VI. (6000). Et fund. Pescennianum, pag. s. s., adf. Minicia Polla et Callidia Vibia et populo, quem prof. est H-S. XX. (20000), in H-S. ∞∞. (2000). Item fund. Vicrianum, pag. s. s., adf. [3]) Velleio Ingenuo et Caerellio Vero et pop., quem prof. est H-S. VIII. (8000) et fund. Balbinianum, pag. s. s., adf. pop., quem prof. est H-S. XL. (40000) in H-S. IIII. (4000). Item fund. Lucilianum, pago s. s., adf. L. Marrilio, Avillia Philaena, et fundi Sivoniani partem quartam, pag. s. s., adf. Sulpicia Erato, et fund. Calidianum pag. s. s., adf. C. Marcilio, L. Ennio, et fund. Marcilianum, pag. s. s., adf. Marcilio Pietate [4]) et Sulpicia Erato, et fund. Homusianum, pag. s. s., adf. Sulpicia Erato et Sertoria Polla, quos pluribus summis prof. est H-S. XLIIDCCC. (42800) [5]) n. in H-S. IIID. (3500). Item fund. Papirianum, pag. s. s., adf. M. Virio [6]) et pop., et fund. Mattellianum, pag. et adf. s. s., et fund. Vellejanum, pag. s. s., adf. L. Sitrio et Sulpicia Erato, et fund. Calpurnianum [7]) pag. s. s., adf. Dellio Vero et pop.,

[1]) Male XL.
[2]) Male *Stanlacum*.
[3]) Incipit columna septima.
[4]) Male *Pietato*.
[5]) Male XIIIDCCC.
[6]) Male *Vibio*.
[7]) Male *Fufianum*.

et fund. Lucilianum, Petronianum, pag. s. s., adf. Dellio Vero et Valerio Vero, quos pluribus summis prof. est H-S. XXVIII. (28000), in H-S. ∞DCCCXL. (1840) [1]) n. Item fund. Plautian., qui est in Placentino pag. Verontensi [2]), adf. Pompejo Primigenio et pop., et fund. Philetianum, cum meride, Vicriana in Placentino pag. Herculanio, adf. Caerellio Vero et pop., quem duabus summis prof. est H-S. XXIIIDC. (25600) n. et in H-S. II. (2000).

(46) L. Virius Fuscus prof. est praed. rustica H-S. CCLXVIIII. (269000). Accipere debet H-S. XXIDCL. (21650) n., et obligare fund. Octavianum, qui est in Placentino pag. Herclanio, adf. Gittia [3]) Marcellina, Albio Prisco, et pop., quem professus H-S. XXXVI. (36000), in H-S. IIICL. (3150) n. Item fund. Virtianum, qui est in Placentino pag. s. s., adf. Velleio Ingenuo, Licinio Senino et pop., quem prof. est H-S. XL. (40000), in H-S. IIID. (3500) n., et fund. Numisianum, pag. s. s., adf. Petronio Servando et Raecio Fortunato et pop., quem prof. est H-S. LXV. (65000) [4]) in H-S. VID. (6500) n. Item fund. Hostilianum, pag. s. s., adf. T. Avillio et Licilio [5]) Senino et pop., quem prof. est H-S. X. (10000). Item fund. Virtianum, pag. s. s., adf. Publicio Senino et Pomponia Procula, quem prof. est H-S. XXXVI. (36000), in H-S. IIII. (4000). Item fund. Pistel. [6]), pag. s. s., adf. M. Vibio et Olio Crescente et pop., quem prof. est H-S. XXX. (30000). Et fund. Calvianum, pag. s. s., adf. Tullio Primigenio et Olio Pudente, quem prof. est H-S. XX. (20000) in H-S. IIIID. (4500) n.

[1]) Male ∞DCCCXI.
[2]) Male: *Veronensi.*
[3]) Male *Glitia.*
[4]) Male XLV.
[5]) Male *Licinio.*
[6]) Pistellianum.

Item. Obligatio praediorum facta per Cornelium Gallicanum ob H-S. LXXII. (72000), ut ex indulgentia optimi maximique principis Imp. Caes. Nervae Trajani Augusti Germanici, pueri puellaeq. alimenta accipiant, legitimi N. XIIX, in singulos H-S. XVI. n. Fiunt H-S. III CCCCLVI. (3456), legitima H-S. XII. Fit summa utraque H-S. IIIDC. (3600), quae fit usura $\frac{2}{2}\frac{2}{2}\frac{2}{2}$ summae s. s.

(1) C. Coelius Verus professus est saltus Avegam Veccium Debelos cum figlinis, saltus Velvias Leucomellum, qui sunt in Velejate pag. Albense et Velleio, adf. rep. Lucensium et rep. Velejatium H-S. XC. (90000). Accipere debet H-S. IX. (9000). Item prof. est fund. Valerianum, Tovianas [1]), Adrusiacum, Lucilianum p. p. dimid. et fundum Noviacum [2]), pro p. IIII, qui sunt in Velejate pag. Statiello, adf. Annia Vera, rep. Lucensium et pop., H-S. LX. (60000). Accipere debet H-S. VI. (6000).

(2) L. Cornelius Severus professus est saltum Blaesiolam, qui est in Libarnense et Velejate pagis Bagienno et Moninate, adf. Vibio Severo et pop., H-S. CCCL. (35000), accipere debet H-S. XXXV. (35000).

(3) C. Vibi Severi, profitente ipso, fundi Aurelianus, Coelianus, qui s. in Velejate pag. Ambitrebio, adf. C. Volumnio Memore et pop., H-S. XXX. (30000), accipere debet H-S. III. (3000). Item saltus Attinava cum fundo Flaviano, Messiano, Vipponiano, qui est in Velejate pag. Ambitrebio, adf. L. Cornelio Severo et pop. H-S. XXX. (30000), accipere debet H-S. III. (3000).

---

[1]) Male *et Ovianas.*

[2]) Male *Noniacum.*

(4) M. Mommei Persici, profitente ipso, saltus Nevidunus in Velejate pag. Sulco, adf. Licinio Catone, Vettis fratribus et pop., H-S. $\overline{LX}$. (60000). Accipere debet H-S. $\overline{VI}$. (6000).

(5) Vibiae Sabinae, profitente Vibio Idaeo, saltus Carucla [1]) et Velius, et fund. Naevian., p. p. dimid., pagis Salvio et Valerio, inter adfines rem. Lucensium et P. Naevium Probum et C. Titium Graphicum et Q. Cassium Fausium, et pop., H-S. $\overline{C}$. (100000), accipere debet H-S. $\overline{X}$. (10000).

LXVII. a.

Obligationum similium Fragmenta duodecim.

Eruta sunt e ruderibus Velejatensibus; et asservantur in museo Parmensi. Omnia aeri incisa. Publici juris fecit *Petrus de Lama* in Commentario ad tabulam alimentariam §. VIII. p. 70-80. cum supplementis quibusdam.

I.

. . . . . .
. . . . . i . . . . . .
. . . . a professione L. Li*cinii* . . . . . .
. . . . a pro fundi s. s. parte q*uarta* (*s. quinta*) . .
. . *fund.* utrumque dedit L. L*icinius* . . . . . .
. . M. L. [2]) adepta pro domu expl*eta* . . . . . .
. . Verecundo pro fundo Lici*niano* . . . . . .
. . jus dedit hac die, id, quod . . . . . .
. . . . . .

II.

. . . . . .
. . . . . i . . . . . .
. . . . . *Cominio* . . . . . .

[1]) Male *Carrucia*.
[2]) *Liberta, libertatem?*

Lucio Vibio Sa*brico*
Marco Annio Ru*fino*
M. Fabio Marcel*lo*
Sex. Gem*ello*

III.

om
ioni Seni*no*
Pagi
rina pro fundi *paterni*
Senino pro fundi
*Pri*sco pro fundo
C pro fundo
pro fundo
rto pro *fundo*
urn
o

IV.

II. in K. [1]) Maia*s*
ex professio. M.
*Vi*bi Crassi. Ex pro*fessione*
in K. *Maias*

V.

o
H-S. VII
e de H-S.
min

VI.

de H-S. V
*cen*suque
censu

[1]) *Kalendas.*

VII.

d H-S. C.
VIII.
H-S. C.

VIII.

s
Neri
ded. [1]) cum
Non. Gemellus
dico C

IX.

i
i
a et V
i de
L. Vibulli
pom

X.

n [2])
prof. [3])

XI.

prof.
CL.
CL.
∞
DCCC
LXXV
CXXV.

---

[1]) *dedit cum*, sive *deducta quarta*.
[2]) *nummos*.
[3]) *professus*.

. . . . . XICC. H-S. IIDCCC
. . . . . DCCL
. . . . . Horatus
. . . . . VC. H-S. II
. . . . . ∞D
. CCL
. . . . . ∞

XII.

. . . . . CCCL . . . . . .

LXVIII.

Rescriptum Claudii Quartini ad Duumviros Pompejonenses.

Post *Maffeium* editum a *Terrassono* "Histoire de la jurisprudence Romaine." Adp. p. 44.

Claudius Quartinus II. viris Pompejonensibus salutem!

Et jus magistratus vestri exequi adversus contumaces potestis, et nihilominus, qui cautionibus accipiendis desunt, sciant, futurum, ut non per hoc tuti sint. Nam et non acceptarum cautionum periculum ad eos respiciet, et quicquid praesentes quoque egerint, id communis oneris erit. Datum Nonis Octubris Callagori, Imperatore Caesare Trajano Hadriano Augusto tertium Consule.

LXIX.

Tabulae missionum militarium.

I. Pervenerunt ad nos tabulae aeneae, testimonia honestae missionis militum [1]) continentes, quindecim, aliae aliis integriores, et frustum decimae sextae. Singulae plures editores nactae sunt; in omnibus autem, quotquot extant, colligendis, insudavit: 1) *Marinius* "Gli Atti e Monumenti de' Fratelli Arvali scolpiti gia in tavole di marmo ed ora raccolti, diciferati e comentati." (Rom. 1795. 4.) Parte II. Tab. XXXV. p. 433-468. junct. annotat. p. 471-488. — 2) *Theodorus Alexander Platzmann* in: "Juris Romani testimoniis de militum honesta missione, quae in tabulis aeneis supersunt, illustrati specimen. Scripsit et ill. IUtor. Ordinis auctoritate, praeside D. *Christian. Gottl. Hauboldo* etc. die XXII. m. Decembr. a. c. 1818. h. l. q. co. ad disputandum proposuit *Th. Al. Platzmann.*" Lips. 1818. p. I-XXXII.

Insuper complures editae ac illustratae sunt: 1) in Opere splendidissimo: "Delle Antichità di Ercolano." T. V. (Tom. I. monument. aeneor.) Neapol. 1767. fol. Praefat. p. XVI-XXXVI. junct. annot. p. XXXIX-XLV. — 2) in *Geo. Henr. Martinii* Diss. super Claudiana militum missione; et in: Antiquor. monumentorum Syllogo II. (Lips. 1787. 8.) Num. II. p. 101-154.

Ad singulas enarrandas me accingens, ingenue fateor, me, quae dicturus sum, e Platzmanniana opella fere omnia depromsisse. Ne tamen in plagiarii suspicionem cadam, scias, Hauboldum summum virum, cui opella Platzmanniana debet plurima, hoc non solum permisisse, sed etiam

[1]) Leges honestae missionis comprehenduntur, in fr. 2. §. 2. D. III. 2. *de his quae not. infam.* c. 12. C. Theod. VII. 20. *de veteranis*, c. 3. §. 4. C. Theod. VII. 21. *de testimoniali ex tribunis.* cf. *Platzmannum.* Cap. III. §. 1 et 2.

jussisse. Rem enim ad eum detuli, incertus, utrum unum tantum hujus generis monumentorum, collectioni meae inserere debuerim, an omnes tabulas exhibuerim; suadebat autem ille, ne vel unam quidem omitterem. Pace igitur tanti viri ea aggrediar, quae singulas quasque tabulas concernere videntur.

1) *Tabula Imp. Tiberii Claudii*, in usum Spartici cujusdam, Diuzeni filii Di . . . pscurti (sub quibus literis latet nomen patriae hominis, incertum quale), militis quondam gregalis sive gregarii, lata a. u. c. 805. Effossa est prope Stabias, anno 1750, et posthac in regium museum Herculanense delata. Edita: 1) in: "Antichità di Ercolano," aeri incisa, post p. XXXIX. et XLI. junct. comment. p. XVI-XXIX. — 2) a *Gabriel. Brotierio* ad Tacit. Tom. IV. (ed. 1. Paris. 1771. 4.) p. 401 sq. — 3) a *Sebast. Donato* in vett. Inscr. gr. et lat. noviss. thesaur. (Lucae 1775.) p. 459 sq. — 4) a *Martinio* l. c. ubi et aeri incisa est; — 5) novissime a *Marinio* l. c. p. 448. nro. I. junct. not. 139-141. p. 484. ubi etiam exemplum aeri incisum deprehenditur; — et a *Platzmanno* l. c.

2) *Tabula Imp. Serv. Galbae*, in gratiam Diomedis, Artemonis f. Phrygii, data a. u. c. 821. Reperta est anno 1688 in sarcophago, eruto Castri ad Mare, quod antiquitus Stabium adpellabatur, illata demum in Museum Mediceo Florentinum. Edita est: 1) ab *Ant. Franc. Gorio* in Inscriptt. Graec. et Rom. quae exstant in Etruriae urbibus. P. I. (Flor. 1727. f.) p. 257-262. — 2) a *Scip. Maffeio* "Istoria diplomatica." L. I. c. 12. p. 28-31. cum tab. aeri incisa, et comment. c. 13. p. 31-36. — 3) a *Lud. Ant. Muratorio*: Nov. thesaur. Inscript. Tom. I. (Mediol. 1739. f.) p. 306. 3. — 4) iterum a *Gorio*, l. c. P. III. (1743.) p. 144. cum tabula ligno incisa; una cum epistola *Hagenbuchii*; — 5) iterum a *Maffeio* in: Museo Veronensi. (Veron. 1749. f.) p. XCVII-C. cum tab. aeri incisa. — 6) a *Brotierio* ad Tacit. Tom. II. p. 455. —

7) a *Steph. Anton. Morcello* Libr. I. de stilo inscriptt. latin. (Rom. 1781. 4.) p. 189. — 8) a *Marinio* l. c. p. 449. nro. 2. junct. not. 142-146. p. 484 sq. — 9) novissime a *Platzmanno* l. c.

3) *Tabula ejusdem Galbae*, eodem die Mathaio, Polai f., Suros. concessa. Eruta anno 1728 Castri ad Mare. Edita: 1) a *Maffeio* in Verona illustrata. (Veron. 1731. 8.) P. II. Lib. V. p. 568 sq. num. 8. Conf. Addenda p. 485. — 2) a *Muratorio* l. c. T. I. p. 307. 1. sed parum emendate. — 3) a *Jos. Blanchinio* in: Demonstrationis historiae ecclesiasticae quadripartitae, (Rom. 1752. f.) P. II. p. 65. — 4) a *Franc. Eugenio Guasco* in Museo Capitolino. T. II. (Rom. 1775. f.) Cap. IV. nro. 161. p. 29. sq. — 5) a *Marinio* l. c. p. 450 sq. nro. 3. junct. not. 147 - 149. p. 485. — 6) novissime a *Platzmanno*.

4) *Tabula Imp. Vespasiani prior*, indulta Nervae, Laidi fil. Desidiati, a. u. c. 823. Detecta Resinae, et museo Herculanensi illata. Edita: 1) in: "Antichità di Ercolano." l. c. post p. XLIII. et XLV., aeri incisa; junct. p. XXIX - XXXVI. — 2) a *Donato* l. c. T. II. p. 459. sq. — 3) a *Marinio* l. c. p. 452. sq. nro. 4. juncta nota 150. p. 485. cum tab. aeri incisa; — 4) a *Platzmanno* l. c. cum tab. aeri incisa.

5) *Tabula Imp. Vespasiani altera*, data Platoni, Veneti f., centurioni Mezeio, a. u. c. 824. Salonae reperta migravit in museum Barberinianum. Ejus copiam fecerunt: 1) *Lipsius* ad Tacit. Histor. L. II. c. 100. et in Auctario ad *Smetii* Inscriptiones. L. B. 1588. f. p. 25. 2) *Gruterus* in Corpore Inscriptt. p. DLXXIII. nro. I. — 3) *Sponius* in Miscellan. eruditae antiquitatis. p. 245. — 4) *Just. Rycquius* in Comm. de Capitolio Roman. (L. B. 1669. 12.) c. 30. p. 381 sq. — 5) *Jo. Lucius* in Inscriptt. Dalmaticis. (Venet. 1673. 4.) p. 6. sq. — 6) *Jo. Fleetwood* in Syll. inscriptt. antiquar. (Lond. 1691. 8.) p. 185. —

6) *Brotierius* ad Tacit. T. III. p. 447. — 7) *Morcellus* l. c. p. 191. — 8) *Marinius* l. c. p. 454. sq. nro. 5. junct. not. 151-159. p. 485. — 9) novissime *Platzmannus*. Cf. et *Herm. Noordkerkii* Observ. c. 7. p. 137. sq.

6) *Tabula Imp. Domitiani prima* concessa C. Gemello, Croni fil. Coptitae seu Aegyptio, a. u. 839. Thebis reperta. Publici juris facta: 1) a *Joh. Cph. Amadutio* in Anecdotis literariis. Vol. I. p. 460-462. cum tabula aenea. — 2) in: "Giornale di Pisa. T. XIV. p. 291. 3) a *Donato* l. c. Tom. II. p. 461. — 4) a *Jos. Spalletio* "Dichiarasione di una tavola ospitale." (Rom. 1777. 4.) p. 139-147. — 5) a *Marinio* l. c. p. 456. sq. nro. 6. junct. not. 160-163. p. 485. — 6) a *Platzmanno*.

7) *Tabula Domitiani altera*, anni u. c. 845. sed adeo mutila, ut cui data sit, ignoretur. Reperta Cieslae in Ungaria a. 1547, et edita: 1) a *Grutero* l. c. p. DLXXV. nro. 1. — 2) a *Fleetwoodio* l. c. p. 186. — 3) a *Marinio* l. c. p. 462. nro. 7. junct. not. 164 et 165. p. 485. — 4) a *Platzmanno*.

8) *Tabula Domitiani tertia* data Pediti Veneto, Diti fil. Dauersio, ejusque uxori et filio, a. u. c. 846. Reperta Salonae, nunc extat Florentiae in Museo Mediceo. Postquam particulam ejus vulgaverat *Onuphrius Panvinius* in Comment. in Lib. II. Fastor. ad ann. 846, totam exhibuerunt: 1) *Lipsius* in Auctar. ad *Smetii* Inscriptt. p. 25. — 2) *Gruterus* l. c. p. DLXXIV. nro. 5. 6. 7. — 3) *Lucius* Inscriptt. Dalmat. p. 12. sq. — 4) *Fleetwoodius* l. c. p. 185. — 5) *Gorius* in Inscriptt. antiq. quae extant in Etrur. urbib. P. I. p. 69-71. — 6) *Franc. Ant. Zacharia* in Marmoribus Salonitanis. (1752. f.) p. XVII. 7) *Donatus* l. c. T. I. p. 160. — 8) *Brotierius* ad Tacit. T. II. p. 455. sq. — 9) *Marinius* l. c. p. 458. sq. nro. 8. junct. not. 166-173. p. 485. sq. — 10) denique *Platzmannus*.

9) *Tabula Imp. Hadriani prior*, data M. Nu-

misio, Saionis f. Nomasio Corso, a. u. c. 882. prope integra reperta apud Cremonam, hinc translata Romam, postremum Venetias in museum Grimani patriarchae. Edita: 1) a *Jo. Bapt. Fontejo* L. II. de prisca Caesiorum gente. (Bonon. 1582. f.) p. 103. — 2) a *Grutero* l. c. p. DLXXIII. nro. 2. 3. et pag. seq. nro. 1. 2. — 3) a *Mart. Smetio* Inscriptt. antiq. (L. B. 1588. f.) fol. XCIII. nro. 10. 11. — 4) a *Fleetwoodio* l. c. p. 187. — 5) a *Marinio* l. c. p. 460. sq. nro. 9. junct. not. 174-177. p. 486. 6) a *Platzmanno*.

10) *Tabula Hadriani altera*, truncata, data anno 882, incertum, cui. A *Panvinio*, *Fontejo*, *Smetio* et *Grutero* male cum praecedente conjuncta est; rectius separatam a priori vulgavit: 1) *Marinius* l. c. p. 463. nro. 10. junct. not. 178-182. p. 486; — 2) et novissime *Platzmannus*.

11) *Tabula Imp. Antonini Pii*, data Ursioni, Busturionis f. Azalo, a. u. c. 908. Integra reperta est a. 1785 in Vesprimensi Ungariae comitatu, et thesauro caesareo Vindobonensi illata, e quo edita: 1) a *Jos. Hilar. Eckhel* Sylloge I. nummorum veterum anecdot. (Vienn. 1786. 4.) p. 114-120. — 2) a *Steph. Schoenuisner* in Antiquit. et hist. Sabariens. (Pestini, 1791. 4.) L. III. c. 5. p. 102-106. — 3) a *Marinio* l. c. p. 464. sq. nro. 11. junct. not. 183-186. p. 486. sq. — 4) a *Platzmanno*.

12) *Tabula Imp. Aurelii Antonini*, data Valerio, Valerii fil. Valenti Ratiarensi, a. u. c. 918. Exstitit Patavii in Museo Pinelliano, vulgata, sed perverso ordine: 1) *Grutero* l. c. p. MXXXII. nro. 6. — 2) reformata, a *Marinio* l. c. p. 456. nro. 12. junct. not. 187-189. p. 487. — 3) a *Platzmanno*.

13) *Tabula Imp. Gordiani III.*, data C. Julio, C. fil. Decorato, a. u. c. 996. Reperta Lugduni a. 1758, vulgata: 1) ab *Amadutio* in: "Novelle di Firenze dell' a. 1786." p. 514. Iterum in peculiari libello, ut videtur

Martinio. Praefat. ad Syllog. II. antiquor. monumentor. p. XII. — 2) a *Marinio* l. c. p. 466. nro. 13. junct. not. 190. 191. p. 487. — 3) a *Platzmanno*.

14) *Tabula Imp. Philippi utriusque*, patris et filii, prior, contessa T. Flavio T. fil. Alexandro aliisque, quorum nomina subscripta sunt, a. u. c. 1000. Edita: 1) a *Joh. Petr. Bellorio* in: Fragmentorum vestigii veteris Romae ex Tab. III. p. 19. ed. *Amadutii*. Rom. 1764. f. (prima editio prodiit Rom. 1673. f.) et migravit in Thesauri Graeviani. Tom. IV. p. 1955. sqq. — 2) a *Sponio* Miscell. erud. antiq. p. 244. — 3) a *Raph. Fabretto* Syntagm. de columna Trajani. (Rom. 1690. f.) c. 3. p. 70. — et Inscriptt. Cap. X. nro. 96. p. 687. — 4) a *Fleetwoodio* l. c. p. 186. — 5) a *Marinio* l. c. p. 467. nro. 14. junct. not. 192-197. p. 487. sq. — 6) a *Platzmanno*.

15) *Tabula eorumdem Imperatorum altera*, data M. Baetio M. f. anno u. c. 1001. Apud Mutinam effossa nunc Romae exstat. Ediderunt: 1) *Maffeius* in: Galliae Antiquitatum selectarum ep. I. p. 2-5. ed. II. Veron. 1734. 4. — tum in Museo Veronensi. p. 322-332. coll. p. 346-349. — 2) *Muratorius* Nov. thesaur. Inscriptt. T. I. p. 362. nro. 1. — 3) *Brotierius* ad Taciti T. II. p. 456. — 4) *Marinius* l. c. p. 468. nro. 15. junct. notis 198-203. p. 488. — 5) *Platzmannus*; denique ex jure illustravit *Herrm. Cannegieterus* Lib. II. Observat. jur. Rom. c. 13.

16) *Fragmentum lamellae aeneae incertae aetatis*, cujus utrique lateri pauca verba in tabulis missionum sollemnia inscripta sunt, quae, quo spectent, ignoravit 1) primus editor *Jo. Smetius* Antiquit. Neomagens. (Noviomagi Bat. 1678. 4.) p. 90. Indicavit, sed per errorem Sponii nomine loco Smetii usurpato, 2) *Marinius* l. c. p. 468. nro. 16. juncta nota 204. p. 488. — 3) novissime *Platzmannus*.

II. Si quaeras, cui usui hae tabulae olim fuerint? haec scias. Imperatores solebant non uni vel alteri militum, sed numero eorum, qui vel justa stipendia meruissent, vel aliis de causis hoc beneficio digni haberentur, plerumque militibus ejusdem classis, legionis, cohortis, alae etc. missionem indulgere, et gratiae in ipsos collatae memoriam mandare tabulis aeneis, quae in Capitolio aliove loco publico servarentur, subscriptis ad calcem cujusque exempli, singulorum, quos eodem tempore dimisissent, nominibus. E quibus, si quis commodi sui, majorisque fidei caussa copiam exempli sibi dari posceret, praesto erat scribarum publicorum officium, qui ex autographo palam praestante, ea excerperent, quae militi dimisso inservirent, et a praesentibus testibus obsignatum, privatae deposcentis custodiae committerent. Nostrae igitur tabulae ejusmodi copias exhibent, ex autographo excerptas, et a scribis publicis confectas, praesentibusque testibus obsignatas, quae singulis militibus dimissis traditae erant.

In hunc finem ea illis constituta est ratio, ut binis singulae tabulae laminis aeneis, quadrilateris, oblongis, prorsus aequalibus, et palmaris fere magnitudinis, aut etiamnum constent, aut olim certe constiterint; quae ita jungi aptarique in ora longiori consueverunt, ut per duplex foramen in superiori et inferiori margine terebratum, filum aeneum trajici, nectique posset, quo tabellae in speciem diptychorum, seu libelli duorum foliorum continerentur. Praeterea media cujusque tabellae pars bis et ipsa perforata conspicitur, ut alio filo, forte lino inde trajecto, tabula e transverso constringi, et ad instar testamentorum claudi posset. Lino ipsi in exteriore tabulae parte signacula testium adponebantur, et quidem in eo loco, quo ipsa testium nomina aeri incisa conspiciuntur.

Quatuor hinc monumentorum singulorum efficiuntur tabulae, quas majoris perspicuitatis causa numeris distinguemus, ut 1 et 2, interioris frontis, paginae superiori (1) et inferiori (2) respondeant, 3 et 4 utramque exteriorem frontem, 3. quidem aversam, 4. adversam significent; cujus seriei ea est vis, ut in alteram laminam (si libellus aperiatur, laevae lectoris manui oppositam) paginae 4 et 1. in alteram (e dextrae manus regioni conspicuam) 2 et 3. conveniant. Jam, quae clauso libello, *intrinsecus* latent paginae 1 et 2. (oblique prehensae) principalem missionis et privilegiorum una cum ea concessorum, formulam exhibent; earum vero, quae *extrinsecus* oculos feriunt, 3. in-

tegrum interiorum paginarum (1 et 2.) carmen minutioribus modo litteris repetit, 4. septem hominum nomina refert, quae testium, non, ut alii statuerunt, ipsorum militum dimissorum esse, infra videbimus. Ordo tamen paginarum non in omnibus monumentis nostris idem est, quippe quod ad 3 et 4 paginam attinet, in nro. X et XII. ita inversus, ut utriusque paginae 4. (quae sola cum 2. superest) non, sicut in reliquis, ex adverso adhaereat 1. sed 2, unde sequitur, tertiam, qua caremus, non cum secunda, sed cum prima itidem deperdita in utroque monumento coaluisse. Alia varietas invenitur in scripturae initio pagina tertia in sex quidem exemplis (nro. III. V, VIII. IX et XI.) *sinistrorsum*, in tribus (nro. II. IV et VI.) *dextrorsum*, facto.

Ut vero ad ipsam tabularum nostrarum sententiam progrediamur, conveniunt illae in eo, ut contineant: a) *Imperatorum*, qui missiones concesserant, *nomina et titulos sollemnes*; b) *Ordinem militum*, quorum numerus honesta missione et privilegiis ei adnexis esset ab Imperatore donatus. Additur plerumque nomen, Praefecti, sub quo dimissi militaverant, interdum elogium singulare sive numeri, in quo fuerant, sive ipsorum, quibus missio data est, porro stipendiorum, quae meruerant, tum expressa honestae missionis mentio, clausula denique nominum subscriptorum infra legendorum. c) *Civitatem* datam iis, qui ea adhuc caruissent [1]). Solae tabulae XIII et XV. civitatis largitionem plane ignorant, proculdubio quod missi militassent in cohortibus decem praetoriis, in quorum numerum, nulli, nisi cives adlegerentur, aut, si qui adlecti essent peregrini, hoc ipso ad civium dignitatem eveherentur. Ceterum civitatem non ipsis solum militibus, sed simul liberis posterisque eorum dari, si ab una tabula XI. discesseris, perpetuum est. d) *Connubium* [2]) sed ita tem-

---

[1]) Jus *civitatis Romanae* innui, docet *Platzmannus* l. c. Cap. III. §. 3. quem adhibe. Conferas etiam *Andr. Guil. Crameri* V.C. Pr. de juris Quiritium et Civitatis discrimine. Kilon. 1803. 4.

[2]) *Ulpian.* Fragm. tit. V. §. 8. "*Connubium habebant cives Romani cum civibus Romanis, cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum esset.*" Conf. *Ph. Matth. Mestre* D. de connubiis militum Romanorum; in *Oelrichs* Thesaur. Dissertatt. Belg. Vol. II. T. I. p. 303-307. et adhibeas *Platzmannum* l. c. Cap. III. §. 4.

peratum, ut semel, nec nisi cum uxoribus, quas tunc habuissent, quum est civitas data, aut si qui caelibes essent, cum iis, quas postea duxissent, *dumtaxat singuli singulas*, hoc est, ut in tabula XIII et XV. disertis verbis explicatur, *primas* [1]), concessum intelligeretur. Quod beneficium tum *ad peregrini juris feminas* expresse refertur, tum sic describitur, ut proclive sit, id maxime liberorum gratia fuisse indultum. In utraque enim tabula vis connubii ea esse perhibetur, ut *etiamsi* missi, *peregrini juris feminas in matrimonio suo junxerint, proinde liberos tollant, ac si ex duobus civibus Romanis natos.* e) *Diem et Consulem*, quo missionis et beneficiorum cum ea conjunctorum compos factus est numerus militum subscriptus.

Quae deinde sequuntur, spectant ad possessorem apographi publica fide dati. Continent enim f) *nomen militis* unius e numero missorum, rarius, ut in tabula XIV. plurium personarum e militis maxime familia. Tum gradum missi, e. g. *gregalis, peditis, centurionis*; dein nomen patris et patriae. g) Formulam, qua instrumentum dicitur *descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae* in loco aliquo publico. Cujusmodi loca duo quam maxime in variis tabulis commemorantur; alter *Capitolium*, ibique modo aedes Fidei P. R., modo ara gentis Juliae; alter *murus post templum Divi Augusti ad Minervam.* h) Denique adversa pagina exterior, quam nos quartam nuncupavimus, in binas columnas divisa, *septem testium* suppeditat *nomina*, praesentibus quibus exemplum ex aenea tabula authentica descriptum, et obsignatum fuit; intervallumque inter binas columnas ad eorum signacula, lino, quo tabula vincita, clausaque fuit, adponenda, exstat.

[Ipsas tabulas in calce libelli nostri quaeras.]

---

[1]) Haud vero *solas* duxissent, ut *Martinius* et Interpretes Neapolitani Antiquitatum Herculanensium putaverunt, quasi verba *singuli singulas* respexissent ad jus aliunde notissimum, ex quo civi Romano unam dumtaxat uxorem uno eodemque tempore licuerit habere.

LXX.

Litterae Velii Fidi, datae ad Jubentium Celsum.

I. Extant lapidi incisae Romae in domo Jacobi Alberini. Editae: 1) ab *Apiano* in Inscriptt. sacros. vetustat. (1534) p. CCXLVIII. — 2) post *Georg. Fabricium* in Monumentis, — 3) a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. DVII. nro. 1. — 4) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprudence Romaine." Adp. p. 45. — 5) a *Ficorono* "la bolla d'oro de' fanciulli nobili Romani." p. 70. — 6) aeri incisae in: "Nouveau traité de Diplomatique." T. IV. tab. 64.

II. Continent litteras a Velio Fido missas Jubentio Celso collegae, ut sibi transmittat libellum Arrii Alphii pro concedendo sepulcro ad Imperatorem directum, tum libellum ipsum, et decretum Jubentii Celsi.

Velius Fidus Jubentio Celso, collegae suo salutem! Desideri Frater! [1]) Arrii Alphii, Arriae Fadillae Domini nostri Imp. Antonini Aug. matris liberti, cocniti [2]) mihi ex longo tempore primae jubentutis, (etiam miratus sum [3]), cum ab aedibus essem, quod eo lo [4]) se contulisset, et a quo didici causas erequitionis [5]), set et religionis magnope. a Domino N. Imperatore impetrasse ita), ne qua mora [6]) videatur ei per nos fieri,

---

[1]) *Frater*, titulus honoris causa collegae Celso datus. —

[2]) *Lucii Arrii* — *liberti libellum tibi misi*, *cognitum* etc. legit Apianus.

[3]) *Sum* deest ap. Apian.

[4]) *loco*. Apian.

[5]) *Terrassonus* legit: *requisitionis*, vel *executionis*. Apianus habet *executionis*.

[6]) Apianus habet: *set et religionis set a Magno Antonino D. N. Imperatore impetrasset tam aequa mora videatur* etc.

libellum subscriptum, per eundem publicum [1]), sine mora mihi remittas. Opto, te salvom et FL BOEN ES [2]).

Exemplū libelli dati.

Cum ante hos dies conjugem et filium amiserim, et pressus necessitate corpora eorum fictili sarcophago commendaverim, doni quies [3]) locus, quem emeram, aedificaretur, via Flaminia inter miliar. II. et III., euntibus ab urbe partei laeva, custodia monumenti Fla. thumeles maesolaem stil orcili [4]), rogo, domita [5]), permittas mihi, in eodem loco, in marmoreo sarcofago, quem mihi modo comperavi [6]), ea corpora colligere, ut, quandoque [7]) ego esse desiero, pariter cum eis ponar.

Decretum [8]) fieri placet.

Jubentius Celsus promagister subscripsi III. Non. Noembr. [9]) Antio Polione et Opimiano Kos. ordinalis [10]), Severo et Sabiniano [11]) Cos.

---

1) scil. *nuntium.*

2) *et felicem esse.* *Terrass.* Siglam esse, putant, has litteras Benedictini, tali modo eam solventes: *et florentem bene omnino esse me scias;* sive: *bene omnia esse me scito.* — Apianus habet: *Opto te salvom et foelicem.*

3) *donec quietis locus.* *Apian.* et *Terrass.*

4) *Fla. Thumeles a Mesolo M. Seli Orcili.* *Gruter.* *Flavi tumulus ante solum Seji Orcili.* *Apian.* *et Terrasson. tumulum et urnam Seliordi.* *Alii,* secund. Terrass. *flant thumuli flesmae* (a *fleo,* sive *elesmae* ab ἔλεος) *solemnes.* *Benedictini.* Forte: *Flavii Thumeles, mausoleique Seji Orcilii,* sive: *ante solum Seji Orcilii.*

5) Lege: *Domine* sc. Imperator; et sic habet et Apianus.

6) *comparavi.* Apian.

7) *cuando me ego esse* etc. *Apian.*

8) *Feretrum.* *Apian.* *Grut.* et *Terrass.*

9) *II. Nonas Novemb.* *Apian.*

10) Lege: *ordinariis;* anno scilicet 155 p. C. n.

11) *Sabino.* *Apian.*

LXXI.

Diploma
sive concessio angariarum et parangariarum.

I. Editum: 1) a *Baronio* Annal. ecclesiast. Tom. III. ann. 314. nro. 70. — 2) a *Schoenemanno* "Codex der praktischen Diplomatik." T. I. p. 1.

II. De diplomatibus sensu stricto, sive adsignationibus angariarum, et victus, sumtibus publicis praestandarum, conf. fr. 27. §. 2. D. XLVIII. 10. *ad leg. Cornel. de falsis*, fr. 137. §. 2. D. XLVI. 1. *de Verbor. Obligat.* et commentationem peculiarem *Reichii* (Diss. de diplomatibus et tractoriis, vulgo Post- und *Kostzetteln*;) tum *Eisenhardum* de jure diplomat. p. 9. ed. *Wiesand.* — Nostrum diploma concessum est anno 314. p. C. n. die 28 April.

Petronius, Annianus et Julianus Domicio Celso, Vicario Africae!

Quoniam Lucianum, Capitonem, Fidentium et Nasutium Episcopos, et Memmarium presbyterum, qui secundum coeleste praeceptum domini Constantini maximi, invicti, semper Augusti, ad Gallias, cum aliis legis ejus hominibus venerant, dignitas ejus ad lares proprios venire praecipit, angarialem his cum annonaria competentia usque ad Arelatensem portum secundum imperatum aeternitatis ejusdem clementissimi principis dedimus, Frater, qua inde Africam navigent: quod solertiam tuam literis nostris scire conveniat. Optamus, te, Frater! felicissimum bene valere!

Hilarius princeps obtulit IV. Kalendas Majas, Triberis [1]).

---

[1]) al. *Treveris.*

LXXII.

Rescriptum Bassaei Rufi, et Macrini Vindicis, procuratorum rei privatae ad Magistratum Saepinatem et Bovinatem.

I. Extat Saepino, in lapide. Editum a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. DXIII. nro. 1.

II. Continet rescriptum procuratorum rei privatae principis [1]), Bassaei Rufi et Macrini Vindicis, ad magistratum Saepinatem et Bovinatem, quo magistratibus communicatur querela Cosmi, rationarii imperatoris, juncta epistola Septimiani administratoris ad Cosmum data, iisque injungitur, ut desinant injuriam inferre conductoribus gregum oviaricorum.

Bassaeus Rufus et Macrinus Vindex Magg. Saepinat. *et Bovinat.* salutem!

Exemplum epistolae scriptae nobis a Cosmo, Aug. Lib. a rationibus, cum his, quae junctae erant, subjecimus, et admonemus, abstineatis injuriis faciendis conductorib. gregum oviaricorum cum magna fisci injuria, ne necesse sit, recognosci de hoc et in factum, si ita res fuerit, vindicari.

Cosmi Aug. Lib. a rationibus, scriptae ad Bassaeum Rufum et ad Macrinum Vindicem, Pr. P. R. E. V. [2]).

Exemplum epistulae scriptae mihi a Septimiano Colliberto et adjutore meo subjeci . . . . . et peto, tanti faciatis scribere Magg. Saepin. et Bonian. [3]) uti desinant injuriam conductorib. gregum oviaricorum, qui

---

[1]) Conf. *Gutherium* de offic. dom. Aug. L. III. c. 18.

[2]) Procuratores privatae rei, egregios viros.

[3]) Lege: *Bovin.*

unt sub cura mea [et] facere, ut beneficio vestro ratio isci indemnis sit.

Scriptae a Septimiano ad Cosmum.

Conductores gregum oviaricorum, qui sunt sub cura tua, in re praesenti subinde quaererentur, per itinera collium frequenter injuriis Magg. R. P. a stationariis et Magg. Saepino et Boviano, eo quod in transitu jumenta et pastores, quos conductos habent, dicentes, fugitivos esse, et jumenta abacta habere, et sub hac specie oves quoque dominicas redhibeant. In illo tumulto necesse habeamus, etiam scribere, quietius agerent, ne res dominica detrimentum pateretur, et cum in eadem contumacia perseverent, dicentes, non curaturos se, neque meas litteras, neque, si tu eis scripsisses, ita fieri in loco domini, si tibi videbitur, judices.

LXXIII.

Gestorum de allegato commonitorio Lauricii confectorum fragmentum.

I. Extabat antea Veronae, sed nunc illatum est bibliothecae Vaticanae. Exaratum est in papyro, longitudine palmarum sex et dimidiae, latitudine palmae unius et trium unciarum. Publici juris factum est: 1) a *Mabillonio* in Supplemento libror. de re diplomat. Adp. p. 88. (1704). — 2) a *Benedicto Banchinio* in Adp. ad *Agnelli* librum pontificalem. Mutinae 1708. 4. p. 61-67. — 3) a *Muratorio* in Scriptorib. rer. Italicar. Tom. II. P. I. p. 199-201. — 4) a *Canonico de Johannis* in Cod. diplomat. Sicil. T. I. p. 48. — 5) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." Adp. p. 130-137. nro. 1. — 6) ab *Amadutio* in: Leges novellae V. anecdotae Theodosii jun. (1767) p. 115-130, cum notulis. — 7) a *Terrassono* "Histoire de la jurisprud. Rom." Adp. p. 64-66. — 8)

a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXIII. p. 108-110; junct. animadversionibus, p. 245-248.

Specimina scripturae exhibuerunt *Auctores novi tractatus Diplomaticae.* T. IV. tab. 63. et *Marinius* tab. II. Instrumentum ipsum, apud editores, excepto Marinio, inscribitur: *Commonitorium Theodosii junioris (vel Valentiniani III.) pro Sisinnio, cui res a Tranquillo extortae fuerant, sed per Pyrrhum tribunum jussu Imperatoris restitutae. Aliud rescriptum ejusdem argumenti. Et aliud. Fragmenta de executione commonitorii Imperialis.* Sed et sunt, qui inscribant: *Documentum datum missae cuidam personae, ad colligendos ecclesiae Ravennensis reditus in Siciliam. Fragmentum rationum editarum.*

II. Mirum omnino videtur, quod omnes fere, praeter Marinium, hujus chartae editores, se in illa, commonitorium Imperatoris cujusdam, rescriptaque ejus deprehendisse, sibi persuaserint, vel de mandato Sisinnii ad colligendas reditus Ravennatis ecclesiae in Siciliam missi cogitaverint, cum nuspiam in hoc instrumento vestigia occurrant hanc opinionem tuentia, immo ex illo manifeste appareat, et commonitorium et epistolas a Lauricio quodam ad suos conductores, actoresque vel administratores, directas fuisse. Me judice igitur Marinii opinio amplectenda est, qui chartae argumentum tale finxit. Lauricius quidam, vir illuster, forte Magister ille cubiculi Honorii imperatoris, Ravennae degens, Massam Fadilianensem, Cassitanam, et Enporitanam, i. e. complexum fundorum quorundam, e quibus Partilaticus, Atniana et Opera nominatur, in Sicilia, sub nomine patrimonii Siciliensis possidebat. Pars fundorum conductoribus, Eleutherio, Zosimo, Eubudo, Sisinnioque elocata, altera ab actoribus administrata erat. Cum vero fundus Partilaticus a Tranquillo quodam, Sisinnio conductori, extortus, et Gregorio cuidam, forte uno e conductoribus [1]) ecclesiae Ravennatis,

[1]) Partem enim locarii extorti a Sisinnio conductoribus ecclesiae

oppignoratus, postea vero ab aliis occupatus fuisset, et locaria a reliquis conductoribus haud rite solverentur, Lauricius Pyrrhum misit in Siciliam, ut ea exigeret; Pyrrhoque per morbum impedito, quo minus mandato plenam executionem daret, illi substituit Sisinnium conductorem, non solum, ut ea corrigeret, quae Pyrrhus male gessisset, sed et ut fundum Partilaticum ab occupantibus vindicaret. Conscripsit igitur commonitorium pro Sisinnio, nec non literas ad conductores et actores suos dedit, ut Sisinnio in omnibus, quae illi mandasset, auxilium et opem ferrent. Antequam Sisinnius in Siciliam profectus esset, eum hocce commonitorium Lauricii, una cum epistolis subjunctis, ut scilicet instrumenta illa plenam consequerentur fidem, nec executioni mandatorum in Sicilia impedimenta fierent, Gestis curiae, forsan Ravennatis, allegasse, charta nostra probat, nam re vera [1]) nihil aliud continet, quam particulam Gestorum illorum, quorum maxima pars periit. Perierunt enim, quae de petitione Sisinnii, ut instrumenta a-se prolata Gestis inderentur, acta fuerunt, tum agnitio instrumentorum a Lauricio efflagitata, et decretum Magistratus, editionem Gestorum jubens. Restant nil nisi instrumenta ipsa, ad petitionem Sisinnii ab Officio recitata; scilicet *commonitorium* Laurici, *epistolae* duae Lauricii, una ad Actores suos, altera ad conductores suos, directa, et *Index sive rationes* de iis, quae Pyrrhus exigere neglexerat, et quae a Sisinnio exigenda erant.

Gesta confecta sunt circa annum 444 p. C. n.

. . . . . .

„*Lauricius vir inluster Sisinnio.*

„ . . . . . .

Ravennatis solutam fuisse, alteram partem vero Pyrrho tribuere, erga cautionem sive apocham, ex ipsa charta apparet.

[1]) Elucet hoc e verbis: *Et manu domini subscribtio.* — *Item subscribtio.*

„ . . . *gerenda* . . . 12 . . . non p . .
„ . . . dem . . . . . *et* conductores vel
„homines nostro*s* rend . . . 10 . . . feliciter *si*
„Siciliam perveneris, duodecimae vel tertiae decimae
„ind*ictionis* . . . 9 . . Massae Fadilianae, quam
„ille minime profligavit [1]), discussis [2]) omnibus *ratio-*
„*nibus Pyrri* . . . ex undecima indictione, facies ratio-
„nes, ut quidquid per illius neglege*ntiam* non susceptum
„est, tua industria corrigatur, adque nobis reformetur [3]).
„Nihilominus hoc age . . . . . .
„ . . . . . 9 . . . Opto [4]), facis, ut authen-
„tic*as* ipsas ad . . . . dirigas, ... saquae
„ . . . . . 8 . . dem relictis scire possimus, *sed*
„*ita omn*ia procur*a*, ut dum a nobis . . . 7 . . .
„*a*lius fuerit directus, fidei industriaeque tuae possit
„pat*rimonium* noster . . . . . 5 . . . . . .
„Ante omnia de fundo Partilatico, quem Tranquillus
„in tempo*re* . . 6 . . 8 . . *Gre*gori quondam
„sub certa depectione [5]) fiduciae nexu [6]) obligaverat,
„juxta *cautionem* [7]), quam tecum portaveras, quam ipsi
„Pyrro refudisti, quia proxime *a nescio* quibus, quo-
„rum personam ignoramus, dicitur occupatum elicita [8])
„auctor*itate*, ut domui nostr*ae* reformetur, vel cert*e*

---

[1]) *profligare*, ἀπαιτεῖν, terminus technicus, i. q. exigere tributa. Conf. *Brisson.* de V. Sign.

[2]) *discutere rationes*, λογοθετεῖν, i. q. examinare rationes. *Brisson.* l. c. h. v.

[3]) *restituatur.*

[4]) In textu: *epto facis.*

[5]) Conf. *Gothofr.* ad c. 1. Cod. *Theod.* II. 14. *de his, qui potentior. nomina.*

[6]) De ritu oppignorandi per fiduciam loquitur.

[7]) i. e. *apocham.*

[8]) *illicita.*

„*omnis*, qui s(r)e obicita (u) *d* . . . *em* (n) . . .
„2 . . 6 . . *cu*ncti satisfaciat debito. Ut in hac
„parte prudentiam tuam ostende*res*, *minime* profligaveras,
„quoniam cautionem ipse tecum habes majorem . . .
„ . . 9 . . *ti*bi adquiras, quos solidos cum pen-
„siones quartae decimae indictionis . . . 6 . . .
„praeteritis temporibus, quidquid sollicitudine tua ex-
„actum fuerit . . . 8 . . ., deferas, vel certe fide
„et periculo . . . ordina*vit* (tis) *id* meis p . . .
„4 . . 6 . . bus, cum omnia documenta [1]), quae
„Pyrrus egerit, dirigas debito modo . . 6 . . 7
„ . . Gregori servata justitia, exige, ut, cum nobis
„satisfactum fuerit de *omnibus*, habita moderatione, ju-
„dicare possemus; quaeque tamen *jube*mus . . . *soll*er-
„tia tua omnia requirantur, ne in aliquo nobis aut se-
„cundae sententiae *nostrae* dispendium adferatur. Simili
„modo et de peculia Clodian . . . 10 . . . *scri-*
„*be*ndu(a)m esse jubemus; ad conductores etiam vel
„actores et familia *patrimonii no*stri [2]) litteras dedimus,
„ut admonitione nostra pro utilitate nostri *tuis obse*cun-
„dent jussionibus. Vide ergo, ne rursus aut tarditas
„aut desideria [3]) [*aut de*sideria] intercedat, et novitate [4])
„nos excogitare ipse facias. Speclr(s) per [5]) *id quod*
„domui nostrae necessatur [6]), si navis fuerit inventa,
„quae ad Ravennate*m urbe*m feliciter oportuno tempore
„disponat, transmitte, et n*isi for*te *inve*nias, qui Raven-

---

[1]) F. *omnibus documentis.*

[2]) Leg. *familiae patrimonii nostri; ut familia massarum, familia fundorum.*

[3]) F. *desidia.* Per incuriam scriptoris duo verba repetita sunt.

[4]) *novitates?* novas coercitiones?

[5]) Leg. *Specialiter, id, quod etc.*

[6]) i. q. *necessarium est. Necessare* occurrit et apud *Venantium Fortunatum.*

„nam veniat, ad urbem [1]) mittatur et in horreo nostro „consignetur."

Et manu domini [2]) suscribtio:

„Opto multos annos bene valeas!

„*Lauricius vir inluster* Actoribus."

„De nostra incolumitate gaudete! [3]) Illud etiam admo„nemus, ut Sisinnio conductore *Massae Fadi*lianae, ma„nente dispositione conductorum vestrorum, ejus jussio„nibus *obsecun*detis; cui post egressum Pyrri tribu*ni*, „ad omnia, quae minime egit procuranda, *misso com„mo*nitorio [4]) nominis nostri cura mandavimus; et nemo „vestrum rebellis con*tra eat*, ne in exemplo disciplinae, „ultioni prosternatur. Quidquid enim memo*ratus con„ductor* pro nostris commodis egerit, ex lectione com„monitorii nostri, gratum *nobis et acceptum* esse sci„bitis!"

„*Lauri*cius *vir inluster* Eleutherioni et Zosimo „cond*uctoribus*."

„*Nobis* sentientibus, utilitates nostras ab initio lacessiri, „non habetur ambiguum, *quod hos nec*essitas coegit, ut „Pyrrum tribunum in tempore ad Siciliam miserem*us*. „*Sed post* triennium reversus, diverso tempore corpo„rali tedio [5]) detentus, edocuit se *nostris* commodis „prodesse minime potuisse; et quia Sisinnium, qui ad„versus eundem *nonnul*la deposuerat, ex occasione ad„ventus ejus praesentem invenit, necesse fuit, a*d* omnia

---

[1]) sc. quandam Siciliae.

[2]) *Dominus* dicitur, cujus negotia geruntur. Conf. *Brisconium* de V. S. h. v.

[3]) E lectione *Koppii*. *Marinius* male supplet: *Volumus vos de incolumitate nostra* gaudere.

[4]) *Commonitorium*, ἐπιστολὴ ἀποστελλομένη μετὰ προστάξεως, ap. *Schol. Basilic.* — charta, qua quis commonetur, ut rem mandatam exequatur. cf. *Cangium* h. v.

[5]) i. e. *morbo*.

„agenda et corrigenda injungeremus, ut universa exacta, „remota fraude, *quar*tae decimae indictionis, ad nos „pensiones aut ipse feliciter deferat, *aut certe* trans„mittat. Quid igitur illi a nobis injunctum sit, lecto „commonitorio nostro *scibit*is. Videte ergo memores „salutis vestrae, ut pro nostri utilitate ejus obsecunde*tis* „*jussionibus*. De fundo Partilatico nihilominus actionem „memorato Sisinnio manda*vimus*, participato itaque „consilio et solacio agite, ut omnium rerum indemnitas „*servetur*."

Item suscribtio:

„Opto, b*ene* v*alete*!"

„*Patrim*onii Siciliensis, quid annua ab ind*ictione* „XII. Conss. Maxim. iter*um* et Pateri V. V. C. C. „conlo*cante* Bonifatio, praesente trib. Pyrro, „singuli conductores dare debent."

„Ita:"

„*Massa* Enporitana per Zosimum et Caprionem „sol*idos* n*umero* DCCLG.

„*Fund*us Anniana sive Myrtus per sstos sol. n. „CXLGI et *rati*one tritici sive hordei, quod ante bar„barico fisco [1]) praest*ab*atur sol. n. LXXV.

„ . . . fundi Operae per sstos, sol. n. LII.

„ . . . cu (a) lli (a)s, conlocante Sisinnio sol. n. CC.

„*Massa* Fadilianensis per Sisinnium, s. n. CCCCXLV.

„*Massa* Cassitana per Eleutherionem, Zosimum et „Eubudum sol. n. D.

„ . . . rr (ss) [2]), qui de ind*ictione* XII. inferendi „sunt solidi HCLXXV.

---

[1]) Fiscus regum Germanorum, qui Italiam occupaverant.

[2]) Lectio dubia. *rr* explicandum per *relatis rationibus*. Cf. *Fest.* de V. S. voce R. — *ss.* significare potest *suprascripti*, *simul-sumti*.

„*Ab Ind.* XIII. Conss. Theodosi Aug. XCII. et Al-„bini V. C. inferendi per *sstum* Pyrrum sol. IICLXXV.

„*Itaque* faciunt omnes qui de Ind. XII et XIII. per „tribunum Pyrrum inferendi sunt, auri solidos IIIICCCL. „et de reliqua Zosimi, juxta relationis epistulae trib. „Pyrri sol. ∞DCCC. *Itaque* faciunt tam de pensio-„nibus Ind. XII et XIII. quam de reliqua Zosimi, qui „per trib. Pyrrum inferendi debent rationibus Dn. *viri* „*inl.* Laurici solid. n. GCL. Ex *his solvit* Ravennae „solidi IIDCCXG. *Item in di*versis, juxta rationes ad [1]) „eodem datas, cujus fides discutienda est, solidi ∞.

„*Ex causa* lucrativa [2]) Massae Cassitanae et Enpo-„ritanae Indictione XI et XII. . . . . II de sol. n. „∞DXXXGI. unius Ind*ictionis*, sol. n. D. cum spor-„tula [3]) et interpondiis, *quos* intulit vel erogavit trib. „Pyrrus, solidi IIIICCXG.

„*Remanent*, quos inferre debet trib. Pyrrus, de „sol. n. GCL, auri sol. n. ∞DCCCCXXXIIII.

„*Prae*terea de debitu Eleutherionis, solid. n. „IICLXXIIII. requirendum, *quid* opera sua egerit vel „detulerit. *Illa* vero Tranquilli, quae Sisinnio extorsit, „de sol. n. MDCCCXI. constat, ejus *neglegentia* minime „ex*actum esse* . . . *inum* . . . *n. c. pro parte* ipsa soli-„dos acceptos Sisinnius *trad*idisse conductoribus eccle-„siae Ravennatis, testimoniis adprobavit."

. . . . . .

---

[1]) F. *ab.*

[2]) Loquitur de *causa lucrativa*, in sensu juris.

[3]) De *sportulis* cf. *Gothofred.* ad c. 1. C. Th. XV. 9. *de expens. ludor. Juretum* ad *Symmach.* Epist. L. IX. nro. 124. et *Adelung* in Gloss. h. v.

LXXIV.

Fragmentum chartae, argumenti incerti.

Extat Bononiae in museo Instituti, exaratum in papyro. Edidit illud *Marinius* nro. CXLII. p. 207. junct. notis p. 377.

. . . . . .
. . . . . p . . . . . *vestram rem* . . . . tur p . . . .
Ecclesiae Salonitanae i . . . . os(r) tetn . . . . . *li*teras adhuc la*r*giri, in quam *debe*tis nostris pro parte Ecc . . . ae*nt*ima . . . in eorum reperiuntur r . . . . . .
. . . . tius Notar*ius* Scae. Eccl. S*alonitanae* d*ixit*: Si qua pro partibus vestr*is* . . . . isse ob repetitiones . . . m (in) promissis chartulis . . . . . entes quidem, et ut arbi . . . . lo potestati ut fides eorum . . . . . .
. . . . . .

LXXV.

Chartula damnatae litis.

I. Extat Bergami (*presso la N. D. Antonia Solzi Suardi*), exarata in papyro, long. palmarum IV. unciar. II. Vulgata est: 1) a *Lupo* in Codice diplomatico Bergamensi. Tom. I. p. 477. (1784). — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXXXI. p. 197. junct. animadversionibus. p. 361. et specimine scripturae in tabula XX.

II. Chartula damnatae litis instrumentum erat, quo quis, si in aestimationem rei condemnatus fuisset, tantum victori promisit, in quantum damnatus erat.

Adolfus igitur et Siegfrida conjuges condemnati erant, ad refundendos solidos CXXX Leoni naviculario. Vendiderunt igitur in compensationem, Leoni, per aestimationem unam fundi Raonis unciam. Leo vero quinque bem solidos, aestimatum pretium excedentes restituit. Ac-

cepit ergo Leo aestimationem litis; et de hoc negotio conscripta est chartà nostra. Conf. fr. 3. D. XLII. 2. *de confess.* fr. 30. D. XVI. 3. *depositi;* fr. 7. D. VIII. 5. *si servit. vindic.* fr. 68. D. VI. 1. *de rei vindic.* fr. 21. D. XVIII. 4. *de heredit. vel act.*

. . . . . .
. . . ex . . . 4 . . . . re promi*sit* . . . . . .
. . . . . *damnate* litis chartulam in suo vigore maneat
. . . . . auri libra una, quamque licet, char*tula ab omni* vi, dolo metuque carente. Scribsi ego Marcator v. h. rogatus *ab iisdem*, id est, Vuaduulfo v. d. et Siccifrida h. f. conjuge ejus, qui a*d omnia*, quae superius leguntur, recognuscentes, subter *signa fecerunt*, et te*stes*, qui suscriberent, pariter conrogasse, *dixerunt*. De q. r. et de qb. omnibus stipul. et sponsionem inter*posita*. Actum Rav*ennae*, diae et P. C. ssti.

Signum † Vuaduufi v. d. . . . ad omnia sibi rel, *recognovit*.

Signum † Seccifridae h. f. conjug. ejus ad omnia sibi rel. recogno*vit*.

† Bassus V. C. huic chartule damnatae litis de una be*m* [1]) *uncia fu*ndi Raonis, que in centum triginta solidis Leoni v. h. Navicu*lario* [2]) *sollem*ni extimatione [3]) distracta est, et de una uncia ssti fundi, qu*ae pro certis* laboribus expensisque propriis ei ssto conlata est, rogatus *a Vuaduulf*o v. d. et Siccifrida h. f. conjuge ejus, qui superius signa fece*runt*, prestito et nostri presentia corporali sacramento, de conser*vandis* his omnibus, qui at pro derimenda lite, quinque bem solidos

---

[1]) *bes* unciae, et infra *bes* solidi. Lupus male intelligit de sigla *bonae monetae.*

[2]) De *Navicularii*s vide *Brisson.* de Verb. sign. h. v.

[3]) *aestimatione.*

mei prae*sentia* perciperunt, ad omnia eis relicta, ipsis presentibus testis suscribsi.

Hilarus v. h. huic chartule damnate litis de una bem uncia fundi Raugnes, que *in cen*tum trigenta solidis Leoni v. h. Navicul. sollemni extimatione distracta est, *et de* una uncia ss. fundi, quae pro certis lavoribus expensisque propriis ei ss. con*lata est*, rogatus a Vuaduulfo v. d. et Seccifrida h. f. conjuge ejus, qui superius sign*a fecerunt*, prestito et nostri praesentia corporali sacramento, de conservandis his omnib*us*, *qui* et pro dirimenda lite quinque bem solidos acceperunt, ad omnia e*i* relecta, *ipsis* presentibus testis suscribsi. †

Ego Ghiveric v. d. uhic chartule damnate litis de una bem unciam fun*di Raones*, quae in centum triginta solidis Leon*i* v. h. Naviculario solemni e*xtimatione* distracta est, et de una uncia ssti fundi, quae pro certis laboribus spensis*que propriis* ei ssto conlata est, rogatus a Vuadouulfo v. d. et Sicchifrida h. f., conjuge ejus, *qui superius* signa fecerunt, praestito et nostri praesentia corporali sacramento, de con*servandis* his omnibus, qui et pro derimenda lite quinque bem solidos, mei prae*sentia* perciperunt, ad omnia eis relicta, ipsis praesentibus testis suscribsi. †

† Ego Ardica v. h. huic cartule damnate litis de una bem unciam fundi Raunis, *quae in cen*tum triginta solidis Leoni v. h. Naviculario solemni extimatione districta *est, et* de una uncia sst. fundi, que pro certis laboribus expensisque propriis ei *ssto conla*ta est, rogatus a Vuaduulfo v. d. et *Siccif*rida h. f. conjuge ejus, qui superius *signa fe*cerunt, prestitum et nostri presentia corporali sacramento de conser*vandis* his omnibus, qui et pro derimenda lite quinque bem solidos mei present*ia perce*perunt, ad omnia eis relecta, ipsis presentibus, testis suscribsi. ✓ ✓ ✓

† Andreas v. h. huic chartulo damnate litis de una bem unciam fundi Ra*onis*, quae in centum trigenta solidis Leoni v. h. Naviculario sollemni extimatio*ne di*stracta est, et de una uncia ssti fundi, quae pro certis lavoribus *expens*isquae propriis ei ssto conlata est, rogatus a Vuaduulfo v. d. et Si*sifrida* h. f. conjuge ejus, qui superius signa fecerunt, praestito et nostri *praesen*tia corporali sacramento, de conservandis his omnibus, *qui ei pro* derimenda lite quinque bem solidos mei presentia percipe*runt*, ad omnia eis relicta, ipsis praesentibus, testis suscribsi.

Notit*ia* testium.

Bassus V. C. filius qd. Alexandri

Hilarus v. h. qui commanet ad p...9..,us.

*Gi*berit v. d. gener Cessinis Comitis.

Ardeca v. h. qui commanet ad *signum* ... giscas.

Andreas v. h. qu*i com*manet .....

LXXVI.

Fragmenta Gestorum de manumissione servorum quorundam.

I. Extant Romae in bibliotheca Vaticana, exarata in papyro, longit. unciarum XV. latit. unc. XII. — Publici juris facta sunt: 1) a *Donio* in Inscriptt. p. 491. nro. IX. 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. CXLI. p. 207; junctis annotationibus p. 377.

II. Manumissionem servorum et coram Magistratu per qualemcunque voluntatis declarationem, a domino fieri potuisse, manifestum est; necesse vero fuit, ut de actu ipso Gesta conficerentur, quorum exemplum charta nostra praebet.

Patet enim ex ejus laciniis, dominum quendam coram Johanne magistratu, servum suum, una cum uxore Lau-

rentia et filia Adauctensi, hoc modo manumisisse, iisque, ne nudum libertatis beneficium acciperent, fundos quosdam, aut in proprietatem, aut in usumfructum adsignasse. Gesta ipsa Saeculo sexto adscribenda esse videntur.

---

[1]) . . . . . .
e . . . obl*ac* . . . post hol*χ* . . . tunc *et* . . . . . .
possessionem relec . . . . . .
de qua re *necessarium est, adire Magistratum, ut pos*semus uti*liter* . . . . . .
[2]) Fl. Johannis *vir laudabilis Magistratus dixit* . . . *dae* ordin . . . sm (sii) . . . . . .
[3]) absolvendo paucos . . . . . *cum* uxore Laurentia et filia Ad*au*cten . . . . *libertatis titulum ad*quirere pot*uerint* . . . . . *et* ne nudum libertatis beneficium videa*ntur consecutos esse, concedo illis fund.* . . . *praes*tantem solidos viginti et *u*num, f*un*di Agolli, *qui praestat solidos* . . . . . , fund. Apr*a*nus, praest*at* sol. sidecim, fund. . . . . *a*nus, praest. sol*id.* quattuordecim, fund. . . . . , *titulo* proprietario, sub praefinita *in*ferius con*ditione, ut* . . . . . monia facere non omittant. Quod si forte n . . . . *neglexerint* . . . . . cede poste*ris*, ut Bilesarium cum uxore Sifilon*e* . . . . tur(s), inservire cinerib. famul. juris mei . . . . . sim*iliter* domnae matris meae Firminae, *n*ec non et d*eductis* peculiis vel *pensio*nibus om*nib. ort* . . . . . .
. . . . . .

---

[1]) Manumissoris verba coram Magistratu facta.

[2]) Magistratus decretum, ut scilicet enunciaret manumissor voluntatem suam.

[3]) Declaratio voluntatis suae a manumissore enunciata.

LXXVII.

Fragmentum rescripti cujusdam, ut videtur, imperialis ad Praesidem quendam provinciae.

Asservatur Genevae in bibliotheca publica. Exaratum est in papyro, vulgatum autem: 1) a *Maffeio* "Istoria diplomatica." p. 168. nro. XII — 2) a *Marinio* "I papiri diplomatici." nro. LXXII. junct. not. p. 245.

. . . tissimus commissam stac . . . . .
. . . iciana massas portionem sibi tam ex uxoris successione . . . . . *succ*essione quesitam a Nasune, questi sunt defineri pension . . . . . quem Claritas tua, praesenti auctoritate suffulta conven . . . . quam posse competere, prestita legitima sponsione . . . . . .
. . . . . .

LXXVIII.

Proclama locandarum aedium.

I. Extat Pompejis in pariete, albo colore illinito, literis rubris exaratum. Subest illi aliud proclama, literis nigris albo parieti inscriptum.

II. Publici juris fecit *Winckelmannus* in: "Sendschreiben über die Herculanischen Entdeckungen." (1762) p. 41.

In praedIs Juliae Sp. F. Felicis locantur
Balneum venerium et nonagentum tabernae, pergulae, coenacula ex Idibus Aug. primis in Idus Aug. sextas, Annos continuos quinque.
S. Q. D. L. E. N. C. [1])
Adeat Suettium Verum Aedilem.

[1]) Si quis dominam loci ejus non cognoverit.

LXXIX.

Rescriptum Secundini Proconsulis.

Extat Salonae in Graecia. Post *Fabricium* editum a *Grutero* Spur. p. IV. 2. a *Sponio* in Miscell. erud. antiquit. p. 279. et a *Terrassono* "Hist. de la jurispr. Rom." Adp. p. 44.

Decim. Secundinus V. C. Procons. Curatori et Defens. Amficissensium salutem!

Ut memini, non repurgari modo aqueductum, verum etiam induci aquas jusseram. Confestim igitur in veteres cisternas, aqua, ut semper cucurrerat, inducatur, gratias agentes beatitudini temporis, et moderationi meehe. Sperio, quod fundus, qui aquam publ. occupavit, publicus non fit [1]). Sane si similis interceptio iterum fieri possit, in cisternis ipsis, lapideo titulo posito, unde aqua veniat, adscribere, ut nulla invadendi publicum relinquatur occasio, memores eritis. Perfecta maneant omnia ante diem decimum Kalendarum Januariarum, vos ad Officium [2]) nunciare debere. Opto, bene valeatis!

---

[1]) Forte: *sit*.

[2]) scil. Proconsulis.

VIII.

Sententiae, Decreta, Interlocutiones.

LXXX.

Sententia de finibus inter Genuates et Viturios regundis dicta.

I. Aenea tabula, hanc sententiam continens, anno 1507 in Liguria effossa, et hodienum, nisi fallimur, Genuae servatur. Edita: 1) in fine Lucubrationum *Jac. Bracellei* (Paris. 1520. 4.) f. LXX. b. — 2) a *Geo. Fabricio* L. I. Monimentorum antiquitatis insignium. p. 27-31. 3) ab *Ursino* ad calcem libri *Augustini* de legib. nro. XVIII.— 4) a *Brissonio* Lib. V. de formulis c. 124. p. 407. sqq. — 5) a *Grutero* Inscriptt. p. CCIV. — 6) a *Terrassono* "Hist. de la jurisprud. Rom." Adp. p. 61. sqq.

II. Lata est a. u. c. 637.

Q. M. Minucieis Q. F. Rufeis de controversieis inter Genuateis et Veiturios in re praesente [1]) cognoverunt, et coram inter eos controversias composeiverunt, et qua lege agrum possiderent, et qua fineis fie-

---

[1]) fr. 44. D. IV. 8. *de recept.* "*Inter Costellianum et Sejum controversia de finibus orta est, et arbiter electus est, ut arbitratu ejus res terminetur. Ipse sententiam dixit praesentibus partibus et terminos posuit.*"

rent, dixserunt, eos fineis facere, terminosque statui jousserunt, ubei ea facta essent, Romam coram venire jousserunt, Romae coram sententiam ex senati consulto dixserunt, Eidibus Decemb. L. Caecilio Q. F. Minucio Q. F. Cos.

Qua ager privatus Casteli Veiturìorum est, quem agrum eos vendere, heredemque sequi licet, is ager vectigal nei siet, Langatium fineis agri privati ab rivo infimo, qui oritur ab fontei in Manicelo ad flovium Edem, ibi terminus stat. Inde flovio suso [1]) vorsum in flovium Lemurim, inde flovio Lemuri susum usque ad rivum Comberane, inde rivo Comberanea susum usque ad convallem Caeptiemam, ibi termini duo stant circum viam Postumiam. Ex eis terminis recta regione in rivo Vindupale, ex rivo Vindupale in flovium Neviascam, inde dorsum [2]) flovio Neviasca in flovium Procoberam, inde flovio Procobera deorsum usque ad rivom Vinelascam infumúm, ibei terminus stat. Inde sursum rivo recto Vinelasca, ibei terminus stat. Inde sursum rivo recto Vinelasca, ibei terminus stat propter viam Postumiam, inde alter trans viam Postumiam terminus stat. Ex eo termino, quei stat trans viam Postúmiam recta regione in fontem in Manicelum, inde deorsum rivo, quei oritur ab fonte in Manicelo ad terminum, quei stat ad flovium Edem. Agri poblici, quod Langenses possident, hisce [3]) fines videntur esse, ubi comfluont. Edus et Procobera, ibei terminus stat.

Inde flovio sursuorsum in montem Lemurino infumo, ibei terminus stat. Inde sursum vorsum jugo recto, monte Lemurino, ibei terminus stat.

---

[1]) *sursum*, ut et infra.

[2]) Leg. *deorsum*.

[3]) *haecce*.

Inde susum jugo recto Lemurino, ibei terminus stat in monte Procavo. Inde sursum jugo recto in Castelum, quei vocitatust Alianus, ibei terminus stat. Inde sursum jugo recto in montem Loventionem, ibei terminus stat. Inde sursum jugo recto in montem Apeninum, quei vocatur Boplo, ibei terminus stat. Inde Apenino jugo recto in montem Tuledonem, ibei terminus stat. Inde sursum jugo recto in montem Prenicum, ibei terminus stat. Inde sursum jugo recto Blustiemelo in montem Claxelum, ibei terminus stat. Inde deorsum in fontem Libriemelum, ibei terminus stat. Inde recto rivo Eniseca in flovium Procoberam, ibei terminus stat. Inde deorsum in flovium Procoberam, ubei confluont flovii Edus et Procobera, ibei terminus stat. Quem agrum poblicum judicamus esse, eum agrum Castelanos, Langenses, Veiturios possidere, fruique videtur oportere, pro eo agro vectigal Langenses Veituris in poblicum, Genuam dent in annos singulos H-S. n. CCCC. Sei Langenses eam pequniam non dabunt, neque satisfacient arbitratu Genuatium, quod per Genuenses mora non fiat, quo setius eam pequniam accipiant, tum quod in eo agro natum est, frumenti partem vicensumam, vini partem sextam Langenses in poblicum, Genuam dare debento in annos singolos; quei intra eos fineis, agrum possidet Genuas aut Veiturius, quei eorum possedeit K. Sextil. L. Caicilio, Q. Mucio Cos. eos ita possidere colereque liceat eis, quei possidebunt, vectigal Langensibus pro portione dent, ita ut caeteri Langenses, quei eorum in eo agro agrum possidebunt, fruenturque. praeterea, in eo agro, nei quis possideto, nisi de majore parte Langensium, Veiturium sententia ita non parebit, is agrum nei habeto, nive fruimino, quei ager compascuos erit, in eo agro, quominus pecuascere Genuates, Veiturios-que liceat, ita utei in cetero agro Genuati compascuo,

nei quis prohibeto, neive quis vim facito, neive prohibeto, quo minus ex eo agro ligna materiamve sumant, utanturque. Vectigal anni primi K. Januaris secundis Veituris, Langenses in poblicum, Genuam dare debento, quod ante K. Januaris primas Langenses fructi sunt, eruntque. Vectigal invitei dare nei debento, prata, quae fuerunt proxuma faenificei L. Caicilio Q. Mucio Cos. in agro poplico, quem Vituries, Langenses possident, et quem Odiates, et quem Dectunines, et quem Cavaturineis, et quem Mentovines possident, ea prata invitis Langensibus et Odiatibus et Dectuninebus, et Cavaturines, et Mentovines, quem quisque eorum agrum possidebit, invitis eis, nei quis sicet, neive pascat, neive fruatur, sei Langenses aut Odiates, aut Dectunines, aut Cavaturines aut Mentovines mallent in eo agro alia prata immittere, defendere, sicare, id uti facere liceat, dumne ampliorem modum pratorum habeant, quam proxuma aestate habuerunt, fructique sunt Vituries, quei controversias Genuensium ob injourias judicati aut damnati sunt, sei quis in vinculeis ob eas res est, eos omneis solvei, mittei, liberique Genuenses videtur oportere ante Eidus Sextilis primas, sei quoi de ea re iniquom videbitur esse, ad nos adeant primo quoque die, et ab omnibus controversieis et hono. publ. li. [1])

Leg. Moco. Meticanio, Meticoni F.
T. Flaucus Peliani, Pelioni F.

---

[1]) et oneribus publicis liberi sint.

LXXXI.

Sententia dicta de controversiis inter compaganos Rivilarenses, et Valeriam Faventinam tribum.

I. Extabat in lapide Tarraconae in hortis Antonii Augustini. Novissime vulgata est a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. CCIX. nro. 1.

II. Lata est a. u. c. 946, per Novium Rufum Legatum Aug.; cujus quidem judicis et mentionem injecit fr. 92. D. XXVIII. 9. *de heredib. instituend.*

Imp. Caesare P. Helvio Pertinace, princip. Senatus, Patr. Patriae, Cos. II. Q. Sosio Falcone, C. Julio Fructo Claro Cos. III. Idus Febr.

Sententiam, quam tulit L. Novius Rufus, Leg. Aug. Pr. Pr. V. C. inter compaganos Rivilarensis et Val. Faventinam, descriptam et propositam pr. Non. Novembr. inluster vir J. S. Rufus Leg. CCCX. decretum ex tilia recitavit:

Congruens est intentio mea, qua . . . . . us proximae argumentis . . . . . parte prolatis rei . . . p . . . ut me actu est d . . . inspectio, ita c . . . in privi . .

. . . . . .

LXXXII.

Sententia lata inter heredes Patulcii et Aelium Rufinum.

I. Marmori incisa asservatur Neapoli in domo Hadriani Guilielmii. Edita est: 1) a *Jac. Cujacio* in Observ. et Emendat. Libr. XVIII. cap. 32. — 2) a *Brissonio* Libr. V. de formul. cap. 129. — 3) a *Grutero* in Corp. Inscriptt. p. CCVIII. — 4) a *Terrassono* "Hist. de la jurisprud. Rom." Adp.

II. Lata est a Senecione, Subpraefecto classis praetoriae Misenensis.

Heredes Patulcii vendiderant Abascanto, patri Aelii Rufini fundum cum aedificiis superstructis, cohaerentem alteri fundo, in quo sepulcra condita fuerant. Inde controversia orta inter heredes Patulcii, et Aelium Rufinum. Locum fuisse religiosum et venisse quasi purum sciente emptore et venditore et compacto obscuratam faciem sepulcrorum, ex inspectione loci, Senecio deprehendit et ex vestigiis tituli abrasi. Proposuit igitur sententiam, ratam esse venditionem aedificiorum solo puro, id est, haud religioso positorum, licet cohaererent religioso loco. Immo et heredes venditoris propter neglectam a defuncto religionem, qui alterum locum religiosum vendidit tanquam purum dirutis sepulcris multavit pretio et usuris centesimis duplicibus cum anatocismo, ut ex ea pecunia pauperes milites classis primae Misenatium non collato aere aegroti curarentur, et mortui sepelierentur in eo loco religioso, Rufino militi ablato, factoque publico in usum militum sepeliendorum.

IN HIS AEDIFICIIS ET LOCIS
PVRIS ADJACENTIBVS, AEDIFICIIS, SIVE IS LOCVS
AGER EST AELI RVFINI MILITIS
CVJVS SE POSSESSOREM ESSE EX CAVSA EMTIONIS,
P. AELI ABASCANTI PATRIS SVI ALFENIO SENECIONI SVBPRAEF. CLASS. PR. MIS. PROBAVIT ET MERVIT SENTENTIAM, QVAM JVSSV EJVSDEM SENECIONIS SVBPRAEF. HVIC TITVLO PROSCRIPSIT.

Senecio C. C. C. [1]) dixit:

Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et loci,

[1]) *cum concilio collocutus.* Cf. *Brisson.* de formul. L. V. c. 169. Sic et in rubrica c. 6. C. VII. 26. *de usucap. pro emt.* legendum, pro vulgari *eum Coelio collocutus.* Vid. *Cujac.* Obs. et Em. L. XVIII. c. 32.

de quibus aput me actum est, re ipsa manifestatur. Cum igitur aedificia solo puro posita deprehenderim, neque ullo sepulchro superposita vel conjuncta, apparet venditionem eorum jure factam, ideoque ad Aelium Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur. Loci vero sive agri, quem adjacentem aedificiis Aelius Abascantus, pater Rufini ab heredibus Patulci Diocletis aeque mercatus est, quum habeat plurima et dispersis locis sepulchra, jus per venditionem transferri ad emptorem non potuisse, set, cum pater Rufini et postea Rufinus, quanquam non jure facta emptione semper in possessione fuerint, nullo jure eum locum vindicare sibi Patulcii possunt, plane cum in re praesenti inspexerim lituratum ag. et erasum. Patulcii dicunt, remanere in stipul. capita quaedam [1]) exprimentia haec verba: "Actius Diocl. Patulc. Dioc. F. cum fratribus, qui nunc hic adsunt, vendunt P. Aelio Abascanto locum purum, in quo nulla sepulchra jacta, superposita neque conjuncta apparent Lib. Nep. Pronep. Q." et reliqua.

Ob contemptum tamen religionis Rufinus, P. Aelii Abasc. F. agro privetur, fiatque publ. sepeliendorum militum class. pr. Mis. in usum. Heredes vero Patul. Dioc. mulctentur sorte una cum anatocismo binae centesimae usurae propter neglectam religionem sepulchrorum clam dirutorum, pauperesque milites class. pr. Mis. donati sint, dum aegrescunt et moriuntur, ne aere conlato curentur, sepelienturque.

QVAM SENTENTIAM SANCTAM ESSE, OMNES SCIVNTO, IDQVE TOTVM TESTATVR MARMOR.

---

[1]) *Cujacius* habet: *inspexerim obliteratum atque erasum Patulci Diocl. nomen, et remanere inscripta capita quaedam.*

OMISSA.

I.

Monumentorum sepulcralium Inscriptiones, testamentorum aliarumque dispositionum vestigia continentes.

1.

Romae in vinea Cardin. Carpensis, tabula marmorea, sed non omnino correcta scriptura. Extat apud *Gruterum* p. DCXXXVIII. 4.

DIS MANIBVS
M. VLPIVS. AVG. LIB. SYMPHOR . . . .
FLATVRARIVS. AVRI. ET. ARGENTI. MONETAR.
SIBI. ET. VIBIAE. HELPIDI. QVAE. ET. CLAVDIA.
LIB. ET. VXORI. SVA. VLPIAE. ARSINOE. FILIAE.
ET. CLAVDIO. ANTHIOCIANO. FILIO. HELPIDIS.
LIB. SVAE. FECIT. ET.
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. VTRIVSQVE. SEXVS.

Qui ex familia mei [1]) erunt, reliquiarum suarum condendarum causa et posterisque eorum, qui in nomine meo permanserint, ea conditione, ne fiducient, ne vendant, neve alio quo genere id sepulcrum, sive monumentum est, alienare ulli potestas sit.

H. M. H. N. S. [2])

---

[1]) pro *mea*.

[2]) Hoc monumentum heredem non sequitur.

2.

Romae in S. Antonio, e regione domus hospitalis Anglorum, prope curiam Sabellicam. Apud *Gruterum* p. DCLXXII. 1.

D. M.
AVR. MAXIMIANVS. AVR. OLYMPIADI. FIL. DVLCISSIMAE. QVAE. VIX. ANN. XXII. M. X. D. XXVI. ET. PVBLICIAE. CARPODORAE. EJVS. ET. LIB. LIBERTABVSQ. SVIS. POSTERISQ. EORVM. F.

Si quis hoc sepulcrum vel monumentum cum aedificio universo post obitum meum vendere vel donare voluerit, vel corpus alienum invehere vellit [1]), dabit poenae nomine arcae pontificum H-S. C̄. N. et ei, cui donatum vel venditum fuerit, eadem poena tenebitur.

3.

Tibure in aede S. Silvestri, in cippo. Conf. *Licetum* de lucern. L. VI. c. 5. Apud *Gruterum* p. DCCXI. 5.

VALERIA. ATHENAIS
FECIT. MODIAE. T. F. PAVLINAE. F.
PIISSIMAE. ET. SIBI. SVIS. POSTERISQ.
EORVM. VIX. ANN. XIII. M. XI.

Hunc locum, uti me viva determinavi, cum accensu gradum [2]) VII. et cippis inscriptis VII. collig. [3]) in circuitu p. [4]) CCCXX. et ab introitu portae superioris descensus dexterioris parte, usque ad cippum III. cum taberna via lata a pariete p. V. cedere debebit, et

[1]) *velit.*
[2]) *graduum.*
[3]) *colligatis.*
[4]) *pedes.*

pilas structiles II. usque ad januam superiorem, Hypanpelus huic cedat, in rigorem maceriae et furcarum, et ara, in qua furcepem.

4.

Romae in aedibus Delphiniorum, in cippo. Apud *Gruterum* p. DCXI. 13.

Huic monumento iter, aditus, ambitus debetur ex sententia Erotis Aug. L. judicis a via Campana publica dextrorsus inter maceriem Calamianam et insulam Eucarpianam per latitudinem pedes duo semis usque ad hoc monumentum, et hinc per circuitum totius monumenti usque in via, quae ducit in agro. Item idem monumenti iter, aditus debetur hinc secundum monumentum Atiniae Tyches et inde secundum maceriem Eucarpianam in qua oleae sunt, et inde recto quaque usq. ad viam publicam Campanam . . . . . .

. . . . . .

5.

Ravennae. Apud *Gruterum* p. DCCXLVIII. 11.

. . . . . .

ob memoriam patris sui, Dec. VII. Colleg. I. Fabr. M. R. [1]) H-S. ∞. N. liberalitate donavit, sub hac conditione, ut quotannis rosas ad monumentum ejus deferant, et ibi epulentur, dumtaxat in V. Id. Julias, quod si neglexerint, tunc ad VIII. ejusdem collegii pertinere debebit, conditione supradicta.

[1]) *fabrum nemorariorum?*

6.

Bergomi, in aede Benedicti, marmorea tabella, cui columna jam superposita. Apud *Gruterum* p. DCCLIII. 4.

ALBINIAE
VETTI. FIL.
VALERIANAE
PVDICISS. FEMIN.
P. APPIVS. P. F. EVTYCHES.

Ad cujus memoriam colendam huic colleg. Dendroph. leg. H-S. C̄. n., cujus summae reditu quodannis, die natal. ejusdem III. Id. April. decur. sportul. ex X̄CCC inter praesent. arbitrio suo divid. oleum et propin. [1]) ex X̄.DCCL. praebeant. Item lectisternium [2]) tempore parentalior. ex X̄.CC. memoriis ejusdem Valerianae et Appi. Valerian. fil. ejus per Offic. tesserarior. quodannis ponatur et parentetur. Item coronae myrt. ternae et tempore rosae Jul. [3]) ternae eis ponantur, micatae de selectis ex X̄.L. profundantur.

Item Appius Eutychianus maritus ejusdem Valerianae, scholae vexillarior. largitus est H-S. XXXX. n., ex cujus summae reditu quodannis die ss. natali ejus ante statuam lectist. ponant. sport. X̄. CCL. inter praesent. sibi divid. oleum et propin. per rosam praebeant.

7.

Romae in aede S. Anastasiae. Apud *Gruterum* p. DCCLXII. 5.

---

[1]) Decuriones sportulas — inter praesentes — dividant, oleum et propinationem — praebeant.

[2]) Lectisternium hic pro epulo, quod lectis stratis quandoque celebrabatur.

[3]) Pro *Rosae Jul.* Salmasius, de modo usurar. c. 7. legit *Rosarum*. Sed salva res est, si jungas *tempore Julii*, *et rosae ternae*.

D. M.
M. AVRELIVS. ROMANVS. ET.
ANTISTIA. CHRESME. VXOR. EJVS.
FECERVNT. SIBI. ET. LIBERTIS. LIBERTAB.
POSTERISQ. SVIS. ITEM. LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM. MONVMENTVM. AEDIFICIO.
SVPERPOSITO.

Hoc autem monumentum cum aedificio, neque mutabitur, neque vaeniet, neque donabitur, neque pignori obligabitur, nec ullo modo abalienabitur, ne de nomine exeat familiae suae.

8.

Romae e regione Xenodochii S. Spiritus, ad aedes privatas. Apud *Gruterum* p. DCCLXV. 5.

. . CILIVS. THREPTVS. ET. MANLIA. AGAPE. SE. VIVI
. . CERVNT. SIBI. ET. CAECILIAE. THREPTAE. FILIAE. ET
. . ECILIO. MEDAVRO. FILIO. ET SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQ. EORVM.

*H*oc monumentum, ne de nomine nostro exiat . . *q*ui exterum inducere voluerit, poenae *n*omine inferet arcae Pontificum H-S. L. M. n.

9.

Brundusii, extra urbem. Apud *Gruterum* p. DCCCI. 5.

M. LOLLIVS. ARPHOCRAS.
V. F. S. [1]) ET. PAELINAE. VXORI.
V. [2]) ET. LIB. LIBERTAB. POST. Q.
EORVM. M. S. S. E. H. N. S. [3])

[1]) vivus fecit sibi.
[2]) vivae.
[3]) monumentum sepulcrale sed et heredem non sequetur.

Neque ulli liquebit, locationis causa in annis centum quandoque transvendere; quod si qui adversus i fecerint, eorum bona pertinere debebunt ad rempublicam Brundisinorum.

10.

Buccini Lucaniae. Apud *Gruterum* p. DCCCX. 10.

. . . . . .

in quem induxi sarcophagum, in quem, dum receptum fuerit corpus meum, nulli umquam liceat accedere, neque vexare ossa mea; non filius, neq. nepotes, neq. de affinitate ullus. Si quis autem infringere vel aperire ausus fuerit, is tum inferet poene nomine Reip. folles [1]) mille. Sane Nevia Prisca si permanserit usq. in diem finitionis suae, recipietur ibi juxta maritum suum.

11.

Romae in basilica Divi Joh. Laternnensis, in Coelio monte. Apud *Gruterum* p. DCCCXXVII. 2.

D. M.
SEPONIA. PROCLINA. CONJVGI.
DVLCISSIMO. AVRELI. MERCVRIO.
MEMORIAM. ISTAM. SE. VIBA.
CONPARAVIT. SIBI. ET. SVIS. PO
STERISQVE. ITEM. LIBERTIS. LIBE
RTABVSQVE. EORVM.

Si quis autem memoriam ex numero filiorum sibe libertorum distrahere voluerit, inf. aer. PP. R. H-S. I. H. n. [1])

[1]) *Follis* vel est didrachmum vel duo minuta. Conf. *Scalig.* de re nummar. p. 56.

[2]) Lege: M.

12.

Romae in museo Card. Carpensis. Apud *Gruterum* p. DCCCXXVII. 6.

HORTVLO. AEDICVL. ET. SACELL. CVM. DISTEG
SERVILIA. CYNIRA. FECIT. SIBI. ET. M. SERVILIO. LIBE
RALIS. OPTVMO. VIRO. SVO.

pro parte tertia, H-S. ∞ M. n., M. Servilio Sereno, item pro parte tert. H-S. ∞ M. n., Rubriae Dione item pro parte tertia ∞ M. n. et quos i. f. c. H-S. in fr. P. XXIII. in agro P. XIIX. Q. condere vol. dab. in arcae Pont. X$^{\omega}$ num.

13.

Romae, in aedibus Pompei Cibonis, in Parione tabula marmorea. Apud *Gruterum* p. DCCCXXXV. 8.

DIIS. MANIBVS.
GN. TRIMELIVS. TROPHIMVS.
FECIT. SIBI. ET. FLAVIAE. PROBAE.
CONJVGI. CVM. QVA. VIXIT.
ANNIS. L. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQVE. POSTERISQVE. EORVM.

Si quis autem hoc vendere voluerit, arkae Pontificum H-S. X milia numûm inferet; vel si quis alienum corpus hic intulerit, poenam supra scriptam inferet.

14.

Romae in horto templi S. Joh. de Malva, trans Tiberim. Apud *Gruterum* p. DCCCXLIV. 4.

M. AEMILIVS. ARTEMA
FECIT
M. LICINIO. SVCCESSO. FRATRI
BENE. MERENTI.
ET. CAECILIAE. MODESTAE. CONJUGI
SVAE. ET. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM.

Excepto Hermete Lib., quem veto propter delicta sua, aditum, ambitum; ne ullum accessum habeat in hoc monumento.

15.

Romae in S. Anastasiae. Ap. *Gruterum* p. DCCCLVI. 6.

C. ALYPIVS. DADVCHVS. PAETVS.
FECIT. SIBI. ET.
LIBERTABVS. SVIS. POSTERISQVE.
EORVM.

Et Leg. Philemoni et Helladi amicis jus uniq. aedicul., et C. Rufo et Apollonio Helladi col. meis sing. jus sing. aedic., et Tropidi et Syntropio Crescenti jus singular. aedicul., T. T. Marcio et Philemo. jura C. Sempronii amici et conliberti fidei vestrae committo, ne quis vendat aut abalienet, sed uti his, qui supra scripti, scriptaeve sunt per me et meos, posterosque singula haec beneficia facienda praestabuntur.

H. M. H. N. S.

16.

Romae, in aedibus Delphiniorum. Apud *Gruterum* p. DCCCLXI. 13.

D. M.
L. BOJONIVS GENTILIS VIVVS
FECIT SIBI ET LIBERTIS LIBERTA
BVSQVE POSTERISQVE EORVM.

Hoc monimentum sive locum, si quis vendere vel donare voluerit, inferet Virginib. Vestalib. H-S. XX. n. aut aerario Populi Romani.

In fronte ped. VII. in agro ped. XVIII.

17.

Romae in domo L. Mutiani. Apud *Gruterum* p. DCCCLXXXI. 9.

MVTIVS. LEGITIMVS. ET.
MVTIA. LEGITIMA. SIBI. ET.
MVTIO. DIONYSIO. L. L.
POSTERISQVE. EORVM.

Post obitum nostrum corpus extraneum . . . . vendere sive donare voluerit, inferat aerario . . . . habebit delator.

18.

Tarracono. Apud *Gruterum* p. DCCCLXXX. 3.

Marullo Antiocho, Helenae Tertullianae P. Marul. pat. vivens bonis cessit, parte sibi quoad vixer . . . . reten., excepit que, ne quisquam aliq. vend., sed per gen. ips. possessio decur. vel per adnat. vel manumissos.

19.

Romae in basilica S. Petri. Apud *Gruterum* p. DCCCCV. 9.

M. CAMVRIVS. P. F. ROM
HORANVS
H. M. H. N. S.

Sed si hoc monumento ullius candidati nomen inscripsero, ne valeam.

20.

In agro Patavino, monasterio Prataleae. Apud *Gruterum* p. DCCCCV. 14.

L. CARTORIVS. P. F. FAB.
HIC. SEPVLTVS. EST.

Hic locus patet infr. P. XX. et a media forins. pro P. XXV. Hunc locum monimentum DIs Manibus do legoq.

21.

Romae apud Delphinium, tabula marmorea. Apud *Gruterum* p. DCCCCXL. 7.

DIS. MANIBVS. SACRV.
A. FVRIO. EPAPHRODITO. QVI
VIXIT. ANNIS. LXXX. ET. CONSIAE. PR
CVLE QVAE. VIXIT. LXV. PATRONIS. BENE
MERENTIBVS. FECERVNT.
LIBERTI. LIBERTAEQVAE. ET. COLLI
BERTO. FVRIO. EPAPHRODITO. QVI. IN. EVM.
SEPVLCRVM. EST. CONDITVS. VERNAE. ORVM.
QVI. VIXIT. ANNIS. XIX.

Hic tumulus nullo patebit. Si quis autem in hoc sepulcrum marmorato reliquias corporis intulerit, poenibitu. inter suos collibertos H-S. ∞ n. et posterisque nostroru. eam poenam.

Hujus sepulcri curam egit Furius Successus.

22.

Romae, in aedibus Benzoniorum, ad S. Marcum, tabula marmorea. Apud *Gruterum* p. DCCCCXLVI. 6.

. . . . . MES. EX. TRIBV
. . . . . ORVM. HOC. MONI
. . . . . AM. COMPARAVIT. VIRGINIO
. . . . . CIAE. HELPIDI. LIBERTAE
IDEM. CONJUGI. CARISSIMAE. ET. SIBI. ET.
C. MARCIO. VICTORI. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQUE. SVIS. POSTERISQVE. EORVM. NE. DE.
NOMINE. MEO. EXIAT.

Quod si quis id monimentum, partemve ejus vendere quis volet, vel donationis causa cui mancipare voluerit, aliove quo nomine ejus monimenti partem alienare temptaverit, dare damnas esto aerario Populi Romani H-S. XV. M. n. et collegio Pontificum H-S. XV. M. n. et emptor et venditor.

Comparatum autem est de H-S. VIIII. M. n.

H. M. D. M. A. H. M. EXT. H. N. S.

23.

Romae in aedibus D. Octaviani Zeri. Apud *Gruterum* p. DCCCCLVI. 4.

M. VALERIVS. DIVS.
FECIT. VALERIAE. CHRESTE
LIB. SVAE. CARISSIMAE. ET
M. VALERIO. TERTIO. LIB. SVO
ET. VALERIAE. PRIMAE. LIB. SVAE.

Hoc monimentu. L. Titurius Sabinus se vivo donavit L. Salvio Symphoro, mancupavitque sestertio nummo uno.

24.

Effossa anno 1602, lapide ab Urbe tertio, via Appia, tabula haec marmorea, edita ap. *Gruterum* p. MCXXXIII. 3.

D. M.
LABERIAE. CORINTHIADI. CONJVGI. CARISSIM
ET. LABERIO. EVTYCHETI. FILI. CARISSIMI
L. DECIMVS. LABERIVS. CLAVDIVS. ET. D. LABE
RIVS. CLAVDIVS. ET. LABERIA. CLAVDIANE. FIL.
FECERVNT. SIBI. ET. SVIS. LIBERT. LIBERTABVSQVE
SVIS. POSTERISQVE. EORVM. ET. LABERIAE
CORINTHIADIS. LIB. LIBERTAB. POSTER. EOR.

Quisq. hunc munimentum maceria cinctum, cum area et introit. aut iitter. immutare, alioque quo genere vendere aut donare voluerit, tunc dare debebit H-S L. M. n. aerario P. R.

II.

Constitutio servitutis habitationis.

I. Inscriptio lapidis detecta Romae anno 1819, publici juris facta a *Birgero Thorlacio*, Prof. Hafniens. sub titulo: "Solennia academica, quibus inaugurabantur duo viri doctissimi — celebranda indicit Universitatis regiae Havniensis Rector *Joh. Daniel Herholdt* — cum senatu academico. Proluditur explicatione Inscriptionis latinae Romae anno superiore dedectae." Havniae 1820. 4. Cum tabula aenea.

II. Salebrosa monumenti verba hoc modo explicavit *Thorlacius*: "Volo, ut in insula ad aedificium pertinente, quod jam possidat Sertorius, filia mea Aurelia Cyriacetis servata sibi habeat sex coenacula, undecim tabernas, et loculamenta insulae subscalaria. Quod bene vertat!" Idem ad saeculi quinti p. C. n. initium refert monumentum.

In his praediis insula Sertoriana [1]) bolo esse Aur. Cyriacetis, filie meae, cinacula N. VI. tabernas N. XI. et repossone [2]) subiscalire [3]). Feliciter.

---

[1]) *Insula* sc. *in*. Insulae dictae et partes posteriores amplae domus romanae (praedii) nonnisi leviter cum parte anteriori conjunctae, ut inquilinis et conductoribus elocari possent.

[2]) Abbreviata vox pro: *repositiones* i. e. loculamenta. cf. *Pallad.* de re rust. I. 32.

[3]) pro: *subscalares*. Conf. *Vitruv.* X. 13. Repositiones subscalares constituebantur per cavum, quod scalae prominentia necessario formabat, dum claustro munitum rebusque in oeconomia quotidiana servandis aptum fuerat.

Errata.

Pag. 64. lin. 20 et 24. pro X. lege $\overline{X}$.

— 67. — 4. pro *habebi*, lege *habebit*.

— 68. — 16. pone semicolon post *malam*, demto commate post *vitam*.

— 80. — 11. pro *de*, lege *der*.

TES

MI

E X

1

(*Secundum tabulas aeneas in Antiquitatum Herculanensium T. V. p. XXXIX. et XLI.*)

O

O

2

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06390 2103

O

SER. GALBA. IMPERATOR. CAESAR. AVG. P. M
TRIBVNIC. POTESTATE. COS. DESIGN. II
VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN
LEGIONE. I. ADIVTRICE. HONESTAM
MISSIONEM. ET. CIVITATEM. DEDIT
QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA
SVNT. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQ
EORVM. ET. CONVBIVM. CVM
VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVIS
SENT. CVM. EST. CIVITAS. IIS. DATA
AVT. SIQVI. CAELIBES. ESSENT. CVM
IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVM
TAXAT. SINGVLI. SINGVLAS.

O O

O O

A. D. XI. K. IANVAR

C. BELLICO. NATALE

Cos

P. CORNELIO. SCIPIONE

MATTHAIO. POLAI. F. SVROS

DESCRIP. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA

QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO

AD. ARAM

O

III.

C. IVLI

C. NIIV

L. VELI

TI. CLA

L. CORI

L. SECV

*

M. VAC

O

O

SCIPIONE. COS

MATTHAIO. POLAI. F. SVROS

DESCRIPT. ET. RECOG. EX. TABVLA. QVAE

FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO. AD. ARAM

1

(*Ex Antiquitatibus Herculanensibus T.V. p. XLIII et XLV.*)

O

O

2

O

IMP. VESPASIANVS. CAESAR. AVGVST
TRIBVNIC. POTEST. O Cos. II
VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. LEG. II
ADIVTRICE. PIA. FIDELE. QVI. VICENA
STIPENDIA. AVT. PLVRA. MERVERANT
ET. SVNT. DIMISSI. HONESTA. MISSIONE
QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IP
SIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. IIVI
TATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORI
BVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM. EST
CIVITAS. IIS. DATA. AVT. SI. QVI. CAELIBES
ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT
DVM. TAXAT. SIN O GVLI. SINGVLAS

O O

O O

A. D. O NON. MVRT

IMP. VESPASIANO. CAESARE. AVG. II
Cos

CAESARE. AVG. F. VESPASIANO

T. I. PAG. V. LOC. XXXXVI

NERVAE. TRAIDI. F. DESEDIATI

O

DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA

AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPI

TOLLO. IN. PODIO. ARAE. GENTIS. IVLIAE

O O

IV.

C. HELVI.

Q. PETRON

L. VALERI

M. NASSI

L. PVBLIC

Q. PVBLIC

Q. PVBLIC

O

||

O

IMP. VESPASIANVS. CÆSAR. AVGVST

TRIBVNIC. POTEST. COS II

VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN. LEG

II. ADIVTRICE. PIA. FIDELE. QVI. VICENA

STIPENDIA. AVT. PLVRA. MERVERANT.

(B. Marinio p. 454. sq. n. 5.)

1

O

||

O

2

* Io. Lvcivs in Inscriptt. Dalmatt. p. 6. Amezeio.

O'

IMP. CAESAR. VESPASIANS. AVG. PONT
MAX. TR. POT. II. IMP. VI. PP. COS. III. DESIC
IIII. VETERANIS. QVI. MILITAVERVNT. IN
CLASSE. RAVENNATE. SVB. SEX. LVCILIO. BASSO
QVI. SENA. ET. VICENA. STIPENDIA. AVT. PLVRA
MERVERVNT. ET. SVNT. DEDVCTI. IN. PANNO
NIAM. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA
SVNT. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM
CIVITATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM

O O

O O

VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM
ET. CIVITAS. IS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES
ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT
DVMTAXAT. SINGVLIS. SINGVLAS. NON. APRIL
CAESARE. AVG. F. DOMITIANO. CN. PEDIO. CASTO. COS
PLATORI. VENETI. F. CENTVRIONI. MAEZEIO
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO. AD
ARAM. GENTIS. IVLIAE. DEFORAS. PODIO. SINISTERIO
RE. TAB. I. PAG. II. LOC. XXXXIIII

O

V.

T. IVLI. R

P. VIBI. M

T. FANI. C

C. MARII. *

P. CAETENNI

P. LVRI. M

Q. POBLICI.

O

O

MAEZEIO

DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA

AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN

CAPITOLIO. AD. ARAM. GENTIS. IVLIAE. DE

FORAS. PODIO. SINISTERIORE. TAB. I

PAG. II. LOCO. XXXXIIII

1

(*Ex Amadutii Anecdot. litter. Vol. I. p. 460. sq. et Spalletii Dichiarazione di una tavola ospitale p. 139. sq.*)

* Ita AMADVTIVS. Apud SPALLETIVM vero et MARINIVM legitur "*cenis. vicenis*", omisso *et*.

O

O

2

* *Marinius* legi vult *Ser.* i. e. Sergio. Cf. AMADVTII Anecd. litter. Vol. I. p. 461.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANVS
AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MA
XIMVS. TRIBVNIC. POTESTAT. V. IMP. XI. CENSOR
PERPETVVS. COS. XIII. P. P
CLASSICIS. QVI. MILITANT. IN. AEGYPTO. SVB
C. SEPTIMIO. VEGETO. ET. CLAVDIO. CLEMENTE
PRAEFECTO. CLASSIS. ITEM. DIMISSIS. HONES
TA. MISSIONE. EX. EADEM. CLASSE. SENIS. ET
VICENIS. PLVRIBVSVE. STIPENDIIS. EMERI
TIS. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT
IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVI

TATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXO
RIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT. CVM
EST. CIVITAS. IIS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES
ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT
DVMTAXAT. SINGVLI. SINGVLAS
A. D. XIII. K. MART
C. SECIO. CAMPANO
Cos
SEX. CORNELIO. DOLABELLA. PETRONIANO
C. GEMELLO. CRONI. F. COPTIT
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. CAPITOLIO

VI.

. . . A. CALPV

. . . . C. TVL

. . . . P. SERT

. . . . . AV

. VLI

. . . . . CORN

. . . . . VME

O

O

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANVS
AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXI
MVS. TRIBVNIC. POTESTAT. V. IMP. XI
CENSOR. PERPETVVS. COS. XII. P. P
CLASSICIS. QVI. MILITANT. IN. AEGYPTO. SVE. C
SEPTIMIO. VEGETO. ET. CLAVDIO. CLEMEN
TE. PRAEFECTO. CLASSIS. ITEM. DIMISSIS. HO

O

1

(E. Marinio p. 462. num. 7.)

O

O

2

O

O

IMP. CAESAR. DIV. VESPASIANI. F. DOMITIANVS
AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS
TRIBVNIC. POTESTAT. XI. IMPERATOR. XXI
CENSOR. PERPETVVS. CONSVL. XVI. P. P
IIS. QVI. MILITANT. IN. CLASSE. FLAVIA. MOESICA
QVAE. EST. SVB. SEX. OCTAVIO. FRONTONE
QVI. SENAVICENA. PLVRAVE. STIPENDIA. MERVERVNT
ITEM DIMISSIS. HONESTA. MISSIONE. QVORVM
NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IPSIS. LIBERIS
POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM. DEDIT. ET
CONVBIVM. CVM. VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT
CVM. EST. CIVITAS. IIS. DATA. AVT. SI. COELIBES
ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT
DVMTAXAT. SINGVLI. SINGVLAS

O O

O O

. . . . . D. XVI. KAL. IVLIAS

. . . . . CELSO. POLOME . . . NO

. . . . . IO. AVITO. COSS

. . . . . M. ET. RECOGNITVM

. . . . . AENEA. QV . . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

O

VII.

O

A. LAPPI . . . . . .

C. IVLI . . . . . .

M. CALI . . . . . .

GN. MATICI . . . . .

Q. ORFICI . . . . . .

L. PVLLI . . . . . .

L. PVLLI . . . . . .

O O

||

O O

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

(*Desideratur.*)

. . . . . .

. . . . . .

O

O

:P. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIA
/S. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXI
VS. TRIBVNIC. POTEST. XII. IMP. XXII. COS. XVI
NSOR. PERPETVVS. P. P.
:DITIBVS. ET. EQVITIBVS. QVI. MILITANT. IN. COHOR
:. II. ALPINORVM. ET. IN. VIII. VOLVNTARIORVM
VIVM. ROMANORVM. QVI. PEREGRINAE. CONDICIO
S. PROBATI. ERANT. ET. SVNT. IN DELMATIA. SVB. Q. POM
NIO. RVFO. QVI. QVINA. ET. VICENA. STIPENDIA
/T. PLVRA. MERVERVNT. ITEM. DIMISSO. HO
:STA. MISSIONE. EMERITIS. STIPENDIIS
/ORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA. SVNT. IPSIS
BERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM

O O

O O

:DIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORIBVS
/AS. TVNC. HABVISSENT. CVM. EST. CIVI
\S. IIS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES. ESSENT. CVM
S. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVMTAXAT
NGVLI. SINGVLAS. A. D. III. IDVS. IVLIAS
LOLLIO. PAVLLINO. VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO
C. ANTIO. IVLIO. QVADRATO. COS
COHORT. III. ALPINORVM. CVI. PRAEST
C. VIBIVS. MAXIMVS
PEDITI
VENETO. DITI. F. DAVERS
:. MODENAE. PLARENTIS. FILIAE. VXORI. EIVS. DERMVST
ET. GAIO. F. EIVS
SCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE

O

VIII.

O

A. VOLVMNI E

Q. OREI C

CN. EGNATI V

SEX MANLI C

L. PVLLI S

P. ANTINI A

L. PVLLI V

O O

AVT. PLVRA. NEKVERVANT. ITEM. DIMISSO
HONESTA. MISSIONE. EMERITIS. STIPEN
DIIS. QVORVM. NOMINA. SVBSCRIPTA
SVNT. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM
CIVITATEM. DEDIT. ET. CONVBIVM. CVM
VXORIBVS. QVAS. TVNC. HABVISSENT
CVM. EST. CIVITAS. IIS. DATA. AVT. SIQVI. CAELI
BES. ESSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXIS
SENT. DVMTAXAT. SINGVLI. SINGVLAS

A. D. III. IDVS. IVLIAS

M. LOLLIO. PAVLLINO. VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO
C. ANTIO. IVLIO. QVADRATO. COS

COHORT. III. ALPINORVM. CVI. PRAEST
C. VIBIVS. MAXIMVS
PEDITI
VENETO. DITI. F. DAVERS
MT. MADENAE. FLARENTIS. FILIAE. VXORI. EIVS. DERMVST
ET. GAIO. F. EIVS
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. MVRO
POST. TEMPLVM. DIVI. AVG. AD. MINERVAM

O

MP. CAES. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F. DIVI. NER

VAE. NEPOS. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG

PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COS. III. P. P

IS. QVI. MILITAVER. IN. CLASSE. PR. MISENENSI

QVAE. EST. SVB. IVLIO. FRONTONE. SEX. ET

VIGINTI. STIPEND. EMERIT. DIMISSIS

HON. MISS. QVOR. NOM. SVB. SCR. SVNT

O O

PS. LIBER. POSTER. EQR. CIVIT. DEDIT

ET. CONVB. CVM. VXOR. QVAS. T. HABVISSENT

CVM. EST. CIVIT. IS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES

SSENT. CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISS.

O O

O O

DVM. TAXAT. SINGVLI. SINGVLAS

AD. XII. K. MART.

P. IVVENTIO. CELSO. II. Q. IVLIO. BALBO. COS

O

EX. GREGALE

M. NVMISIO. SAIONIS. NOMASIO. CORSO VI

. . . . . NAC

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

O

IX.

C. IVLI
C. CELSI
TI. CLAVDI
C. VETTIENI
L. ATTEI
L. PVLLI
C. VETTIENI

RIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM DE
DIT. ET. CONVBIVM. CVM. VXORIBVS. QVAS
TVM. HABVISSENT. CVM. EST. CIVITAS

IIS. DATA. AVT. SIQVI. CAELIBES. ESSENT
CVM. IIS. QVAS. POSTEA. DVXISSENT. DVM
TAXAT. SINGVLI. SINGVLAS

AD. XII. K. MART
P. IVVENTIO. CELSO. II. Q. IVLIO. BALBO. COS
EX. GREGALE
M. NVMISSIO. SAIONIS. F. NOMASIO. CORSO
VIN. AC
DESCRIPTVM. ET. RECOGNITVM. EX. TABVLA
AENEA. QVAE. FIXA. EST. ROMAE. IN. MVRO. POST
TEMPLVM. DIVI. AVG. AD. MINERVAM

O

(*Desideratur.*)

O O

O O

AD. VII. K. IAN

MARCELLO. ET. CN. LO. COS

EX. GREGALE

VALERIO. CAIONIS. F. T. ARVIO. OPINO. EXCORS

O

X.


(Desiderati
M. SERVILI
C. PVLLI
M. SENTILI
TI. IVLI
C. IVLI
L. PVLLI
P. OCIL

O

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

(*Desideratur.*)

. . . . . .

. . . . . .

O O

O O

A. D. XII. K. MART

M. GAVIO. ORFITO

L. ARRIO. PVDENTE CoS

COHOR. II. PANNONIOR. CVI. PRAEEST

SEPTIMIVS, VESVS

EX . . . EDI II

VALERIO. VALERI. F. VALENTI. RATIAR

. . . PT. ET. RECOGNIT. EX. TABVLA. AEREA

. . . XA. EST. ROMAE. IN. MV . . . POST

. . . . . AVG. AD. MINERVAM

O

XII.





O

. CAES. M. ANTONIVS. GORDIANVS. PI
VS. FELIX. AVC. PONTIF. MAX. TR. POT. VI
COS. II. P. P. PROC.
IINA. MILITVM. QVI. MILITAVERVNT. IN. COHOR
TIBVS. PRAETORIIS. GORDIANIS. DECEM. I. II
III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS. VINDICIBVS
QVI. PIE. ET. FORTITER. MILITIA. FVNCTI. SVNT
IVS. TRIBVI. CONVBII. DVMTAXAT. CVM. SINGV
LIS. ET. PRIMIS. VXORIBVS. VT. ETIAMSI. PERE
GRINI. IVRIS. FEMINAS. IN. MATRIMONIO. SVO

O O

O O

XERINT. PROINDE. LIBEROS. TOLLANT. AC. SI
DVOBVS. CIVIBVS. ROMANIS. NATOS. A. D. VII. ID. IAN
ANNIO. ARRIANO. ET
CERVONIO. PAPO. COS
COH. II. PR. GORDIANA. P. V
C. IVLIO. C. F. DECORATO
TIANO. SIDICINO
CRIPT. ET. RECOGNIT. EX. TABVLA. AEREA. QVAE. FIXA. EST
IAE. IN. MVRC. POSTEMPL. DIVI. AVG. AD. MINERVAM

O

XIII.






(Desideratur.)


(Desideratur.)

1 (B. Marinio p. 468. num. 15.)

2

EX. OPTIONE
T. FL. T. FIL. ALEXANDRO. N. ITAL. D. MISEN. ET. MARC e)
PROCVLAE. VX. EI. ET. MARC. ALEXANDRO. ET. FL. MARCO. ET
VLP. SABINO. AVREL. FAVSTAE. FIL. EIVS f)
DESCRIPT. ET. RECOGNIT. EX. TABVLA. AENEA. QVE. FIXA. EST. ROMAE
IN. MVRO. POST. TEMPLVM. DIVI. AVG. AD. MINERVAM.

e) *et deest.*

f) *Quae.*

TAB.





XV.

(Desideratur.)

I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X. PIIS. VINDICIBVS
QV. IPII. ET. FORTITER. MILITIA, FVNCTI. SVNT
IVS. TRIBVIMVS. CONVBII. DVMTAXAT. CVM
SINGVLIS. ET. PRIMIS. VXORIBVS. VT. ET. IAM
SI, PEREGRINI. IVRIS. FEMINAS. IN. MA
O O
TRIMONIO. SVO. IVNXER. PROINDE. LIBE
ROS. TOLLANT. AC. SI. EX. DVOBVS. CIVIBVS
ROMANIS. NATOS. AD. VII. ID. IAN
IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. III. ET
IMP. M. IVLIO. PHILIPPO. PIO. FEL. AVG. II. COS
COH. VIII. PR. PHILIPPIAN. PV
M, BRAETIO. M. F. IVSTINO
SABATIN. MANTVA
DESCRIPT. ET. RECOGNIT. EX. TABVLA. AEN. QVE. FIX
EST. ROM. IMMVR. POSTEMPLVM. DIVI. AVG. AD
MINERVAM

TAB. XVI.

. . . . .	. . . . .
QVE. EORVM	Ś. F. L. L. . . . .
IM. VXORIBVS . . .	
QVAS. POSTEA . . .	Q. APIDI . . . . .
. . NGVLAS	
. . . . .	. . . . .



dipsius

onsti

diri gi jube

imum